In die illa auferet domin⁹
ornamentū calciamentorum,
& lunulas, & torques, & moni
lia, & armillas, & mitras, et
discriminalia, & periscelides,
& murenulas, & olfactoria, et
inaures, & anulos, & gemmas
in fronte pendentes, & muta-
toria, & palliola, & linteami-
na, & acus, & specula, & sindo-
nes, & vittas, & theristra. Hec
dicit dominus deus. Lectō. iij.
Et erit pro suaui odore fe-
tor, & pro zona funiculus, et
pro crispanti crine caluitiū,
& pro fascia pectorali ciliciū.
Pulcherrimi quoqꝫ viri tui
gladio cadent: & fortes tui in
prelio. Et merebunt atqꝫ lu-
gebunt porte eius: & desolata
in terra sedebit. Hec dicit do-
minus. ¶ In laudibus añ.
Ecce veniet dominus prin-
ceps regum terre: beati qui
parati sunt occurrere illi. ps.
Miserere mei. añ. Dum vene-
rit filius hominis putas in-
ueniet fidem super terram?
ps. Verba mea auribus. añ.
Ecce iam venit plenitudo tē-
poris in quo misit deus filiū
suum in terris. ps. Deus de⁹
meus. añ. Haurietis aquas
in gaudio de fontibus salua-
toris. ps Confitebor. iiij. añ.
Egredietur dominus de loco
sancto suo: veniet vt saluet
populum suum. ps Laudate.
Capm. Ecce dies. Hymnus.
Vox clara. vsus Vox clamā-
tis. añ Egredietur virga de
radice iesse, & replebitur om-
nis terra gloria domini, & vi-
debit omnis caro salutare dei
ps Benedictus. Oratio ut. di
Ad vespe. añ Eleuare eleua-
re consurge hierusalem, sol-
ue vincla colli tui captiua fi-
lia sion. ps. Magnificat. vel
añ. O. oratio dominica.
¶ Feria tertia. Lectio pma.
Et apprehendent septē
mulieres virum vnum
in illa die, dicentes. Panem

nostrum comedemus: et vestimentis nostris operiemur. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum. Hec dicit dominus. Lectio secunda.

In die illa erit germen domini in magnificentia: et gloria fructus terre sublimis: et exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in sion: et residuus in hierusalem: sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in hierusalem. Hec dicit dominus. Lectio iii.

Si abluerit dominus sordem filiarum sion: et sanguinem hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij et spiritu ardoris. Et creabit dominus super omnem locum montis sion et vbi inuocatus est: nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio, et tabernaculum erit in vmbraculo diei ab estu: et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluuia. Hec dicit dominus.

1 ¶ In laudibus an. Ecce dominus noster cum virtute veniet: et ipse conteret iugum captiuitatis nostre. ps. Miserere.
2 an. Emitte agnum domine dominatorem terre de petra deserti ad montem filie sion.
3 ps. Judica. an. Vt cognoscamus domine in terra viam tuam in omnibus gentibus salutare tuum. ps. Deus deus
4 meus. an. Da mercedem domine sustinentibus te: vt prophete tui fideles inueniantur.
5 ps. Ego dixi domine. a. Lex per moysen data est: gratia et veritas per Jesum christum facta est. ps. Laudate dominum. Capitulum. Ecce dixi. Hymnus. Vox clara. Versus. Vox clamantis in deserto. an. Tu bethlehem terra iuda non eris minima: ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel. ps. Benedictus dominus. Ad vesperas an. Erumpant montes iocunditatem et colles iustitiam: quia lux mundi dominus cum potentia venit. ps. Magnificat. vel an. O.

¶ Feria quarta quatuor temporum. Inuitatorium. Prope est iam dominus. Venite adoremus. ps. Venite. Hoc inuitato. dr hac die: et in sexta feria et in sabba. sequenti. hymnus. Verbum supernum prodiens. Super noctur. an. Auerte domine. Psalmus. Dixit insipiens. Versus dicuntur per ordinem de dominica.

¶ Euangelium Secundum Lucam.



In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo dauid: et nomen virginis Maria. Et reliqua. Cap. I. C

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio prima.

Exordium nostre redemptio-
nis fratres charissimi hodier
na nobis sancti euangelij le-
ctio commendat: que angelū
de celo a deo missum narrat
ad virginem, vt nouā in car-
ne natiuitatem filij dei predi
caret: per quem nos abiecta
vetustate noxia renouari, at-
qꝫ inter filios dei computari
1 possim⁹. Tu autem. ℟. Cla-
ma in fortitudine qui annun
cias pacem in hierusalē. Dic
ciuitatibus iude & habitato-
ribus sion: ecce deus noster
quem expectabam⁹ adueniet.
℣. Super montem excelsum
ascende tu qui euangelizas
sion: exalta in fortitudine vo
cem tuam. Dic ciuitatibus iu
de & habitatoribus sion: ecce
deus noster. Lectio secunda.
Ut ergo ad promisse salu-
tis mereamur dona pertinge-
re: primordium eius intenta
curemus cordis aure percipe
re. Missus est (inquit) angel⁹
gabriel a deo in ciuitatē ga-
lilee cui nomen nazareth: ad
virginē desponsatā viro cui
2 nomē erat Joseph. ℟. Orietur
stella ex iacob: & exurget ho-
mo de israel: & confringet o-
mnes duces alienigenarum.
Et erit omnis terra possessio
eius. ℣. Et adorabunt eum o-
mnes reges terre: omnes gē-
tes seruient ei. Et. Lectio. iij.
Aptum profecto humane re
staurationis principiū fuit:
vt angelus a deo mitteretur
ad virginem partu consecrā-
dam diuino: quia prima per-
ditionis humane fuit causa
cum serpens a diabolo mitte
batur ad mulierem spiritu su
perbie decipiendam. Immo
ipse in serpente diabolus ve
niebat: qui genus humanum
deceptis primis parentibus
immortalitatis gloria nuda-
ret. Quia ergo mors intrauit
per feminam: apte redit & vi-
ta per feminā. Illa a diabolo
seducta per serpentē viro gu-
stum necis obtulit: hec edocta
a deo per angelum, mūdo au-
ctorem salutis edidit. ℟m. 3
Egredietur dominus & pre-
liabitur contra gentē. Et sta-
bunt pedes eius super mon-
tes oliuarum. Ad orientē. ℣.
Et eleuabitur super oēs col-
les: & fluent ad eū oēs gētes.
Et. Gloria. Ad orientem. ℣.
Emitte. In laud. añ. Rorate 1
celi desuper: & nubes pluant
iustum: aperiatur terra & ger
minet saluatorem. ps. Mise-
rere. añ. Prophete predicaue- 2
runt nasci saluatorem de vir-
gine maria. ps. Te decet. añ.
Spiritus domini super me, 3
euangelizare pauperib⁹ mi-
sit me. ps. Deus deus meus.
añ. Ecce veniet dominus vt 4
sedeat cum principibus & so-
lium glorie teneat. ps. Exul-
tauit. añ. Annūciate populis 5
& dicite: ecce de⁹ saluator no-
ster veniet. ps. Laudate. Cap.
Ecce dies veniunt. Hymn⁹.
Vox clara. ℣. Vox clamātis.
añ. Missus est angelus Ga-
briel ad mariam virginē de-
sponsatam ioseph. ps. Bene-

dictus. Non dicantur preces ad has matutin. nec in sexta fer. nec in sabbato: tamen ad omnes alias horas dicantur preces cum prostratione more solito. Oratio.

Presta q̄s omnipotens deus vt redemptionis nostre ventura solennitas: et presentis vite nobis subsidia conferat: & eterne beatitudinis premia largiatur. Per eundem dn̄m. Hec oratio dicitur ad has matuti. tantū. Ad oēs alias horas dicatur ōro do. Memoria de sancta maria ān Spiritus sanctus. & de omnib' sanctis vt in aliis fer. Matuti. de sancta maria dn̄r in conuentu vt s̄ dictum est. Ad vespe. ān Quomodo fiet istud angele dei: quia virum in concipiendo non pertuli? audi maria virgo christi: spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. ps Magt. vel ān. O. Psalmus. Magnificat.

¶ Feria quinta. Ad matutin. Inuitato. Regem venturum. ps Venite. Hy. Verbum supernum. ane & p̄s de noctur. illius ferie. vj. lect. & R. per ordinem dicuntur. Lectio p̄ma.



Cantabo dilecto meo canticū patruelis mei vinee sue. Vinea facta est dilecto meo: in cornu filio olei. Et sepiuit eam et lapides elegit ex illa: & plantauit eam electam: & edificauit turrim in medio eius: & torcular extruxit in ea. Lectio. ij.

Et expectauit vt faceret vuas: & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores hierusalem & viri iuda: iudicate inter me & inter vineam meā. Tu autem domine. Lectio tertia.

Quid est quod vltra debui facere vinee mee: & nō feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, et fecit labruscas? Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vinee mee. Auferam sepem eius, & erit in direptionem. In laud. aña De sion veniet omnipotens dominus vt saluū faciat populum suum. ps Miserere. aña. Conuertere domine aliquantulum & ne tardes venire ad seruos tuos. ps Domine refugium. ān De sion veniet qui regnatur' est dn̄s: emmanuel magnum nomen eius. psalm. Deus deus meus. ān Ecce deus noster & honorabo eum: deus patris mei & exaltabo eum. ps Cantemus domino. ān Dominus legifer noster, domin' rex noster ipse veniet & saluabit nos. ps Laudate dominum. Capm Ecce dies. Hy. Vox clara. ℣ Vox clamantis in deserto. ān Vigilate animo: in proximo est dominus deus noster. ps Benedictus dn̄s. Oratio dominicalis. Ad vesperas ān Letamini cum hierusalem & exultate in ea omnes qui diligitis eam in eternum. ps Magnificat. vel ān Orietur domin'.

¶ Feria sexta. Inuitatorium Prope est iam dominus. Venite adoremus. ps Venite. Hy Verbum supernum. ane. et ps de noctur. illius fer. R. per ordinem dicantur. S. Lucam

Cap. I D

In illo tempore. Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iude: et intrauit in domum Zacharie et salutauit elisabeth. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio prima.

Lectio quam audiuimus sancti euangelij, et redemptionis nostre nobis semper veneranda primordia predicat: et salutaria nobis semper imitande humilitatis remedia commendat. Nam quia peste superbie attactum genus humanum perierat: decebat vt medicamentum humilitatis quo sanaretur, prima mox incipientis salutis tempora pretenderent.

I Rm Precursor pro nobis ingreditur agnus sine macula: secundum ordinem melchisedech Pontifex factus est in eternum et in seculum seculi. Vsus Ipse est rex iustitie cuius generatio non habet finem Pontifex. Lectio secunda.

Et quia per temeritatem seducte mulieris mors in mundum introierat: congruum fuit vt ad indicium vite reuertentis, mulieres deuote humilitatis inuicem ac pietatis sese preuenirent obsequiis. Prior ergo nobis beata dei genitrix ad sublimitatem patrie celestis iter ostendit humilitatis: non minus religionis quam castitatis exemplo venerabilis. R.

2 Modo veniet dominator dominus. Et nomen eius emmanuel vocabitur. V. Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis. Et. Lectio tertia.

Siquidem gloria virginei et intemerati corporis, qualis sit vita superne ciuitatis ad quam suspiramus insinuat: vbi neque nubent neque nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celis. Ac virtute mentis eximia: qua ad hanc pertingere debeamus indicat. Rm.

3 Videbunt gentes iustum tuum et cuncti reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit. V. Et eris corona glorie in manu domini et diadema regni in manu dei tui. Et eris. Gloria patri. Et. Vsus. Emitte. ¶ In laudibus. ana.

1 Constantes estote: videbitis auxilium domini super vos. ps Miserere. ana Ad te domine leuaui animam meam: veni et eripe me domine ad te confugi.

3 ps Domine exaudi. ij. ana. Veni domine et noli tardare: relaxa facinora plebis tue israel. ps. Deus deus meus. an Deus

4 a libano veniet: et splendor eius sicut lumen erit. ps Domine exaudi. an. Ego autem

5 ad dominum aspiciam: et expectabo deum saluatorem meum. ps Laudate. Cpm Ecce dies hy Vox clara. V Vox clam. an Ex quo facta est vox salu-

tationis tue in aurib⁹ meis exultauit i gaudio infans in vtero meo alleluia. Psalmus Benedictus dominus. Oro.

Excita q̃s domine potentiam tuã & veni: vt hi qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberẽtur. Qui viuis. Hec oro dicatur ad has matuti. tantũ Ad alias hor. dicitur oratio do. Ad vespe. ãn. O. ps. Magt. oratio do. ut Post has vespe. hui⁹ fes. non potest incipi. ãn O sapientia. ¶ Sabbato. Inuitatorium Prope. ps. Venite Hy⁹. Verbum supernum. ãne & ps fer. ℞. per ordinem dicãtur. Secundum Lucam.

Cap. 3. A Anno quintodecimo imperij tyberij cesaris, p̃curante pontio pilato iudeã, tetrarcha autem galilee herode, philippo autem fratre ei⁹ tetrarcha ituree & traconitidis regionis, & lisania abiline tetrarcha, sub principibus sacerdotum anna & caipha: factum est verbum domini super Joannem Zacharie filium in deserto. Et reliqua. Homelia beati grego. pa. lec. j.

Redẽptoris precursor quo tempore verbum predicationis acceperit: mẽorato romane reipublice principe & iudee regibus designatur: cum dicitur. Anno quintodecimo imperij tyberij cesaris, procurante pontio pilato iudeã, tetrarcha autem galilee herode, philippo autem fratre ei⁹ tetrarcha ituree & traconitidis regionis, & lisania abiline tetrarcha, sub principib⁹ sacerdotum anna & caipha: factum est verbum domini super ioannem zacharie filium in deserto. ℟m. Emitte agnũ domine dominatorem terre. De petra deserti ad montem filie sion. ℣. Rorate celi desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. De petra deserti ad montem. Lectio secunda.

Quia enim illum predicare veniebat qui & ex iudea quosdam & multos ex gentibus redempturus erat: per regem gentium & principes iudeorum ei⁹ predicationis tẽpora designantur. Quia autẽ gentilitas colligenda erat, & iudea pro culpa perfidie dispergenda: ipsa quoq; descriptio terreni principatus ostẽdit, quoniam & in romana republica vnus princeps prefuisse describitur, & iudee regno per quartã partem plurimi principabantur. Voce etenim nostri redemptoris dicitur. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. ℟m. Germinauerunt campi eremi germen odoris israel. Quia ecce deus noster cũ virtute veniet. Et splendor ei⁹ cum eo. ℣. Ex sion species decoris eius: deus noster manifeste veniet. Et splendor eius. Lectio tertia.

Liquet ergo q ad finem regni iudea peruenerat: que tot regibus diuisa subiacebat.

Apte quoqꝫ non solum quib⁹ regibus sed quibus etiam sacerdotibus actum sit demonstratur: vt quia illum Joannes baptista predicaret, qui simul rex & sacerdos existeret. Lucas euangelista predicationis eius tempora per regnum & sacerdotium designauit. Et venit in omnem regionem iordanis: predicans baptismum penitentie, in remis- 3 sionem peccatorum. ℟. Radix iesse qui exurget iudicare gentes, in eum, gẽtes sperabunt. Et erit nomen eius benedictum in secula. ℣. Super quem continebunt reges os suum: ipsum gentes deprecabuntur. Et erit. Gloria. Et. ℣s⁹. Emitte. In laudibus ã.

1 Ueniet dñs in potestate magna: & videbit eum omnis caro, & saluabit nos. p̄s. Misere- 2 re. ãn. Intuemini quantus sit gloriosus iste qui ingreditur ad saluandos populos. p̄s. 3 Bonum est confiteri. ã. Ueniet iterũ angelus tuus & docebit nos vias tuas domine. 4 p̄s. Deus deus meus. ãn. Expectetur sicut pluuia eloquiũ domini: & descendet sicut ros super nos de⁹ noster. p̄s. Au- 5 dite celi. ãn. Paratus esto israel in occursum domini quoniam venit. p̄s. Laudate. Cꝑ Ecce dies. hy⁹. Uox clara. ℣. Uox clamantis in deserto. ãn. Omnis vallis implebitur et omnis mons & collis humiliabitur, & videbit omnis caro salutare dei. Psalmus. Benedictus. Oratio.

Deus qui cõspicis quia ex nostra prauitate affligimur: concede propitius, vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis & regnas.

Hec oratio dr̃ ad has matutinas tantũ. Ad omnes alias horas dr̃ oratio dñica. Sed si aliquod fest. ix. lect. in aliqua predictarum fer. istius hebd̄. conti. nihilominus ordo fer. de laud. & ãn. super psal Benedictus & p̄s. Magnificat. seruabitur in sequen. fer. et tunc ã. super laud. & propria ℟ia illius fer. scilicet quando festum contige. in illo anno non dicuntur: ℣s⁹. tamen ante lectiones per ordinem dicantur.

¶ Litera dñicalis A. totum seruitium de dñica vsqꝫ ad ℣. 3 noctur. deinde totũ seruitiũ de vigilia. Inuitato. Hodie scietis. Ad matuti. memoria de dñica cum missa dñica. in cap̄. cũ prima & horis sicut notatum est in vigil. absqꝫ p̄s. Deus de⁹ meus respice. Dñica infra octa. de sancto siluestro: & med. lc. de natiui. cum ℣. & ℟. de 2. nocturno. Dñica infra octa. epi: de ser. octa. & memoria de marc. ¶ Litera dñicalis B totum seruitium de dñica. Feria 2. 4. & 6. de commemo. Feria. 3. de festo missa de vigilia sancti thome. Dñica infra octa. de natiuitate christi. Sabbato de sancto siluestro med. lect. de nati-

A

B

nitate christi cum ℣.℟ ℟.de 2.nocturno. ¶ Litera dñicalis C totum seruitium de dñica. Ad primas vesperas ℟. Non auferetur. Feria 2.de festo vsq3 ad missam que erit de vigil. ℟.historie dñica. Feria 3.de apostolo. Ad secũdas vesperas solen.memoria de festo loci:de aduentu ℟ de sancta maria cũ ãn. Beata es. Feria.4.℟ 5.de commemo. Feria 6.totum seruitium de vigilia nati. ¶ Litera dñicalis D totum seruitiũ de dñica nihil de vigilia nisi memoria tantum ad altã missam. Secunde vespere erunt de sancto thoma: ℟ solenniter memoria de dñica ℟ de sancta maria. Feria.3.℟ 4.de cõmẽo. Feria.5.de vigilia. Dñica infra octauas de sancto Joanne. ¶ Litera dñicalis E totum seruitium de dñica ℟ fest.diffe. in crastino nisi fuerit festum loci:℟ secunde vespere erunt de apostolo ℟ solen.memoria de dñica ℟ de sancta maria. Ad secundas vesperas de apostolo fiat solen. memoria de sancta maria cum ãn. Sub tuam Deinde solen. memoria de aduentu. Feria.3.de sancta maria. ¶ Litera dñica. F de serui.do. Ad primas vesperas que erunt de apostolo:fiat memoria de dñica ℟ de sancta maria solen.cum ãn. Beata es. Vespere in do.erunt de dñica ℟ memoria de sancta maria cum ãn. Sub tuam. Feria secunda de sancta maria. Dominica infra octauas natiuitatis dñi de sancto thoma. Dñica in vigilia epiphanie totum seruitium de vigilia ℟ med.lect.de sancto thoma. ¶ Litera dñicalis G de seruitio dñica. Dominica infra octauas natiuitatis dñi de natiuitate domini. Vespere erũt de sancto siluestro cum memoriis ordine suo. Feria secunda de sancto siluestro.med.lec.de natiui.℣.℟ ℟.de primo nocturno. Dominica prima post circuncisionem dicitur de epipha. domini. Feria quarta legatur expositio euangelij scilicet de dominica infra octauas.

C
D
E
F
G

¶ Dominica quarta in aduẽtu domini. Ad ves.ãn. Benedictus.ps. Ipsum. Capitulũ.

Esaie. 18 D

Ecce mittam in fundamentis sion lapidem: lapidem probatum angularẽ preciosum in fundamẽto fundatum:qui crediderit in eum non confundetur. ℟. Non auferetur. Hy. Conditor alme. Rorate celi.ãn.O. Psalmus Magnificat. Oratio.

Excita quesumus domine potentiam tuam, et veni,℟ magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratie tue quod peccata nostra prepediunt, indulgentia tue propitiatiõis acceleret.Qui. Memoria de sancta maria. Ad matutĩ. Inuitato Prestolantes redemptorem leuate capita vestra: quoniã prope est redemptio vestra.ps. Venite.

hy⁹ añe. ℣i. & ℟. ver ord. sicut in i. do. aduen. dñi. Lectio .i.



Diruam maceriã vinee mee: & erit in conculcatio=nem: & ponam eam desertam. Non putabitur: neqꝫ fodietur. Et ascendent super eam ve=pres & spine: & nubibus mã=dabo ne pluant super eam im=brem. Hec. ℟. Canite tuba in sion: vocate gentes annun=ciate populis & dicite. Ecce de⁹ saluator noster adueniet. ℣. Annunciate in finibus ter=re & in insulis que ꝓcul sunt dicite. Ecce. Lectio secunda.

Vinea enim domini exerci=tuum domus israel est: & viri iuda germen eius delectabi=le. Et expectaui vt faceret iu=dicium & ecce iniquitas: & iu=stitiam & ecce clamor. ℟. Octaua decima die decimi mẽ=sis ieiunabitis dicit domin⁹: & mittam vobis saluatorem & propugnatorem pro vobis: qui vos precedat & introdu=cat In terram quam iuraui patrib⁹ vestris. ℣. Ego enim sum dominus de⁹ vester: qui eduxi vos de terra egypti. In terram. Lectio tertia.

Ve qui coniungitis do=mum ad domum: et a=grum agro copulatis vsqꝫ ad terminum loci. Nunquid ha=bitabitis soli vos in medio terre? In auribus meis sunt hec (dicit dñs exercituum) ni=si dom⁹ multe deserte fuerint grandes pulchre & absqꝫ ha=bitatore. Decem enim iugera vinearum facient lagunculã vnam: & triginta modij semẽ=tis facient modios tres. Hec dicit. ℟. Non auferetur sce=ptrum de iuda & dux de femo=re eius: donec veniat qui mit=tendus est. Et ipse erit expe=ctatio gentium. ℣. Pulchrio=res sunt oculi eius vino: & dẽ=tes eius lacte candidiores. Et ipse. Gloria patri. Et ip.

¶ In secundo nocturno stant med. &c. de sermone beati au=gustini episcopi. Lectio. iiii.

Vos (inquit) conuenio o iu=dei: qui vsqꝫ in hodier=num diem negastis filiũ dei. Nõne vox vestra est illa quã=do cum videbatis miracula facientem: atqꝫ tentantes di=cebatis? Quousqꝫ animas no=stras suspẽdis? Si tu es chri=stus dic nobis palam. Ille autem vos ad considerationẽ miraculorũ mittebat dicens. Opera que ego facio ipsa te=stimonium perhibẽt de me, vt christo testimoniũ dicerent fa=cta non verba. Vos autẽ non agnoscentes saluatorem qui operabatur salutem in medio terre: adiicientes in malo di=xistis. Tu de teipso testimo=nium dicis: testimonium tuũ non est verum. Tu autem. ℟. Me oportet minui, illum autem crescere. Qui post me venit ante me fact⁹ est: cuius non sum dignus corrigiam calciamenti eius soluere. ℣. Hoc est testimoniũ quod per

habuit Joannes. Qui. Lec. v.

Sed ad hec quid ille vobis responderit aduertere noluistis. Nonne in lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum sit? Preuaricatores legis: intendite legem. Testimonium queritis de christo. In lege vestra scriptum est: quod duorum hominum testimonium verum sit. Procedant ex lege, non tantum duo sed etiam plures testes christi: et conuincant auditores legis nec factores. Dic esaia testimonium de christo. Ecce (inquit) virgo in vtero concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. R. Ecce

5

iam venit plenitudo temporis in quo misit deus filium suum in terris factum de virgine, factum sub lege. Ut eos qui sub lege erant redimeret. V. Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus: filium suum misit in terris in similitudinem carnis peccati Ut eos qui. Lectio sexta.

Accedat et alius testis. Dic et tu hieremia testimonium de christo. Hic est (inquit) deus noster: et non estimabitur alius absque illo: qui inuenit omnem viam scientie, et dedit eam iacob puero suo: et israel dilecto sibi. Post hec in terris visus est: et cum hominibus conuersatus est. Ecce duo testes idonei ex lege vestra: ex quorum testimoniis non sunt compuncta corda vestra, sed alii atque alii ex lege christi testes introducantur: vt frontes durissime inimicorum conterantur. Veniat et ille daniel sanctus, iuuenis quidem etate: senior vero scientia ac mansuetudine: et conuincat omnes falsos testes. Sicut conuicit seniores impudicos: ita suo testimonio christi conterat inimicos. Dic sancte daniel: dic de christo quod nosti. Cum venerit (inquit) sanctus sanctorum: cessabit vnctio vestra. R. Uirgo israel reuertere in ciuitates tuas: vsquequo dolens auerteris, generabis dominum saluatorem oblationem nouam in terra. Ambulabunt homines in saluationem. V. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. Ambulabunt Gloria pa. Ambu. In. iij. noc.

¶ Euangelium. S. Joannem.

In illo tempore. Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad ioannem: vt interrogarent eum, tu quis es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est quia non sum ego christus. Et reliqua. Homelia beati Gregorii pape. Lectio. vij.

Cap. I.

Ex huius lectionis verbis, nobis fratres charissimi ioannis humilitas commendatur: qui cum tante virtutis esset vt christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se: ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est: et non negauit.

Et cōfessus est, quia nō sum ego christus. Sed quia dixit nō sum, negauit plane quod nō erat: sed nō negauit quod erat, ut veritatem loquens eius membrum fieret: cui⁹ nomen sibi fallaciter non usurparet. Tu autem. ℞ Iuraui (dicit dominus) ut ultra iam non irascar super terram: mōtes enim et colles suscipient iustitiam meam. Et testamentum pacis erit in hierusalem ℣. Iuxta est laus mea ut veniat: et iustitia mea ut reueletur. Et testamētum. Lec. viii.

CUm ergo non vult appetere nomen christi, factus est membrum christi. Quia dum infirmitatē suam studuit humiliter agnoscere: illius celsitudinē meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur: ex hui⁹ nobis lectionis verbis questio valde nobis implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis dominus de helie aduentu, respondit. Helias iā venit, et nō cognouerunt eū: sed fecerunt in eo quecūqz voluerunt. Et si vultis scire: ioannes ipse est helias. ℞ Intuemini q̄ntus sit iste qui ingreditur ad saluādas gētes: ipse est rex iustitie. Cui⁹ generatio non habet finem. ℣ Et dominabitur a mari usqz ad mare. Cuius. Lectio nona

REquisitus autem Ioānes: dicit. Non sum helias. Quid est hoc fratres charissimi: quia quod veritas affirmat, hoc propheta veritatis negat? Valde nanqz inter se diuersa sunt: ipse est, et nō sum Quomodo ergo hic propheta veritatis est: si eiusdem veritatis sermonibus concors nō est? Sed si subtiliter veritas ista requiritur: hoc quod inter se contrarium sonuit, quomodo contrarium non sit inuenitur. Ad zachariam nāqz de Ioannis promissione angelus dixit. Ipse precedet ante illum in spiritu et virtute helie. Qui idcirco venturus in spiritu et virtute helie dicitur, quia sicut helias secundū domini aduentum preueniet: ita Ioannes preuenit primū. Sicut ille precursor ventur⁹ est iudicis: ita iste precursor factus est redemptoris. ℞m. Mōtes israel ramos vestros expandite, et florete, et fructus facite. Prope est ut veniat dies domini. ℣ Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra, et germinet saluatorem. Prope est. Gloria. Pro. ℣ Emit. In lau. an.

CAnite tuba in sion quia prope est dies domini: ecce veniet ad saluandum nos, alleluia alleluia. ps Dominus regnauit. an Ecce veniet desiderat⁹ cūctis gentibus: et replebitur gloria domus domini alleluia. ps. Iubilate. an Erunt praua in directa, et aspera in vias planas: veni domine et noli tardare alleluia. ps Deus de⁹ meus

4 an. Dominus veniet occurri te filii dicentes: magnū prin=cipium et regni eius non erit finis: deus fortis dominator princeps pacis alleluia alle.
5 ps. Benedicite. an. Omnipo=tens sermo tuus domine a re galibus sedibus veniet alle. ps. Laudate dn̄m de celis. Cap.

Phil. 3. A Gaudete in dn̄o semper: iterū dico gaudete: mo=destia vestra nota sit omnib[9] hominibus: dn̄s prope est. Hy[9]. Vox clara. V. Vox cla=mantis. an. Ego vox claman tis in deserto: dirigite viam domini: sicut dixit esaias pro pheta. ps. Benedictus. Oro. Excita. Memoria de scā ma=ria. ¶ Ad primam an. Cani=te tuba. ps. Deus deus me[9] respice. Ad tertiam an Ecce veniet. ps. Legem pone. Cap. Gaudete in domino. R. et V. sicut in prima dn̄ica aduent[9] dn̄i ad omnes horas dicitur. ¶ Ad sextam an. Erunt. ps. Defecit. Capitulum.

Phili. 3 A Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione et ob secratione cum gratiarum a=ctione petitiones vestre inno tescant apud deum. Deo grās ¶ Ad nonam an. Omnipotēs sermo. ps. Mirabilia. Cap̄m.

Phili. 4 B Pax dei que exuperat o=mnē sensum: custodiat corda et corpora vestra: et in=telligentias vestras. Ad ves. an. Sede a dextris. ps. Dixit dn̄s. Capm. Gaudete in dn̄o. Rem. Festina ne tardaueris. quere hoc R. an. Hy[9]. Con ditor. V. Rorate ce. an. O. ps. Magt. Oro. Excita quesum[9] Memoria de sancta maria vīs Quotidie per hebdo. vsqz ad vigi. natalis domini dn̄r V[9] et R. secundum ordinem no=ctur. do. hil. qn̄ de feria agitur ¶ Lectiones per hebd. Lcō. j



Esaie. 5 C Ve qui consurgi tis mane ad ebri etatem sectandā et potandum vs=qz ad vesperam: vt vino estueris Cithara et lyra et tympanum et tibia et vinum in conuiuiis vestris: et opus domini non respicitis: nec opera manuū eius consideratis. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scien tiam: et nobiles eius interie=runt fame: et multitudo eius siti exaruit. Propterea dilata uit infernus animam suam: et aperuit os suum absqz vl=lo termino. Lectio secunda.

Et descendēt fortes eius, et popul[9] eius, et sublimes glo riosiqz eius ad eum. Et incur uabitur homo et humiliabi=tur vir: et oculi sublimium de primentur. Et exaltabitur do min[9] exercituum in iudicio: et deus sanctus sanctificabi=tur in iustitia. Et pascentur agni iuxta ordinem suum: et deserta in vbertatem versa aduene comedent. Lcō. iij.

Ve qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis: et qua si vinculum plaustri peccatū Qui dicitis, festinet et cito ve

niat opus eius vt videam⁹: ⁊ appropiet ⁊ veniat consilium sancti israel: ⁊ sciemus illud. Hec dicit dominus.

¶ Alie lctões per heb. Lec. i.



Ve q̄ dicitis malum bonū ⁊ bonum malum: ponētes tenebras lucem ⁊ lucem tenebras: ponētes amarum in dulce ⁊ dulce in amarū. Ve qui sapientes estis in oculis vestris: ⁊ coram vobismetipsis prudentes. Lectio secunda.

Ve qui potētes estis ad bibēdum vinum: ⁊ viri fortes ad miscendum ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus: ⁊ iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut devorat stipulā lingua ignis ⁊ calor flamme exurit: sic radix eorum sicut fauilla erit ⁊ germen eorum vt pulvis ascendet. Lectio tercia.

Abiecerunt enim legem domini exercituum: ⁊ eloquiū sancti israel blasphemauerūt. Ideo iratus est furor domini in populum suum: ⁊ extendit manum suam super eū: ⁊ percussit eum. Et cōturbati sunt montes: ⁊ facta sunt morticina eorum quasi sterc⁹ in medio platearum. In his omnibus nō est auersus furor ei⁹: sed adhuc manus eius extēta. Hec dicit dominus.

¶ Feria secunda. a. Dicit dominus: penitētiam agite, appropinquabit enim regnum celorum alla. ps. Benedict⁹. ¶ Ad vespe. ān. O. ps. Magt.

¶ Feria tertia. Ad matuti. ān. Consurge consurge: induere fortitudinem brachium dñi. ps. Benedictus. Ad vespe. ān. O. ps. Magt. ¶ Si vigilia sancti thome apli in dñica vel in iiij. vel in v. feria vel in sab. quatuor tēporum euen. nihil fiat de vigilia nisi tantū memo. ad missam sed in quacūq; alia fer. conting. fiat missa de vigilia. Si fest. sancti thome apli in sexta feria vel i sabbato quatuor tēporū eue. nihil ad matuti. de iein. fiat tantū memo. sed post. iij. dicitur missa de aplo. Post sextam vero missa fiat solē. de iein. vtraq; ad principa. altere in choro post nonam. Si festum sancti tho. apli in do. eue. differatur in crasti. vt inferius patebit in loco suo. Feria quarta ān.

Ponent dño gloriam: ⁊ laudem eius in insulis nunciabunt: quia ecce veniet ⁊ non tardabit. ps. Benedictus. Ad vesperas ān. O. ps. Magt.

¶ Feria quinta ān. Consolamini cōsolamini popule me⁹ dicit dominus de⁹ noster. ps. Benedictus. Ad vespe. ān. O. p. Magt. Feria sexta ā. Dies domini sicut fur veniet in nocte: ita ⁊ vos estote parati: q; qua hora non putatis filius hominis veniet. ps. Benedictus. Ad ves. an. O. ps. Magt.

¶ Septimo decimo kaleno. ianuarij semper incipietur ā. O sapientia. ⁊ hoc sequens

Rem. Festina. semper dicitur ad vesperas ad initium hui⁹ añe O sapientia nisi forte in sabba. inchoetur: tūc dicatur R. de histo. dominicali: videlicet R. Qui ventur⁹ Postea R. Festina ne dicitur quotidie ad vespe. quando de adventu agitur: vsqꝫ ad vigil. natalis domini nisi in sabb. iiij. dñice R. Festina ne tardaueris dñe. Et libera populum tuum. V. Veni domine ꝛ noli tardare: relaxa facinora plebi tue. Et. Gloria patri. Iterū a choro reincipitur R. Festina. Hy⁹. Conditor. V. Rorate. Excellentior persona que in choro presens fue. incipiat ān. O sapientia que ex ore altissimi prodisti attingens a fine vsqꝫ ad finem fortiter suauiterqꝫ disponens omnia: veni ad docendum nos viam prudentie. ps. Magt.

Nulle deinceps fiant preces neqꝫ prostrationes ad vesperas. Sed ad completorium ꝛ ad oēs alias horas fiant preces cum prostratione more solito. Memoⁱ. de sancta maria ad istud primū O. dicitur ān Aue maria. Ad alias vero vespe. quando de fer. agitur: dr ad memo. de sancta maria ān. Ne timeas. vsqꝫ ad vigi. natal. dñi. Ad istud primum O. nulla fiat memo. de omnibus sanctis: sed abhinc fiant mēo. de sancta maria ꝛ de omnib⁹ sctis sicut in aliis fe. vsqꝫ ad vigi. nati. dñi tā ad vesperas ꝙ ad matutinas. Antiphona.

1 O Adonai ꝛ dux domus israel: qui moysi in igne flamme rubi apparuisti: ꝛ in sina legem dedisti: veni ad redimendum nos in brachio extento. ps. Magnificat. aña.

2 O radix iesse qui stas in signum populorū: super quē continebūt reges os suū: quē gentes deprecabūtur: veni ad liberādū nos iam noli tardare. ps. Mḡt. a.

3 O clauis dauid ꝛ sceptrū dom⁹ israel: qui aperis ꝛ nemo claudit: claudis ꝛ nemo aperit: veni ꝛ educ vinctum de domo carceris sedentem in tenebris ꝛ vmbra mortis. ps Magt. ān.

4 O oriens splendor lucis eterne ꝛ sol iustitie: veni ꝛ illumina sedentes in tenebris ꝛ vmbra mortis. ps. Magt. ān.

5 O rex gentium ꝛ desiderat⁹ earum, lapisqꝫ angularis qui facis vtraqꝫ vnū veni salua hominem quē de limo formasti. ps. Magt. aña.

6 O emmanuel rex ꝛ legifer noster, expectatio gentiū ꝛ saluator earū: veni ad saluādū nos dñe deus noster. ps. Magt. ā.

7 O virgo virginum quomodo fiet istud? quia nec primā similem visa es nec habere sequētem: filie hierusalē quid me admiramini? diuinum est mysteriū hoc quod cernitis. p Mḡt. a.

8 O thoma didyme per christū quem meruisti tangere: te precib⁹ rogamus altisonis: succurre nobis miseris ne dāncmur cum impiis i aduētu iudicis. p. Mḡt. Hec sola a. O thoma. dr ad vtrasqꝫ vesp.

de sancto thoma apostolo super psalmum Magnificat. Memoria de aduentu in die sancti thome apostoli ad matuti. an. Nolite timere: quinta enim die veniet ad nos domin⁹ de⁹ noster. Quando autē festum sancti thome apostoli differtur in. ij. feriā tunc eo anno hec ān. Nolite timere. omnino pretermittatur: & ā. fer. scz Dicit dominus. ad memoriā de aduentu dicatur.

¶ In vigilia natiuitatis domini. Ad matutinas. Inuit. Hodie scietis quia veniet dominus: & mane videbitis gloriam eius. ps. Venite. Hoc inuitatorium dī a solo clerico de. ij. forma nisi do. euen. Hymn⁹. Verbum supernum. Super nock. añe & pi illius fer. ℣. Cōstantes estote. Res. Videbitis auxilium domini super vos. Scdm Mattheu.

In illo tempore. Cū esset desponsata mater iesu maria Joseph: anteq̄ conuenirent inuenta est in vtero habens de spū sancto. Et rel. Homelia Origenis. Lctō. j.

Que fuit necessitas fratres vt desponsata esset maria ioseph: nisi propterea quaten⁹ hoc sacramentū diabolo celaretur, & ille malign⁹ fraudis cōmenta aduersus desponsatam virginem nulla penitus inueniret? Vel ideo desponsata fuerat Joseph: vt nato infanti vel ipsi marie curam videretur impendere Joseph: siue in egyptum iens, vel inde denuo rediens. Ideo fuerat desponsata Joseph: non tamē in concupiscentia iuncta. ℟. Sanctificamini hodie & estote parati: quia die crastina videbitis Maiestatem dei in vobis. ℣. Hodie scietis quia veniet dominus & mane videbitis. Maiestatem. Lectio. ij.

Mater (inquit) eius. Mater immaculata: mater incorrupta: mater intacta. Mater ei⁹. Cuius eius? Mater dei vnigeniti. dñi & regis omniū, plasmatoris & creatoris cunctorū. Ipsius qui in excelsis est sine matre: & in terris est sine patre. Ipsius qui in celis secundum deitatem in sinu est patris, & in terris secundum corporis susceptionem in sinu est matris. O magne admirationis gratia. O inenarrabilis suauitas. O ineffabile magnumq̄ sacramentum. Ipsa eadem virgo: ipsa & mater domini. Ipsa & genitrix: ipsa & eius ancilla. Plasmatio ei⁹ ipsa quem genuit. ℟. Constantes estote: videbitis auxilium domini super vos: iudea & hierusalem nolite timere. Cras egrediemini: & dominus erit vobiscum. ℣. Vos qui in puluere estis expergiscimini & laudate: ecce dominus veniet cum salute. Cras egrediemini. Lectio tertia.

Quis ista vnq̄ audiuit? Quis vidit similia? Quis hoc cogitare potuit vt virgo mater esset, intacta generaret, que & virgo permansit & ge-

nuit? Sicut enim rub9 quondam comburi videbatur, et ignis eum non tãgebat: & sicut tres pueri in camino inclusi habebantur, & tamẽ eos non ledebat incendium, nec odor fumi erat in eis: vel quẽadmodum danieli intra lacũ leonum incluso claustris nõ apertis allatum est ei prandiũ ab abacuch: ita & hec sancta virgo genuit deũ, sed intacta permansit. Mater effecta est: sed virginitatem non amisit. ℟ De illa occulta habitatione sua egressus est filius dei: descẽdit Visitare et consolari omnes Qui eum de toto corde desiderabant. ℣ius Ex sion species decoris eius: deus noster manifeste veniet. Visitare. Gloria patri. Qui.

Non dr Te deum. ℣ Crastina die delebitur iniq̃tas terre. ℟. Et regnabit super nos saluator mundi. In laud. an.

Iudea & hierusalem nolite timere: cras egrediemini et dominus erit vobiscum. ps. Miserere. & ceteri ps illi9 fer. & si do. fuerit tunc dicatur ps Dominus regnauit. sicut in aliis do. preced. ã Hodie scietis quia veniet dñs: & mane videbitis gloriam eius. ana. Crastina die delebitur iniquitas terre & regnabit super nos saluator mundi. an. Propter sion non tacebo: donec egrediatur vt splendor iustus eius. Si vigilia natiuitatis domini in sabbato contige. non dr ã Propter sion. super canticum: sed ãn Expectetur. cum ps Audite celi. & in illo anno pretermittatur ã. Propter sion. sed quacunq̃ alia feria contige. ãn Propter siõ super canticum dr. ãn Expectetur sicut pluuia eloquium domini: & descẽdet super nos sicut ros deus noster. ps Audite celi. ãn Crastina erit vobis salus: dicit dominus de9 exercituum. ps Laudate. Cap

Esaie. 62.

Propter siõ non tacebo, & propter hierusalem non quiescam: donec egrediatur vt splendor iustus eius: & saluator eius vt lampas accendatur. Hy9 Vox clara. ℣9 Hodie scietis quia veniet dominus. ℟. Et mane videbitis gloriam eius. ãn Cum esset desponsata mater iesu maria ioseph, anteq̃ conuenirent inuenta est in vtero habens: quod enim i ea natum est, de spiritu sancto est alleluia. ps Benedictus. Oratio.

Deus qui nos redẽptionis nostre annua expectatione letificas: presta vt vnigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus, venientem quoq̃ iudicem securi videamus dominum nostrum Jesum christum filiũ tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritussancti. Amen. Dominus vobiscum. Puer hebdomadarius dicat Benedicamus domino. Hec precedens oratio dr ad matu. & ad alias horas huius diei: & etiam ad primas vesperas

Non dicātur preces: nec fiat genuflexio ad has matut. nec ad alias horas hui⁹ diei. Nō dicātur matut. de sancta maria hac die in conventu: nec abhinc usqʒ ad octavas sancti stephani tamen dicētur extra conventum: nam quotidie sive in choro sive extra cho. per totum annum dñr ves. ⁊ matutiñ. de sancta maria. Nulla mēo. fiat ad has mat. si dñica non fuerit nisi tantum de omnibus sanctis: scilicet aña. **Ecce dominus veniet.** Vsus. **Ecce apparebit dñs.** Oratio. **Conscientias nostras.** Non dr ps **Ad te levavi.** ad has matut. nec abhinc usqʒ ad inceptionem histo. **Domine ne in ira.** ¶ Ad primam ā. **Judea ⁊.** ps. **De⁹ in nomine. Beati immaculati. Retribue. Gloria patri.** ān **Gloria tibi trinitas** ps. **Quicūqʒ vult.** Cpm. **Domine miserere.** ℟. **Jesu christe.** cum **alla.** ℣. **Qui sedes.** et dr cum **Alla.** quotidie infra octa. usqʒ ad octa. epipha. ⁊ in ipsis octa. ⁊ iste ℣sus **Qui sedes.** hac die tantum dicitur. ¶ Hoc etiā generaliter fit p totum annū qꝫ quotienscunqʒ dñr ℟. super hoc. cū **alla** ℟. **Jesu christe.** debet precedere cum **alla.** Preces ⁊c. que ad primā pertinent absqʒ pstratione expleātur. Si hec vigi. in do. eveñ. hoc modo dicetur prima. Super j. hy⁹ **Jā lucis** ān **Judea ⁊ hierusalē.** ps **De⁹ in noie.** ān. **Te inre.** ps. **Quicunqʒ vult.** Cp **Regi seculorum.** ℟. **Jesu christe.** cū **alla.** cetera vts. Ad oēs hor. dñr cantus fer. sup hym. si m. nō fue. ¶ Ad tertiā. ā. **Hodie scietis.** ps **Legē pone.** Cp. **Propter sion.** ℟. **Constantes estote alla alla.** ℣⁹ **Videbitis auxilium dñi super vos. Alla. Gloria. Cōstan.** ℣⁹ **Crastina die erit vobis sal⁹.** ℟. **Dicit domin⁹ deus exercituum.** sine **alla.**

¶ Sciendum est qꝫ oēs responsiones versiculorum sine **alla** dicātur per totum annū extra tēp⁹ pasc. nisi post ℣. **Verbum caro.** ⁊ post ℣. **Dñs reg.** Oēo. **Deus qui.** ¶ Ad sextam. aña. **Crastina.** ps **Defecit.** Cpm.

Vidебunt gētes iustum tuum ⁊ cuncti reges inclytum tuū: ⁊ vocabitur tibi nomen novū quod os dñi nominavit. ℟. **Crastina die erit vobis sal⁹. Alla alla.** ℣. **Dicit dñs de⁹ exercituum. Alla al.** ℣. **Hodie scietis qr veniet dñs.** ℟m **Et mane videbitis gloriam eius.** Oratio vts. ¶ Ad nona m ān **Crastina.** ps. **Mirabilia.** Capitulum.

Esaie. 62. A

Non vocaberis ultra derelicta: ⁊ terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in ea: ⁊ terra tua inhabitabitur. ℟. **Hodie scietis quia veniet domin⁹ alla alla.** ℣⁹. **Et mane videbitis gloriam ei⁹. Alleluia alla.** ℣. **Constantes esto.** ℟. **Videbitis auxilium domini super vos.** Si hec vigi. nativita. domini in sabba. contige. ieiu. quatuor tēporū

Esaie. 62. B

non in ipsa hebdo. sed in precedenti erunt. Si autem hec vigi. in do. euen. totum seruit. fiat de do. vsqꝫ ad ℣. tercij noc qui erit. Constantes estote. ante pronūciationem euāgel. preter inuita. qd erit de vigi. scilicet Hodie scietis. Deinde vero totū de vigi. dicitur: & post primam coll. que erit de vigi. post p̄m. Benedictus fiat memo. de do. tātum. Sed nulla fiat mēo. de sancta maria: nec etiam matuti. de ea dicantur in conuentu: neqꝫ memo. de omnibus sanctis. Ad. j ān. Judea & hierusalem. ane, cpm. ℣. & ℟. & coll. super omnes alias horas de vigi. erūt cum oratione de vigil. prec. & nihil de do. Missa vero do. dr in cpo. post. j. ante. iij. & ante proces. dr, & missa de vigil. dr post. vj. in cho. ad aucteticum altare cum alla. ℣. Crastina. Sequentia. Jubilemus.

¶ In vigilia natiuitatis dn̄i Ad primas vesperas. Aña.

1 Rex pacificus magnificatus est, cui⁹ vultum desiderat vniuersa terra. ps. 2 Laudate pueri. ān. Magnificatus est rex pacificus super omnes reges vniuerse terre. ps. Laudate dn̄m omnes gē-3 tes. ān. Scitote quia prope est regnum dei: amen dico vobis quia non tardabit. ps. 4 Lauda anima. ān. Leuate capita vestra: ecce appropiquabit redemptio vestra. Psalm̄ Laudate dn̄m qm̄ bonus. ān 5 Completi sunt dies marie vt pareret filium suū primogenitum. ps. Lauda hierusalem dominum. Capitulum.

Populus gentium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitātibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. ℟. Judea & hierusalem nolite timere. Cras egrediemini. Et dominus erit vobiscum. ℣. Constātes estote: videbitis auxiliū domini super vos. Cras egrediemini. Gloria. Et. Hymn⁹.

Veni redemptor gentiū ostende partum virginis: miretur omne seculum, talis decet partus deum.

Nō ex virili semine, sed mystico spiramine: verbum dei factum caro, fructusqꝫ ventris floruit.

Aluus tumescit virginis, claustra pudoris permanent: vexilla virtutum micāt: versatur in templo deus.

Procedens de thalamo suo, pudoris aula regia: gemine gygas substantie, alacris vt currat viam.

Egressus ei⁹ a patre, regressus eius ad patrem: excursus vsqꝫ ad inferos, recursus ad sedem dei.

Equalis eterno patri carnis strophio accingere: infirma nostri corporis, virtute firmans perpeti.

Presepe iam fulget tuum, lumenqꝫ nox spirat nouum: quod nulla nox interpollet, fideqꝫ iugi luceat.

Deo patri sit gloria, eiusqꝫ

soli filio: cum spiritu paraclito. et nunc et in perpetuum. Amen. Nō dicitur in fine huius hym. Gloria tibi domine nec ad completo. sed ℣. Deo patri. ℣. Tanq̄ sponsus. ℟. Dominus procedens de thalamo suo. sine. alleluia. an. Dū ortus fuerit sol de celo videbitis regem regum proceden tem a patre: tanq̄ sponsum de thalamo suo. ps. Magnificat. Tota cantetur ān. anteq̄ inchoetur ps. Magnificat. Hec sunt fes. maiora dupl. in quibus ad primas vesperas tantum super psal. Magnificat. tota cantabitur ān. ante psalmi intonationē. Scilicet primus dies natiuitatis domini: dies epipha. dies purificationis beate marie: prim⁹ dies pasc. dies ascen. dñi. prim⁹ dies pente. Festum sancte trinitatis festum corporis christi, festum reliquiarum, festa visitationis, assumptionis, et natiuitatis beate Marie, festum dedicationis ecclesie, festum omniū sanctorū, et festū loci. Oratio. De⁹ qui nos redem. vts ad matuti. et terminetur vt ibi dr. Domin⁹ vobiscum. A duobus clericis de. ij. forma dr. Benedicamus dño. sine alla. Et sciēdum est q̄ in omnibus vigil. sanctorū siue fuerit de tēporali siue de sanctis: semper ad. j. vesp. dr oro de vigi. nisi festum differatur et nisi in vigi. sancti thome apostoli et sancti Jacobi et sancti bartholomei. Qñ vero fes. differtur tunc in vigil. predictorum apl'orum oratio de die dicatur ad. j. vespe. Ad compl. hymnus de superiori gra. super ps. incipiat ān. Estote parati similes hominib⁹ expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis. ps. Cū inuocarem. et ceteri psi cōsueti. Cpīn. Tu in nobis. hy⁹. Saluator mundi. ℣. Custodi nos. ān. Vigilate omnes et orate: nescitis enim quando tēpus sit: vigilate ergo nescitis enī quando domin⁹s domus veniet: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venerit repente inueniat vos dormientes. ps. Nūc dimittis Preces et cetera que ad comple. pertinent sunt exequēda

¶ In die natiuitatis domini Ad matutinū. Inuitatorium. Christus nat⁹ est nobis. Venite adoremus. ps. Venite exultemus. Hymnus.

Christe redemptor omnium, ex patre patris vnice: solus ante principium natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu splendor patris, tu spes perenis omniū: intende quas fundūt preces, tui per orbem famuli.

Memento salutis auctor, q̄ nostri quondam corporis: ex illibata virgine, nascēdo formam sumpseris.

Hic presens testatur dies, currēs per anni circulum: q̄ solus a sede patris, mundi salus adueneris.

Hunc celum terra hūc ma

re, hũc omne quod in eis est: auctorem aduentus tui, laudat exultans cantico.

Nos quoque qui sancto tuo redempti sanguine sum⁹: ob diem natalis tui hymnũ nouum concinimus.

Gloria tibi dñe. &c. Hic primũ dicetur Gloria tibi dñe. Hic etiam ℣. dicitur in fine omnium hymnorum eiusdem metri vsq; in crastinum puri. preterq; in fes. xvi. & per octa. & nisi in hymnũ Deus creator omnium. Dicetur etiam in fine omniũ hymnorum eiusdẽ metri: & in omnib⁹ fest. & per octa. beate marie & in cõmẽo. beate marie virginis eiusdẽ metri per totum annũ. Et in fes. corporis christi & per octa. & in octa. quando de ipsis oc. fit serui. nisi in hym Verbũ supernum. In primo noc. añ. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. ps Quare fremuerunt. añ. Tanq; sponsus domin⁹ procedẽs de thalamo suo. ps Celi enarrant. añ Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. ps Eructauit. ℣. Tanq; sponsus. ℞ Dominus procedens de thalamo suo. sine alleluia Tres prime lect. de prophetia esaie legantur. Lectio .j.

Esaie. 9. A



Rimo tẽpore alleuiata est terra zabulon & terra neptalim: & nouissimo aggrauata est via maris trans iordanem galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Multiplicasti gẽtem: nõ magnificasti letitiam. Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe: sicut exultãt victores capta preda, quãdo diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris superasti: sicut in die madian. Quia omnis violenta predatio cum tumultu: et vestimentum mixtum sanguine erit in combustione & cib⁹ ignis. Paruulus enim nat⁹ est nobis: & filius datus est nobis. Et fact⁹ est principatus super humerum eius: et vocabitur nomẽ eius admirabilis, consiliarius de⁹ fortis, pater futuri seculi princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: & pacis non erit finis. In fine harum triũ lectionum dicitur Hec dicit.

Non dr Qui hodierna die de virgine nasci dignatus est. secundum vsum Sarum. ℞. Hodie nobis celorum rex de virgine nasci dignat⁹ est vt hominem perditum ad regna celestia reuocaret: gaudẽt exercitus angelorum. Quia salus eterna humano generi apparuit. ℣ Gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bone voluntatis Quia. lc. ij.

Esa. 4

Consolamini cõsolamini popule meus: dicit

deus vester. Loquimini ad cor hierusalē & aduocate eā: quoniam completa est malitia ei9: dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini duplicia: pro omnibus peccatis suis. Vox clamātis in deserto parate viam domini: rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Omnis vallis exaltabitur: & omnis mōs & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: & aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini: & videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est. Vox dicētis. Clama. Et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fenū: & omnis gloria ei9 quasi flos agri. Exiccatum est fenum: et cecidit flos. Verbum autem domini manet in eternū. Hec dicit. ℞. Hodie nobis de celo pax vera descēdit. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi. ℣. Hodie illuxit nobis dies redemptionis noue, reparationis antique, felicitatis eterne. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi. Lectio tertia.

2

CONsurge consurge: induere fortitudine tua sion: induere vestimētis glorie tue ciuitas sancta hierusalem: quia non adiciet vltra vt pertranseat per te incircūcisus & immundus. Excutere de puluere: consurge sede hierusalē: solue vincla colli tui captiua filia sion. Quia hec dicit dominus deus. Gratis venundati estis: & sine argento redimemini: quia hec dicit dominus deus. In egyptum descendit populus meus in principio vt colon9 esset ibi: & assur absq3 vlla causa calūniatus est eum. Et nunc quid mihi est hec: dicit dominus? Quoniam ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt dicit domin9: & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Hec dicit dominus. ℞. Descēdit de celis miss9 ab arce patris: introiuit per aurem virginis in regionem nostram indutus stola purpurea. Et exiuit per auream portā. Lux & decus vniuerse fabrice mūdi. ℣. Tanq̄ sponsus domin9 procedens de thalamo suo. Et exiuit. Gloria patri. Lux.

3

Non dicatur prosa ad matutinas: sed tantum ad process. hui9 diei ante missam In secundo nocturno ān Suscepimus deus misericordiam tuā in medio templi tui. ps. Magnus dominus. an Orietur in diebus domini abundantia pacis & dominabitur. ps. Deus iudicium. ān. Veritas de terra orta est: & iustitia de celo prospexit. ps. Benedixisti domine. ℣. Ipse inuocauit me. Pater me9 es tu. Ane alia Sermo beati Ysidori epi de natiuitate domini. Lc̄o. iiij.

NAtalis domini dies ea de causa a patrib9 votiue solennitatis institutus est: quia in eo Christus pro

redemptione mūdi nasci corporaliter voluit: prodiens ex virginis vtero, qui erat in patris imperio. Cuius suscepte carnis causa hec est. Postq̄ enim inuidia diaboli parens ille primus spe seductus inani cecidit: confestim exul ac perditus in omni genere suo radicem malitie & peccati traduxit. Crescebatq; in malum vehementius omne gen⁹ mortalium: diffusis vbiq; sceleribus: & (quod est nequius omnium) cultibus idolorum. Volēs ergo deus terminari peccatum: consuluit verbo, lege, prophetis, signis, plagis, prodigiis. Sed cum nec sic quidem errores suos admonitus agnosceret mūdus: misit de⁹ filium suū vt carnem indueret: et hominibus appareret. & peccatores sanaret. Ista lc. & oēs lc. seqn̄. terminātur cū Tu. ℟. Quem vidistis pastores dicite: annunciate nobis in terris quis apparuit. Natum vidimus in choro angelorum saluatorem dominū ℣sus. Secundum quod dictū est nobis ab angelo de puero isto: inuenimus infantem pannis inuolutum & positum in presepio in medio duū animalium. Natum vidimus in choro angelorum. Alius ℣s⁹ per hebdo. Dicite quidnam vidistis: & annūciate christi natiuitatem. Natum vidim⁹. Et dicitur per hebdomadā siue dominica fuerit siue non. Lectio quinta & sexta leganrur de sermone beati Leonis pape. de nati. domini. Lctō. v.

Exultem⁹ in domino dilectissimi: et spiritali iocunditate letemur: quia illuxit nobis dies redemptionis noue, reparationis antique, felicitatis eterne. Reparatur enim nobis salutis nostre annua reuolutione sacramentū ab initio promissum, in fine redditum, sine fine mansurū, In quo dignum est nos sursum erectis cordibus diuinū adorare mysterium: vt quod magno dei munere agitur, magnis ecclesie gaudiis celebretur. ℟. O magnum mysterium et admirabile sacramentum: vt animalia viderēt dominum natum. Jacentem in presepio: beata virgo cuius viscera meruerūt portare dominum christum. ℣. Domine audiui auditum tuum et timui: consideraui opera tua et expaui in medio duum animalium. Jacētem in presepio beata virgo. Lectio sexta.

Ingredietur ergo hui⁹ mundi infima fili⁹ dei: de celesti sede descendens & a paterna gloria nō recedens: nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine: quia inuisibilis in suis, factus est visibilis in nostris, incomprehensibilis voluit cōprehendi: ante tempora manens, esse cepit ex tempore. Vniuersitatis dominus seruilem formam obumbrate maiestatis sue digni-

tate suscepit: impassibilis deus non dedignatus est homo esse passibilis: & immortalis mortis legibus subiacere. Noua autē natiuitate generatus: quia inuiolata virginitas cōcupiscentiam nesciuit. substantiam ministrauit.

6 ℟. Te laudant angeli sancta dei genitrix que virum non cognouisti & dominum in tuo vtero baiulasti: cōcepisti per aurem dn̄m nostrum. Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Ipsum genuisti & in presepe posuisti quē adorat multitudo angelorū. Vt benedicta. Gloria patri. Vt.

¶ In tercio noctur. ā. Ipse inuocauit me allla. pater meus es tu allla. ps. Misericordias. a. Letentur celi & exultet terra ante faciem domini quoniam venit. ps Cantate. j. ān Notum fecit dn̄s alleluia: salutare suum allla. p̄. Cantate. ij. ℣. Verbum caro factū est ℟. Et habitauit i nobis allla

Tres vltim. lect. legantur in cappis seri. Scdm Lucam.

Cap. 2. A

In illo tempore. Exiit edictum a cesare augusto vt describeretur vniuers⁹ orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatē. Et reliqua. Homelia beati Gregorij pape. Lectio. vij.

Quia largiente dn̄o missarum solennia ter hodie celebraturi sumus: loqui diu de euangelica lectione non possumus. Sed nos quidem aliquid vel breuiter dicere illa redemptoris nostri natiuitas compellit. Quid est ꝙ nascituro domino mund⁹ describitur: nisi hoc quod aperte mōstratur? Quia ille veniebat in carne: qui electos suos ascriberet in eternitate. Quod contra de reprobis per prophetam dicitur. Deleantur de libro viuētium: & cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in bethleem nascitur: bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse nanqꝫ est qui ait. Ego sum panis vi n⁹: qui de celo descendi. Tu autē.

7 ℟. Beata dei genitrix maria: cuius viscera intacta permanent. Hodie genuit saluatorem seculi. ℣. Beata que credidit quoniā perfecta sunt omnia que dicta sunt ei a domino. Hodie. Euangelium Secundum Lucam. Lec. viij

Cap. 2. C

In illo tempore. Pastores loquebantur adinuicem. Transeam⁹ vsqꝫ bethleem: & videamus hoc verbū quod factum est: quod fecit dn̄s & ostendit nobis. Et rel. Homelia venerabilis Bede presbyteri.

Nato in bethleem domino saluatore (sicut sacra euangelij testatur historia) pastoribus qui in eadem regione erant vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum: angelus domini cum magna luce apparuit. Exortumqꝫ mundo solem iu=

stitie, nō solum celestis voce sermonis: verumetiam claritate diuine lucis astruxit. Nusq̄ enim ī tota veteris testamenti serie reperimus angelos (qui tam sedulo apparuere patribus) cum luce apparuisse. Tu autem. ℞. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filiū, et beata vbera que lactauerunt Christum dominum. Quia hodie pro salute mūdi de virgine nasci dignat⁹ est. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes et adorate dominum. Quia hodie.

¶ Initium sancti euangelij secundum Joannem. Lec. ix.

Cap. I. A



N principio erat verbū, et verbum erat apud deum: et deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbyteri.

Quia temporalem mediatoris dei et hominū hominis Jesu christi natiuitatem que hodierna die facta est: sanctorum verbis euangelistarum (matthei videlicet et luce) manifestatam cognouim⁹: libet etiam de verbi (id est de diuinitatis ei⁹ eternitate) in qua patri semper manet equalis: beati Joannis euāgeliste dicta scrutari, qui singulari priuilegio meruit castitatis vt ceteris altius diuinitatis ipsius caperet simul et patefaceret arcanum. Alij enim euangeliste christum ex tempore natum describunt: Joannes in principio eundem fuisse testatur dicens. In principio erat verbum. Alij inter homines eum subito apparuisse cōmemorant: ille ipsum apud deum semper fuisse declarat, dicens. Et verbum erat apud deum. Alij eum verum hominem: ille verum confirmat esse deum, dicens. Et deus erat verbum. ℞. Verbum caro factū est: et habitauit in nobis. Cuius gloriam vidim⁹ quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie et veritatis. ℣. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Cuius gloriā. Gloria patri. Plenum gratie.

Dum istud vltimum ℞. cum suo ℣su et Gloria patri. cantitur: procedat diaconus cum subdia. et thuribul. et cerofer. et accoli. crucem ferente: omnibus solēm apparatu indutis ad thuri. altare: et accepta benedictione ab execut. offi. per medium chori ad pulpitū accedat ad cantandum euangel. sequens. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

¶ Initium sancti euangelij scdm Mattheū. Gl'ia tibi dn̄e.

Cap. I. A

Liber generationis Jesu christi filij dauid: filij abraham. Abrahā genuit isaac. Isaac autem genuit iacob. Jacob autem genuit in-

dam & fratres eius. Iudas au
tem genuit phares & zaram
de thamar. Phares autem ge
nuit esrom. Esrom autem ge=
nuit aram. Aram autē genuit
aminadab. Aminadab autem
genuit naason. Naason autē
genuit salmon. Salmon au=
tem genuit booz de raab.
Booz autem genuit obeth ex
ruth. Obeth autem genuit ies
se. Iesse autem genuit dauid
regem. Dauid autem rex ge=
nuit salomonē ex ea que fuit
vrie. Salomō autem genuit
roboam. Roboam autem ge=
nuit abiam. Abia autem ge=
nuit aza. Aza autem genuit
iosaphat. Iosaphat autem ge
nuit ioram. Ioram autem ge
nuit oziam. Ozias autem ge
nuit ioathan. Ioathan autem
genuit achaz. Achaz autem
genuit ezechiam. Ezechias
autem genuit manassem. Ma
nasses autem genuit amon.
Amon autem genuit iosiam.
Iosias autem genuit iecho=
niam & fratres eius in trās=
migratione babylonis. Et
post transmigrationem baby
lonis: iechonias genuit sala=
thiel. Salathiel autē genuit
zorobabel. Zorobabel autem
genuit abiud. Abiud autem
genuit eliachim Eliachim au
tem genuit azor. Azor autem
genuit sadoch. Sadoch autē
genuit achim. Achim autem
genuit eliud. Eliud autem
genuit eleazar. Eleazar autē
genuit mathan. Mathan au=
tem genuit iacob. Iacob autē
genuit ioseph virum marie:
de qua natus est Iesus qui
vocatur christus. Finito euā
ge. incipiat sacer. execut. offi=
cij in cappa serica i stallo suo
loco non muta. hm. Te deum
laudamus te dn̄m. alta voce.
¶ Notandum est q per totū
annum dr ad matuti. Te deū
extra aduen. & nisi a lxx. vsqz
ad pasch & nisi in fer. quādo
de feria agitur & nisi in fest.
iij. lec. que fiunt in vigi. & in
iiij. tēporibus extra heb. pen
tecost. & exceptis quibusdam
fes. iij. lect. his scilz. In maio
sancte petronille virginis qn̄
post octa. trinitat. & corporis
christi contige. In mense se=
ptemb. sancti bertini abbatis
Eodem mēse sancte tecle vir=
gi. In mense octob. sancti ro=
mani epi & confesso. Quo fini
to. iiij. rectores cho. scz duo de
superiori gradu: & duo de. ij.
forma incipiant missam hoc
modo. Offm̄. Dn̄s dixit. Et
post missam statim principa=
lis sacer. dicat ante laud. hūc
℣. coram altari. ℣. Verbū ca=
ro factum est. Rm̄ Et habita
uit in nobis. cum alla. Item
ibidem sacer. dicat Deus in ad
iutorium meū. anteq̄ recedat
ab altari ¶ In laudibus ān.
Quem vidistis pastores di=
cite: annunciate nobis in ter
ris quis apparuit: natū vidi
mus in choro angelorū salua
torem dn̄m alla alla. ps. Dn̄s
reg. an. Genuit puerpera re=
gem cui nomen eternū: & gau
dium matris habēs cum vir=

1

2

ginitatis honore, nec primā similem visa est, nec habere sequentem alleluia. ps. Jubilate deo. an. Angelus ad pastores ait: annūcio vobis gaudium magnum: quia nat⁹ est vobis hodie saluator mundi alleluia. ps. Deus deus meus. an. Facta est cum angelo multitudo celestis exercitus laudātium et dicentium, gloria in excelsis deo: et in terra pax hominib⁹ bone voluntatis alleluia. ps. Benedicite. an. Paruul⁹ filius hodie natus est nobis et vocabitur deus fortis alleluia alleluia. ps. Laudate dn̄m de celis Cap. et oīa que ad mat. pertinent eodem modo expleantur quo ad vesperas excepto q ad lau non incensatur nisi principale altare. Capitulū.

Tit. 2. C

APparuit gratia dei saluatoris nostri omnib⁹ hominibus: erudiens nos vt abnegantes impietatem et secularia desideria, sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. Deo gratias. Hymnus.

A Solis ort⁹ cardine, ad vsqꝫ terre limitem: christum canamus principem, natum maria virgine.

Beatus auctor seculi, seruile corpus induit: vt carne carnē liberās, ne perderet quos condidit.

Caste parentis viscera, celestis intrat gratia: vēter puelle baiulat, secreta que non nouerat.

Domus pudici pectoris, tēplum repente fit dei: intacta nesciens virum, verbo concepit filium.

Enixa est puerpera, quē gabriel predixerat: quē matris aluo gestiens, clausus ioannes senserat.

Feno iacere pertulit, presepe non abhorruit: paruoqꝫ lacte pastus est, per quem nec ales esurit.

Gaudet chorus celestium, et angeli canunt deo, palamqꝫ fit pastoribus, pastor creator omnium.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine. V⁹. Benedict⁹ qui venit in nomine domini. R. Deus dominus et illuxit nobis. an. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis alleluia alleluia. Psalmus. Benedictus. Oratio.

COncede quesumus omnipotens deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. que sic terminetur. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. etc. Duo clerici de superiori gradu in superpelliciis cantent simul hoc Benedicamus domino ad has mat. tantum sex Verbum patris hodie processit ex virgine: venit nos redimere et celesti patrie voluit nos reddere: virtutes angelice cum canore iubilo laudes reddant domino.

¶ Alij duo clerici de superiori gradu in consimili habitu

ex vtraqꝫ parte assumpti re-spondeant **Refulgēs pastori bus nūciauit angelus pacis pacem nunciās. tu pastor ecclesie pacem nobis tribue, filios et instrue redemptori debitas iubilando gratias.**

Deinde fiat memoria de sancta maria ad consummationē totius mysterij incarnationis. Añ. **Ecce completa sunt omnia que dicta sunt per angelum de virgine maria.** Vers. **Post partum virgo inuiolata permansisti.** Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue que sumus vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctorem vite suscipere dñm nostrum Jesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. Dñs vobiscum.

Duo pueri in superpelliciis dicāt **Benedicamus domino.** sine **alla.** Et est notandum qꝫ nunqꝫ per totum annum dr̄ **Benedicamus domino**, cum **alla**. nisi in paschali tēpore. His peractis cum summo mane duo rectores de. ij. forma incipiant mis. Officium **Lux fulgebit.** ¶ Ad primam. Hy. **Jam lucis.** ā. **Quem vidistis** ps. **Deus in nomine tuo.** ps. **Beati immaculati.** ps. **Retribue seruo.** an. **Gratias tibi.** ps **Quicunqꝫ.** Cpm **Regi seculorum.** R. **Jesu christe** .. cū **alla.** V. **Qui de virgine dignatus es nasci. Miserere nobis. Gloria patri. Jesu christe.** V. **Exurge domie.** Hic etiam V. **Qui de virgine.** Et quotidie vsqꝫ in crasti. purifica. beate marie nisi in die epipha. et p octa. eiusdem: et etiam in octa. Dicetur etiam idem V. in omnibus festis et per octa. beate marie et in commeō. eiusdem per totum annum: et in fest. corporis christi et per octa. et in octa. quando de ipsis octa. fit seruī. V. **Exurge domine.** Preces et c. que pertinent ad primam expleantur ¶ Ad terciam. Hymn. **Nunc sancte.** Super ps. in superiori gradu incipiatur ān **Genuit puerpera.** ps **Legem pone.** Cpm **Apparuit gratia.** R. in. ij. forma dicitur. Idem ordo in ceteris horis seruetur R. in. **Verbum caro factum est Alla alla.** V. **Et habitauit in nobis. Alla alla. Gloria patri. Verbum.** V. **Ipse inuocauit me.** Chorus respondeat **Pater meus es tu** sine **alla.** quod per totum annum obseruetur extra tempus pasch. nisi post V. istum **Verbum caro.** vt̄s dictum est. oro. **Concede q̄s omnipotens de⁹.** ¶ Ad sextam Hy. **Rector potens.** ān **Angelus domini..** ps **Defecit.** Capitulum.

Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. R. **Ipse inuocauit me Alleluia alla.** V. **Pater meus es tu Alla alla.**

Titū. 3. B

℣. Notum fecit dominus. ℟. Salutare suum. sine alleluia Oratio vt s. ¶ Ad nonam hy. Rerum deus. an. Paruulus. ps. Mirabilia. Capitulum.

Heb. I. A

Multifarie multisqȝ modis olim deus loquẽs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. ℟. Notum fecit dominus Alleluia alleluia. ℣. Salutare suũ Alleluia. Gloria patri. Notum fecit. ℣sus. Benedictus qui venit in nomine domini. ℟. Deus dominus et illuxit nobis. sine alleluia Oratio vt s. ¶ Ad vespas an.

1 Tecum principiũ in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. ps. Dixit dominus.

2 an. Redemptionem misit dominus populo suo, mandauit in eternum testamentum suũ.

3 ps. Confitebor. an. Exortũ est in tenebris lumen rectis corde misericors et miserator et iustus dominus. ps. Beatus vir.

4 an. Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redẽptio. ps. De profundis. Añ.

5 De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. ps. Memẽto. He predicte añe cum suis psis dicũtur quotidie ad vesp. vsqȝ ad octa. epipha. et in ipsis oct. de quocunqȝ fit seruit. Capitulum. Multipharie. ℟. Verbum caro. Hy. A solis ortus cardine. ℣. Benedictus an. Hodie christus natus est, hodie saluator apparuit, hodie in terra canũt angeli, letantur archangeli, hodie exultant iusti dicentes gloria in excelsis deo alleluia. ps. Magnificat. Oratio. Concede qs. Finita hac oratione cum Benedicamus. a duobus clericis de. ij. forma in superpelliciis conueniant omnes diaconi in cappis sericis portãtes cereos ardentes in manibus: et sic eat proces. per mediũ chori ad altare sancti stephani cantantes ℟. quodam dia. incipiente ℟. Sancte dei preciose prothomartyr stephane qui virtute charitatis circumfultus vndiqȝ dominum pro inimico exorasti populo. Funde preces pro deuoto tibi nũc collegio. Tres diaconi dicãt ℣. Vt tuo propitiatus interuentu dominus nos purgatos a peccatis iungat celi ciuibus. Funde preces. Omnes diaconi simul cantent prosam ver. Te mũdi climata protomartyr laudant omnia. Chorus respõdeat cantũ prose in cãtu versuum precedentium super literam A. post vnumquemque versum. ℣. Qui primus ad martyrii gloriosa currẽs brauia. ℣sus. Hodie sacra plenus gratia. ℣. Domini sequens vestigia. ℣. Quem videre. ℣. Meruisti. ℣. Patris in gloria. ℣. Vt pelleres lapidantum crimina supplicans de venia Funde. non dicitur Gloria. ad hac processionem: sed dum prosa canitur sacer. thuri. altare. deinde imaginem sancti stepha. et postea dicat sacerd. modesta voce. ℣. Gloria et ho. Oro.

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus: ut discamus et inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. In redeundo dicitur R. de sancta maria: ver. Stirps iesse virgam produxit, virgaque florem. Et super hunc florem requiescit spiritus almus. V. Virgo dei genitrix virga est, flos filius eius. Deinde hoc R. Speciosus forma pre filiis hominum. R. Diffusa est gratia in labiis tuis non vlterius. Oratio. Deus qui salutis. Ab hac die vsque ad purificat. semper ad memo. beate marie dicitur ad matu. R. Post partum. et ad vesperas V. Speciosus forma. tantum: nisi quando fit memo. de commemo. eiusdem ad ves. alicuius sancti cum hac an. Sub tuam protectionem. tunc enim dicitur R. Sancta dei genitrix. semper cum oratione Deus qui salutis. Ubi non fit processio de sancto stephano dicitur ad memoriam eiusdem an. Tu principatum tenes in choro martyrum similis angelo: qui pro te lapidantibus deum deprecatus es, beate stephane intercede pro nobis ad dominum. R. Gloria et honore. Oratio. Da nobis. vts. Et tunc nulla fiat memoria de sancta maria ad matutinas vsque in crastino circuncisionis: nec etiam ad vesperas: nisi vbi fit proces. Ad completorium an. Natus est nobis hodie saluator qui est christus dominus in ciuitate dauid. ps. Cum inuocarem exaudiuit me Capitulum. Tu in nobis. Hymnus. Saluator. V. Custodi nos domine. an. Alleluia. Verbum caro factum est alleluia: et habitauit in nobis alleluia alleluia. Psalmus. Nunc dimittis seruum tuum. Preces et orationes vt supra Hoc completo. non mutatur vsque ad circumcisionem domini. an. vero super ps. Nunc dimittis. ordo vsque ad vigi. epip. Et a prima die natalis domini regendus est cho. in cappis sericis vsque Veterem ho. Excepta vigilia epipha. quando extra dominicam contigerit.

In die sancti stephani. Ad matutinas. Inuitatorium. Christum natum qui beatum hodie coronauit stephanum. Venite adoremus. ps. Venite hy. Martyr dei. In primo noctur. an. Beatus stephanus iugi legis dei meditatione roboratus: tanquam lignum fructiferum secus salutarium aquarum plantatum decursus: fructum martyrii in tempore suo dedit primus. ps. Beatus vir an. Constitutus a deo predicator preceptorum eius in timore sancto illi seruire studuit: officioque fideliter peracto in monte sancto eius ascendere dignus fuit. ps. Quare fremuerunt gentes. an. In tribulatione lapidum se premen-

tium positus milia populi se circundantis nō timuit: quia susceptorem suum Jesum ut eum saluum faceret exurgere in celum vidit. Ps. Domine quid multiplicati. Versus. Gloria et honore. Lectio prima.



Heri celebrauimus temporalem sempiterni regis nostri natalem: hodie celebramus triumphalem militis passionem. Heri enī rex noster trabea carnis indutus, de aula vteri virginalis, egrediens visitare dignatus est mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migrauit ad celum. Ille sempiterne deitatis maiestate seruata seruile cinctorium carnis assumens, in huius seculi campum pugnaturus intrauit: iste depositis corruptibilibus corporis indumentis, ad celi palatium perenniter regnaturus ascendit. Tu autem domine miserere nostri. R. Hesterna die dominus natus est in terris vt stephanus nasceretur in celis. Ingressus est dominus in mūdum. Vt stephanus ingrederetur in celum. Versus. Heri enim rex noster trabea carnis indutus de aula vteri virginalis egrediens visitare dignatus est mundum. Vt stephanus. Lectio secunda.

Ille descendit carne velatus: iste ascendit sanguine laureatus. Ascendit iste lapidantibus iudeis: quia ille descendit letantibus angelis. Gloria in excelsis deo, heri exultantes sancti angeli cantauerunt: hodie stephanum letantes in suum consortium susceperunt. Heri dominus exiuit de vtero virginis: hodie miles egressus est de ergastulo carnis. Heri Christus pro nobis pannis inuolutus est: hodie stephanus stola est ab eo immortalitatis indutus. Heri presepis angustia christum portauit infantem: hodie immensitas celi suscepit stephanum triumphantē. Tu autem domine miserere nostri. R. Videbant omnes stephanum qui erant in concilio. Et intuebantur vultum eius tanq̄ vultum angeli stātis inter eos. Versus. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Et intuebantur. Lectio tertia.

Solus descendit dominus: vt multos eleuaret. Humiliauit se rex noster: vt suos milites exaltaret. Qui enim corpori suo virginis preparauit vterum: ipse martyri suo aperire dignatus est celum. Dominus Jesus christus angustias intrare non dedignatus est vteri: vt animam stephani latitudo susciperet celi. Necessarium tamen nobis est fratres agnoscere quibus armis precinctus stephanus seuitiam Judeorum potuit

superare: ut ita meruisset feliciter triumphare. Necq enim paruipēdēda sunt talis virt⁹ talisq triumphus. Haud vero vilibus armis potuit premuniri: qui a multis non potuit superari. Tu autem. ℞. Impetum fecerūt unanimes in eum: & eiecerunt eum extra ciuitatem. Inuocantem et dicentem. Domine accipe spiritum meum. ℣. Stephanus dei gratia plenus erat: in plebe multa signa faciebat: celos apertos aspiciebat: iesum stātem videbat a dextris dei: & dicebat. Dñe. ℣. Gloria deo patri summo, eiusq soli sibi regi nato: ac utriusq spiritui sancto sicut erat primo & nūc & semper & in secula amen. Domine. Alius ℣sus in octa. die si dñica fuerit tantum ℣. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur saul⁹: & lapidabant stephanum. Inuocantem. Gloria. Domine.

¶ In secundo nocturno aña. Lumine vultus tui domine insignitus prothomartyr stephan⁹ sacrificium iustitie seipsum tibi sacrificauit: ideoq in letitia cordis in pace obdormiens requiescit. ps. Cū inuocarem. a. Benedictionis tue domine munere iustificatus, & scuto tue protectionis in passione munit⁹, nominis sui coronam stephan⁹ a te percipere meruit. ps. Verba. an. O q̄ admirabile est nomen tuum domine deus noster: p quo beatus stephan⁹ passus, gloria & honore a te est coronatus: & super celos dono tue magnificentie exaltatus. ps. Domine dominus noster. ℣. Posuisti domine. Lectio. iiij.

Inuicte namq in eo enituit insigne virtutis indicium: que nec frementium seuitiam formidauit: nec lapidantium ictibus deuicta succubuit. Usq adeo enim inter frementes permansit imperterritus: & inter lapidum fuit cruciamenta securus: ut incredulitatem iudeorum fidenter argueret, & benignus pro lapidantibus exoraret. Quod ergo tam magnum atq insuperabile gen⁹ armorum, quo munitus seuientes argueret: lapidantes non repercutiens sed patiēs superaret: insuper et occisus aulam celestis regni viuus & coronatus intraret. Proculdubio munimine regio septus: nullatenus est ab aduersariis superatus. Quoniam rex noster cum sit altissimus, pro nobis humilis venit: sed inanis venire non potuit. ℞m. Impii super iustum iacturam fecerunt: ut eum morti traderent. At ille gaudens suscepit lapides ut mereretur accipere coronam glorie. ℣. Hebreorum gens perfida morte christi sanguinea in stephanum maliuola perfecerunt consilia: quem occiderunt nequiter, lapidando crudeliter. At ille gaudens. Alius ℣. in octa, die si do. fue.

tantum. ℣. Constituerunt aures suas & impetum fecerunt unanimiter in eum. At ille gaudens. Lectio quinta.

Magnum quippe donativum suis militibus attulit: quo eos non solum copiose ditavit, sed etiam ad certandū invictissime confortavit. Attulit namq; donum charitatis: quo perduceret homines ad consortium deitatis. Quod ergo attulit erogavit, nec sibi aliquid minuit: sed mirabiliter & suorum fidelium paupertatem ditavit: & indeficientib⁹ thesauris plenus ipse permāsit. Charitas ergo que ad terram de celo deposuit christū: ipsa stephanum de terris elevavit ad celum. ℟. Lapidabant stephanum invocantem & dicentē. Domine Jesu christe accipe spiritum meum: et ne statuas illis hoc peccatū. ℣. Positis autem genib⁹ beatus stephanus orabat dicens Domine Jesu Christe accipe spiritum. Lectio sexta.

Charitas que precessit in rege: ipsa subsequenter refulsit in milite. O admiranda ubiq; potentia salvatoris: o predicanda indesinenter gratia redemptoris. Ostendit in matre virginitatis eterne miraculum: demonstravit in martyre invicte charitatis indicium. Integritas quippe intemerata permansit in virgine: dilectionis virtus invicta perseveravit in martyre. ℟. Lapides torrentes illi dulces fuerunt. Ipsum sequuntur omnes anime iuste. ℣. Quia morte enim quam salvator dignat⁹ est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit salvatori. Ipsum sequuntur. Gloria patri & filio. Ipsum.

¶ In tertio nocturno an. In domino deo suo confisus fortis athleta stephanus lapidū fortiter sustinuit ictus: & idcirco ad montem virtutū trāsmigravit victoriosus. ps. In domino confido. an. Sine macula beat⁹ stephanus ingressus est domine in tabernaculum tuum: & quia operatus est iustitiā requiescit in monte sancto tuo. ps. Domine quis habita. an. Domine virtus & letitia iustorum: quoniam tu prevenisti dilectum tibi stephanū dono tue gratuite benedictionis, te primum secutus est morte gloriose passionis: unde cum corona martyrii dedisti ei vitam in seculū seculi. ps. Domine in virtute ℣. Iustus ut palma florebit. Non dicitur ulterius. ℟. m. Sicut cedrus libani.

¶ Evangelium Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jesus turbis iudeorū: & principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex illis flagellabitis in synagogis vestris: et persequimini de civitate in civitatem. Et reliqua.

Cap. 26.

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio septima.

Sancti euangelij lectio narrat superius qualiter domin⁹ incredulitatem iudeorum redarguens, ostenderit illos homicidarum esse filios: illorũ videlicet qui sanctos prophetas occiderant. Ipsos quoqꝫ similia ac etiam peiora facturos denunciauit, dicens. Et vos implete mensuram patrũ vestrorum. Acsi aperte dixisset. Quod illis defuit: vos implere cupitis. Quia illi persecuti sunt membra: vos caput persequimini. Illi occiderunt prophetas ⁊ sapientes ⁊ scribas: vos autem ipsum dominum qui ab eis predicat⁹ est interficere cogitatis. R. Intuens in celum beat⁹ stephanus vidit gloriam dei ⁊ ait. Ecce video celos apertos: et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. V. Cumqꝫ aspiceret beatus stephan⁹ in celum vidit gloriam dei ⁊ ait Ecce video. Lectio octaua.

Deinde annexuit que ĩ presenti lectione dicũtur. In quibus ostẽdit vnum deum fuisse testamenti veteris ⁊ noui: dum dixit. Ecce ego mitto ad vos prophetas ⁊ sapientes ⁊ scribas. Quod tale est acsi diceret. Ego qui quondam misi ad vos prophetas ⁊ sapiẽtes ⁊ scribas id est Christus: et nunc mitto prophetas ⁊ sapientes et scribas. Fuerunt etenim in veteri testamento prophete ⁊ sapientes ⁊ scribe: fuerunt ⁊ in nouo. In veteri testamento fuerunt prophete esaias et hieremias et plures alij: in nouo autem agabum ⁊ quatuor filias philippi legimus prophetasse. Et omnis qui in ecclesia dei futuras penas reproborum ⁊ premia iustorum predicat. ꝓphetiam nunciat: ⁊ propheta dici potest. Tu autẽ domine. Rm. Patefacte sunt ianue celi christi martyri btõ stephano. Qui in numero sanctorũ inuentus est primus: ⁊ ideo triumphat in celis coronat⁹. Vsus. Vidit beatus stephan⁹ celos apertos: vidit ⁊ introiuit. Qui in numero sanctorũ inuentus. Lectio nona.

Sapientes vero in veteri testamento fuerunt moyses et salomon ⁊ alij: in nouo autẽ sancti apostoli. Scribe quoqꝫ fuerunt in veteri testamento sicut esdras ⁊ neemias: ⁊ in nouo sancti euangeliste, qui dicta vel facta domini nobis scripta reliquerunt. Sed sicut patres infidelium iudeorum priores prophetas a se missos occiderunt: vt esaiam quem secuerunt, ⁊ hieremiam quem lapidauerunt: ita ⁊ isti post passionem domini perfidiam suorum patrum sequentes: sanctos predicatores ad suam correctionẽ destinatos: diuersis penis ⁊ mortibus affecerunt. Petrum enim ⁊ andream crucifixerunt: paulum ⁊ iacobum occiderunt: ⁊ beatum stephanum (cuius hodie

festum recolimus) lapidauerunt. Tu autem domine miserere nostri. ℟ in Sancte dei preciose. vt supra ad proces. et dicitur cum sua prosa et cum Gloria. ab omnib9 diaconis scilicet in ecclesia Sar. propter solennitatem diaconorū. Alibi vero vt in ecclesiis parochialibus dicitur solummodo in processione ad vesper. Vbi vero non fit proces. facta po vesperas, tunc dicitur hec prosa ad matutinas suo loco in statione puerorum in superpelliciis. Similiter fiat de sancto Joanne: et de innocentibus: et de sancto thoma. Ante laudes. ℣sus. Ora pro nobis. ¶ In laudibus aña.

Lapidauerunt stephanum et ipse inuocabat dominū dicens: ne statuas illis peccatum. ps. Dominus regnauit. Aña. Lapides torrentes illi dulces fuerunt: ipsum sequūtur omnes anime iuste. psal. Jubilate deo omnis terra. añ Adhesit anima mea post te qz caro mea lapidata est pro te deus meus. ps. Deus deus meus ad te. añ. Stephanus vidit celos apertos, vidit et introiuit: beatus homo cui celi patebunt. ps. Benedicite omnia opera domini domino Aña. Ecce video celos apertos et Jesum stantem a dextris dei. Psalmus. Laudate dominum de celis. Capitulū

Actuū. 6 C

Stephanus plen9 gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Hymnus.

Sancte dei preciose prothomartyr stephane: qui virtute charitatis circunfultus vndiqz dominum pro inimico exorasti populo.

Funde preces pro deuoto, tibi nunc collegio: vt tuo propitiatus interuentu domin9, nos purgatos a peccatis iungat celi ciuibus.

Gloria et honor deo, vsquequo altissimo: vna patri filioqz inclyto paraclito, cui laus est et potestas per eterna secula. Amen.

℣sus Justus germinabit sicut lilium ℟ Et florebit in eternum ante dominum. aña. Impij super iustum iacturam fecerunt vt eum morti traderent: at ille gaudens suscepit lapides vt mereretur accipere coronam glorie alleluia. ps Benedictus. Oratio Da nobis quesumus omnipotēs Memoria de natiuitate. Aña. Virgo hodie fidelis et si verbum genuit incarnatum: virgo mansit et post partum quā laudantes omnes dicimus: benedicta tu in mulieribus. ℣sus Benedictus qui venit. Oratio Concede quesumus omnipotens deus. ¶ Ad primam an Lapidauerunt. ps. Deus in nomine tuo saluū. ¶ Ad tertiam ā Lapides torrentes. ps Legem pone. Cp. Stephanus plenus gratia. ℟ Gloria et honore. cum alla ℣ Et constituisti. Gloria patri. Gloria et honore. ℣sus.

Posuisti domine. sine alleluia oratio vt supra. Et dicuntur ℟ia super horas cum alleluia. quotidie vsque ad octa. epiphanie et in ipsis octauis.

¶ Ad sextam ān. Adhesit. Cp.

Actuū 6. G

Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto, intendens in celum vidit gloriam dei: et iesum stātem a dextris dei: et ait, ecce video celos apertos, et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. ℟. Posuisti domine. cum alleluia. ℣sus. Coronā de lapide. ℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani. Oratio vt supra.

¶ Ad nonam ān. Ecce video. ps. Mirabilia. Capitulum.

Vbi. s

Positis autem genibus beatus stephanus clamabat voce magna: dicens: domine ne statuas illis hoc peccatum, et cum hoc dixisset obdormiuit in domino. ℟m. Iustus vt palma.. cum alleluia. ℣sus Sicut cedrus. Alleluia. Gloria patri. ℣. Iustus germinabit. ℟. Et florebit. sine alleluia. Oratio vt s.

¶ Ad vesperas āña. Tecum principium. ps. Dixit dominus. Cpm Stephanus plen⁹ ℟. Impetum fe. Hoc ℟. a solo diacono incipiatur ad gradum chori in cappa serica: et suus ℣. ab omnibus diaconibus cantetur in superpellicijs ad modum prose in statione puerorum: cum ℣. Gloria deo. Hy⁹. Sancte dei preciose. ℣. Iustus germinabit.

ān. Patefacte sunt ianue celi christi martyri beato stephano: qui in numero sanctorum inuentus est primus: et ideo triumphat in celis coronat⁹ alleluia. psalm. Magnificat. Oratio. Da nobis. Memoria de natiuitate a. Lux orta est super nos: quia hodie natus est saluator alleluia. ℣. Verbū caro. Oratio. Concede q̄s. Tunc conueniant omnes sacerdotes in cappis sericis cū cereis ardentibus: et sic cū prces. ad altare apostolorum per medium cho. cantando ℟ cantore sic incipiente. In medio ecclesie aperuit os ei⁹. Et impleuit eum dn̄s spiritu sapientie et intellectus. Tres sacerdotes dicāt ℣. Misit dn̄s manū suam et tetigit os meū Et. et oēs sacerdotes simul dicant prosam. Nascitur ex patre zebedeo matre maria. et cho. ad vnum quemque ℣⁹. respōdeat A. cum cantu ℣. prece. ℣⁹. Et volat ante alios in domini theologia. ℣⁹. Nomine neque dei gratia. ℣. Aliana vicit gymnasia. ℣. Vas penale. ℣. Ius letale. ℣. Pathmos exilia. ℣. Vocatur christi presentia senex ad conuiuia. Et imple. nō d. Gloria patri. ad hanc psam: sed dum psa cantur thurificet sacer. altare, deinde imaginem sancti Joannis: et postea dicat sacer. modesta voce ān. Valde honorādus est beat⁹ Joānes qui supra pectus dn̄i in cena recubuit. ℣. In omnem. Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra: vt beati Joanis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dnm.
In redeundo de sancta maria Vsus. Solem iustitie regem paritura supremum. Stella maria maris hodie processit ad ortum. V. Cernere diuinu lumen gaudere fideles. Stella. V. Speciosus forma. Rm. Diffusa. Vbi non sit proces. de sancto Joanne tunc fiet in primis de eo memo. ante meo ria de natiuitate cum hac. an. Valde honorandus est beat9 Joannes: qui supra pect9 domini in cena recubuit. Vsus. In omnem terram. Oratio. Ecclesiam tuam qs dne. vts.
¶ In die sancti Joannis apostoli. Ad matuti. Inuitatoriu Adoremus regem apostoloru Qui priuilegio amoris ioannem dilexit apostolum. ps. Venite exultemus. Hymn9.
Bina celestis aule luminaria iacobe necno ioanes theologe, poscite nobis venia rogantibus, qua venit christus gratis dare miseris. Annue christe. et dr in hoc hym. per horu tibi chara merita. ¶ In. i. noc. an. Joannes apostolus et euangelista virgo est electus a dno: atqz inter ceteros magis dilect9. ps Celi enarrant. an Supra pectus dni iesu recubens euangelij fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit ps Benedica. an. Quasi vn9 de paradisi fluminibus euangelista ioanes verbi dei gratiam in toto terraru orbe diffudit. ps. Eructauit. Vsus In omnem terram. Lectio pma.



Joannes apostolus et euangelista, filius zebedei, frater iacobi virgo est elect9 a domino: atqz inter ceteros magis dilectus. Qui enim super pectus domini et magistri recumbens, euangelij sui fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit: et quasi vnus de paradisi fluminibus verbi dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. Tu autem. Rm. Valde honorandus est beat9 Joannes: qui supra pect9 domini in cena recubuit. Cui christus in cruce matrem virginem virgini commendauit Vsus. Virgo est electus a domino: atqz inter ceteros magis dilectus. Cui christus in cruce. Lectio secunda.

1

Quicunqz in loco christi ipso iubente successit: dum suscipies matre christi discipulus, par post christum alter quodammodo derelictus est filius. Hic du euagelium christi in asia predicaret: a domitiano cesare in pathmos insula metallo relegatur. Vbi etiam positus apocalypsim scripsit. R. Hic est discipulus qui testimoniu perhibet de his: et scripsit hec. Et

2

scimus quia verum est testimonium eius. ℣. Qui contestatus est verbum dei: ⁊ testimonium iesu christi in his quecunq; vidit. Et. Lectio iij.

Interfecto autem a senatu domitiano: Joannes exilio resolutus recessit ad ephesum: ibiq; ob hereticorum refutandas versutias efflagitat⁹ ab asie episcopis, euangelium nouissimus edidit. Huius autem electi discipuli domini inter alias virtutes magnitudo signorũ hec fuit. Mutauit in aurum silue stres frondium virgas: littoreaq; saxa in gemmas. Item fragmina gemmarum in propriam reformauic naturam.

3

℟. Iste est Joannes: qui supra pectus domini in cena recubuit. Beat⁹ apostolus Cui reuelata sunt secreta celestia. ℣sus. Joannes is theologus quem debriauit spirit⁹ aquila volans celitus, palam fecit mortalibus: christus marie filius, q̃ sit verbum dei deus. Beatus. Gloria sit altissimo genitori ingenito: ingenitiq; genito: ⁊ flamini paraclito. Beatus apostolus.

Alius ℟. in octa. die si dominica fuerit tantum ℟⁹. Valde honorandus est beatus Joannes: qui supra pectus domini in cena recubuit. Beat⁹ apostolus. Gloria patri. Cui re.

¶ In secundo nocturno. ana. In feruentis olei dolium missus ioannes apostolus: diuina se protegente gratia illesus exiuit. Ps Omnes gẽtes. An Propter insuperabilem euangelizandi constantiam exilio relegat⁹, diuine visionis ⁊ allocutiõis meruit crebra consolatione releuari. Ps Exaudi deus deprecationem. A Occurrit beato Joanni ab exilio reuertẽti omnis populus virorum ac mulierũ clamantium ⁊ dicentium: benedictus qui venit in nomine domini. Ps. Exaudi deus orationem. ℣sus. Constitues eos principes. Lectio quarta.

Drusianam quoq; precatu populi suscitauit: ⁊ rediuiuum iuuenis corpus remeante anima reparauit. Cũ autem omnis ciuitas ephesiorum ⁊ omnes prouincie asie Joannem extollerent ⁊ predicarent: cultores idolorum excitantes seditionem trahebant Joannem ad templum diane, vt ei feditatem sacrificiorum offerret. Tũc beatus Joannes ait. Ducam vos ad ecclesiam domini nostri Jesu christi: vt inuocantes nomen diane vestre, si feceritis cadere ecclesiam eius: consentiam vobis. Sin autem, ego inuocans nomen domini mei, faciam cadere templum hoc: et comminui idolum vestrum. Quod cum factum fuerit: iustum erit vt relicta superstitione vestra, ad deum meum conuertamini. ℟. In die illa suscipiam te seruum meum: ⁊ ponã te sicut signaculũ in cõspectu meo. Quoniã ego elegi

4

te dicit dominus. R. Esto fidelis vsq ad mortem & dabo tibi coronam vite. Quoniam ego elegi. Lectio quinta.

Huic diffinitioni maior pars populi consensum prebuit. Tunc beatus ioannes dixit. Domine iesu christe: corruat templum hoc cum vniuersis idolis suis. Quo facto: clamauit populus. Vnus est deus verus: quem Joannes colit. Cumq Joãnes venenum bibisset, & multi ex eo lesionem sensissent: duosq viros ex veneno defunctos suscitasset, aristodimum idolorum pontificem & proconsulem baptizauit. Qui confringentes idola ecclesiam fabricauerũt: in qua idem beatus Joannes assumptus est, vt sequens sermo declarabit. Tu autem domine. R. Ecce puer meus quem elegi (dicit dominus) electus meus. Complacuit michi in illo anima mea. Ver. Dedi spiritum meũ super eum: iudicium gentib9 proferre. Complacuit mihi in illo. Lectio sexta.

Cum esset Joannes annorũ nonaginta: dixit ei Jesus. Veni dilecte mi ad me: quia tempus est vt epuleris in conuiuio meo cũ fratribus tuis. Adueniente autẽ die dominica: beatus Joãnes iuxta altare foueam fieri fecit, in qua descendens gratias egit deo: & filios ecclesie christo orans commendauit. Et cum populus respondisset amen: lux magna per vnã fere horã apparuit super populum, vt nullus sufferret aspectus. Post hec inuenta est fossa plena manna: quam gignit vsq hodie. Vnde quidã asserunt eum adhuc viuere: nec mortuum sed dormiẽtem in sepulchro iacere. Tu autẽ domine mise. Rm. Apparuit charo suo Joanni dominus cũ discipulis suis. Et ait illi Veni dilecte mi. Quia tempus est vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. Vers9. Cumq complesset apostolus cursum vite presentis, apparuit ei saluator mundi: & ait illi. Veni. Gloria. Quia

¶ In tertio nocturno ãn. Apparuit charo suo ioanni dominus Jesus christus cum discipulis suis, & ait illi: veni dilecte mi ad me, quia tempus est, vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. ps. Confitebimur. ãn. Expandẽs manus suas ad deum dixit: inuitatus ad conuiuium tuũ venio, gratias agẽs quia me dignatus es domine iesu christe ad tuas epulas inuitare: sciens q ex toto corde meo desiderabam te. ps. Domin9 regnauit exultet terra. ãn. Domine suscipe me: vt cum fratribus meis sim cum quibus veniens inuitasti me, & aperi mihi ianuam vite: & perduc me ad conuiuium epularum tuarũ tu es enim christ9 fili9 dei viui, qui precepto patris mundum saluasti: tibi gra-

tias deferimus per infinita seculorum secula. ps. Dominus regnauit irascantur. ℣ Nimis honorati sunt.

Secundum Joannem.

Cap. vlti. F

IN illo tempore. Dixit Jesus petro. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus sequentem: qui et recubuit in cena supra pectus eius. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio septima.

Commendat nobis beatus Joannes euangelista et apostolus priuilegium amoris precipui: quo amplius ceteris meruit honorari a domino. Commendat testimonium euāgelice descriptionis: quod veritate diuina subnixū nullus fideliū dubitare permittitur. Commendat placidam sue carnis absolutionē: quam specialiter domino se visitante percepit. Tu autē. ℟. Sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? tu me sequere. ℣. Hunc ergo cum vidisset petrus, dixit Jesu: domine hic autem quid? Lc. viii.

7

CVm enim dn̄s post resurrectionem suam septem discipulis (inter quos petrus et ioannes erant) apparuisset: eisq; ad prandium inuitatis in prandēdo ter amorē confitenti petro oues suas pascendas commisisset: deinde quia pro earumdem oviū cura vsq; ad martyrium crucis peruenturus esset, intimauit. Sed ne forte grauis videretur petro predicta a dn̄o passio crucis: hanc confestim leniret suo curauit exemplo, dicēs Sequere me. Acsi diceret. Quia ego prius pro tua redemptione crucis supplicium subire non timui: tu quoq; pro mei confessione nominis crucem pati formidare nō debes. Tu autem. ℟. Diligebat autem eum Jesus: quoniam specialis prerogatiua castitatis ampliori dilectione eum fecerat dignum. Quia virgo electus ab ipso: virgo in euum permāsit. ℣. In cruce deniq; moriturus, huic matrem virginem virgini commendauit. Quia virgo. Lectio nona.

8

SEcutus est autem cum petro dominum et ille discipul⁹ quem diligebat iesus: Joannes videlicet ipse cuius hodie festa celebram⁹, qui hoc scripsit euangelium. Diligebat autem eum iesus, quia specialis prerogatiua castitatis ampliori dilectione eū fecerat dignū. Virgo enim electus ab ipso: virgo in euū permansit. Deinde moritur⁹ in cruce huic matrē suam cōmendauit: vt virgo virginem seruaret. ℟. In medio ecclesie vt̄s ad pcel. et dr hic cum sua psa: et cū Gloria patri. ab omnibus sacerdotibus. ℣. ante laud. Valde honorandus est beatus Joannes. In laudibus. aña. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibuit: et scimus quia ve-

9

1

rum est testimonium eius.
ps. Dominus regnauit. ana.
2 Hic est discipulus meus, sic eum volo manere donec veniam. ps. Jubilate deo omnis terra. ana. Ecce puer
3 meus electus quem elegi: posui super eum spiritum meũ.
4 ps. Deus de⁹ meus. an. Sũt de hic stantibus qui non gustabunt morte donec videãt filium hominis in regno suo
5 ps. Benedicite omnia. a. Sic eum volo manere donec veniã: tu me sequere. ps. Laudate dñm de ce. Capitulum.

Eccli. 15 A
Qui deum timet faciet bona: et qui continẽs est iustitie apprehẽdet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Hymn⁹. Exultet celum laudibus. Vs⁹. Annũciauerunt opera dei. Rm. Et facta eius. an. Iste est iohannes qui supra pectus domini in cena recubuit: beat⁹ apostolus cui reuelata sunt secreta celestia. ps Benedict⁹ dominus de⁹ israel. Oratio. Ecclesiam tuam quesum⁹ domine. Memoria de natiuita. an. Hodie intacta virgo deũ nobis genuit teneris indutũ membris, quem lactare meruit: omnes ipsum adoremus qui venit saluare nos. V. Benedictus qui venit. Oratio. Concede quesumus omps. Memoria de sancto stephano ad has matutinas fiat cũ hac an. siue de eo prius facta fuerit procel. siue nõ scilicet. an. Sepelierunt stephanum viri timorati: et fecerunt planctũ magnum super eum. V. Just⁹ germinabit sicut lilium. R. Et florebit in eternũ. Oratio. Da nobis quesumus omps.
¶ Ad primã an. Hic est disci. ps. Deus in nomine tuo sal.
¶ Ad tertiam an. Hic est discipulus. ps. Legem pone. Capim. Qui timet deum. R. et V. de communi vnius apostoli ad omnes horas dicuntur: cum alla. et responsiones versiculorũ dicũtur sine alla.
¶ Ad sextam. ana. Ecce puer. ps. De fecit. Capitulum.

Eccli. 15 A
Cibabit illum domin⁹ pane vite et intellect⁹: et aqua sapiẽtie salutaris potabit illum: et firmabitur in illo et non flectetur, et continebit illum & non confundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. ¶ Ad nonam an Sic eũ volo manere. ps. Mirabilia. Capitulum.

Sap. 15 C
In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eum dominus spiritu sapientie & intellect⁹, stola glorie induit eum. Ad vespe. an. Tecum principium. ps. Dixit dominus. Cm. Qui timet deum. Rm. Iste est ioannes. Hoc R. a solo sac. incipiatur ad grad. chori in cappa serica Et suus V. ab omnib⁹ sacerdo. cãtetur in superpelliciis ad modum prose in statione puerorum: cum V. Gloria sit altissimo. Hymnus Exultet celum. Vs⁹. Annunciauerunt opera dei. an In medio eccle=

sic aperuit os eius: et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellect⁹: stola glorie induit eum alleluia alleluia alleluia. ℣. Magnificat. Oratio. Ecclesiam. Memoria de nati. an. Gaudeamus omnes fideles: saluator noster natus est in mundum: hodie processit ples magnifici germinis: et perseuerauit pudor virginitatis. ℣sus. Verbum caro. Oro. Concede quesum⁹. Iste modus seruetur ad memo. de natiuita in ℣. dicēdis tam ad ves. quam ad matu. scilicet quod ad vesp. dicitur Vers⁹. Verbum ca. et ad mat. dicitur Ver. Benedictus qui venit. Memoria de sancto Stephano cum hac an. Tu principatū. vbi proces. facta fuerit de eo. Vbi vero facta non fue. dicitur an. Lapidauerunt. ℣sus. Gloria et honore. Oratio Da nobis quesumus. Similiter fiat de sancto Joanne: et de scō thoma. Dictis vero proprijs añis de sancto Stephano fiat de eo memo. cum añis de lau. suo ordine. Quibus dictis: dicuntur añe de noc. similiter suo ordine. Et de sancto ioanne: et de innocentibus, et de sancto thoma eodē modo fiat memo. In octa. vero predictorum sanctorum dicitur vna de proprijs āīs ad mēo. que ibidē reperitur notata: tūc eat proces. puerorū ad altare innocēn. vel sctē trini. cū cappis sericis et cereis illuminatib⁹: in manib⁹ cātātes

℟. Centū quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra: hi sunt qui cum mulierib⁹ nō sunt coinquinati: virgines enim permāserūt. Ideo regnant cū deo: et agnus dei cum illis. Episcopo puerorū (si assit) incipiēte hoc ℟. tres pueri dicāt ℣. Hi empti sunt ex omnibus primitie deo et agno: et in ore eorum non est inuentum mendacium. Ideo. Omnes pueri cantent simul prosam vtsequitur: videlicet Sedentem in superne maiestatis arce. Et chorus respondeat cantum prose post vnumquemque ℣. super literā E. ℣. Adorantur humilime proclamantes ad te. ℣. Sancte sancte sancte sabaoth rex. ℣. Plena sunt omnia glorie tue. ℣. Cū illis vndeuigintiquinque. ℣⁹ Atque cum innocentissimo grege. ℣. Qui sine vlla sunt labe. ℣. Dicentes excelsa voce. ℣⁹ Laus tibi sit domine rex eterne glorie. Ideo re. Ad hanc proces. non dicitur Gloria pa. sed dū prosa canitur thurificet eps puerorū altare: deinde imaginē. s. tri. et postea dicat sacer. modesta voce hūc. ℣. Letamini in. Oro.

Deus cui⁹ hodierna die preconium innocentes martyres nō loquēdo sed moriendo cōfessi sunt, omnia in nobis vitiorū mala mortifica: vt fidem tuā quā lingua nostra loquitur, etiā morib⁹ vita fateatur. Qui cū deo patre et spū sancto viuis et reg.

In revertendo de sancta ma ria ℟. Felix namque. cum suo ℣. quo finito dicat epus puero rum modesta voce ℣. Specios⁹ forma. Oro. Deus qui salu. que sic terminetur Qui tecum vivit et regnat in unitate spi ritussancti de⁹ per omnia se cula seculorum. Amen. Dominus vo biscum. Et cum spiritu tuo. Deinde sequitur. Benedicamus domino. a duob⁹ vel trib⁹ extra regu lam. Ubi vero non fit processio de innocentibus: tunc fiat in primis de eis memo. ante me moriam de nativita. cum hac an. Innocentes pro christo infan tes occisi sunt: ab iniquo he rode lactentes interfecti sunt: ipsum sequuntur agnum sine macula, et dicunt semper: glo ria tibi domine. ℣. Letamini in domino. Oro. De⁹ cui⁹ hodierna.

¶ In die sanctorum innocen tium. Ad matu. Invi. Venite adorem⁹ dominum. Qui in san ctis gloriosus est. ps. Venite. Hy⁹. Sanctorum meritis. In .i. noc. an Herodes vi dens quia illusus esset a ma gis: misit in bethlehem et occi dit omnes pueros qui erant in ea, et in omnibus finibus eius. ps. Beat⁹ vir. an Chri stus infans non desperit suos coetaneos milites sed prove xit: quibus dedit ante trium phare quam loqui. ps Quare fre muerunt. an. Arridebat par vulus occisori: gladio adioca batur infantul⁹: nutricis lo co attendebant lactentes per cussoris horrorem. ps In do mino confido. ℣⁹. Letamini in domino. Lectio prima

Zelus quo tendat, quo pro siliat livor, invidia quo feratur: herodiana hodie pate fecit immanitas. Que dum temporalis regni emulatur an gustias: eterni regis ortum molitur extinguere. Herodes enim videns quia illusus es set a magis: misit in bethleem et occidit omnes pueros qui erant in ea, et in omnibus fi nibus eius. Dolet impietas se esse illusam: fremit dolosi tas se esse deceptam. Terreno querit furore: quem natum ce litus non credit. Ad sinus ma trum militum cogit castra: in ter ubera arcem pietatis oppu gnat. Tu autem. ℟. Sub alta re dei audivi voces occisorum dicentium. Quare non defendis sanguinem nostrum? et acceperunt divinum responsum, adhuc su stinere modicum tempus: donec impleatur numerus fratrum vestrorum. ℣. Vidi sub alta re dei animas sanctorum pro pter verbum dei quod habebant et clara voce dicebant. Qua re non defen. Lectio secunda.

1

Herodes obsidens terre num regnum: impugnat ce leste. Terrenis intentus ruit in divina. Audierat natum regem destinatum ad celum. Causas in nocentie non requirit: cui de timore stat totum, de amore ni hil constat. Tu autem. ℟ m Sub throno dei omnes san cti clamant. Vindica sangui nem nostrum deus noster. ℣.

2

Sub altare dei audiui voces occisorum clamantium et dicentium. Vindica. Lectio .iij.

HErodes tunc cecus sic christum gladiis querit, inuestigat cruore, crudelitate rimatur. Successorum timens, incessit in auctorem Premit innocentes, volens innocentiam diripere. Negotium saluantis saluandorum iubet esse discrimen. Quorū enim lingua tacuit, oculi nō viderunt, nil audierunt aures, manus nil fecerūt: apud herodem vero solū quod nati sunt hoc fuit crimen. Christus vero futurorum presci9, mētium perscrutator: nō deseruit quos sciebat querendos esse propter se. Coetaneū sibi non contempsit exercitū. Tu autem. ℟ Dignus a dignis laudatur. Et innocentium. Testimonio comprobatur. ℣sus. Accipiunt enim a christo et referunt: consequūtur & reddūt. Et. Gloria. Te.

3

In secundo noctur. ān. Norunt infantes laudare deum qui loqui non nouerant: sūt periti laude qui fuerant imperiti sermone. ps. Domine quis ha. ān. Erigitur itaque infantium etas in laudem, que delictorum non nouerat crimen. ps. Conserua. ān. Dignus a dignis laudatur, et innocens innocentium testimonio comprobatur. ps. Domini est terra & plenitudo. ℣. Exultent iusti in conspectu dei. Lectio quarta.

BEati qui labores in requiem, in refrigerium dolores, merores in gaudiū commutauerunt. Viuunt viuunt. Quare viuunt? Quia pro christo merentur occidi. Beati ventres qui portauerunt tales. Beata vbera que se talibus infuderunt. Beate lachryme que pro talib9 fuse, flentibus gratiam baptismatis contulerunt. Tu aūt. ℟m. Effuderunt sanguinem sanctorum velut aquam. In circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret. ℣. Vindica domine sanguinem sanctorū tuorum qui effusus est. In circuitu. Lectio quinta.

4

ARridebat igitur paruulus occisori: gladio adiocabatur infantulus: nutricis loco attendebat lactēs percussoris horrorē. Matres tulerunt quicquid & angoris extitit et doloris. Nam gladius filiorum pertransiens membra, ad matrū corda deuenit: & necesse est vt sint premij consortes: que fuerunt socie passionis. Tu autem. ℟. Isti sunt sancti qui passi sunt propter te domine: vindica eos. Quia clamant ad te quotidie. ℣sus. Sub throno dei omnes sancti clamāt: vindica sanguinē nostrū. Quia clamant ad te. Lectio sexta.

5

NOn enim carebūt martyris gaudio: martyrij lachrymas que fuderūt. Hoc loco attendat auditor: vt intelligat martyrium non con

stare per meritum, sed venire per gratiã. In paruulis que voluntas, quod arbitrium: vbi captiua fuit et ipsa natura? De martyrio ergo demus deo totum: nihil nobis. Vincere diabolum, corpus tradere, contemnere viscera, tormẽta expendere, lassare tortorẽ, capere de iniuriis gloriam, de morte vitam: non virtutis humane sed muneris est diuini. Tu autem. ℟. Norũt infantes laudare dominũ qui loqui non nouerant. Fiunt periti laude. Qui fuerãt imperiti sermone. ℣. Licuit sanguine loqui quibus lingua non licuit, miscẽt cum domino colloquia quibus humana negata sunt verba. Fiunt Gloria. Qui. In tertio noc. a. Dicunt infantes domino laudes trucidati ab herode: occisi predicant quod viui non poterant. ps Exultate iusti. Aña. Licuit sanguine loqui quibus lingua nõ licuit: miscent cum domino colloquia quibus humana negata sunt verba. ps. Benedicam. Aña. Vindica domine sanguinem sanctorũ tuorum qui effusus est. ps. Deus vene. ℣. Iustorũ anime. Secundũ Mattheum.

Cap. 2. C

In illo tempore. Angelus domini apparuit in somnis ioseph: dicens. Surge, et accipe puerum et matrem eius: et fuge in egyptũ: et esto ibi vsque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homelia ve. be. p̄bri. Le. vij

De morte preciosa martyrũ christi innocentium sacra est nobis fratres charissimi euãgelij lectio recitata: in qua tamen omnium christi martyrũ preciosa est mors designata. Quod enim paruuli occisi sunt: significat per humilitatis meritum ad martyrii perueniendum gloriam. Quod in bethlehem et in omnibus finibus eius occisi sunt, ostẽdit non solum in iudea (vnde ecclesie origo cepit) sed et in omnibus eiusdem ecclesie finibus quacunque per orbem parte diffusa est, persecutionem seuituram perfidorum: et piorum patientiam esse coronandam. Tu autem do. ℟. Isti sunt sancti qui non coinquinauerunt vestimenta sua Ambulabũt mecum in albis quia digni sunt. ℣. Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati: virgines enim sunt. Ambulabũt. Lectio. viij.

Qui a bimatu occisi sũt: doctrina et operatione perfectos indicant. Qui vero infra: simplices vel idiotas, fidei tamen nõ ficte constãtia fortes eque denunciat. Quod illi quidẽ occisi sunt, sed christus qui querebatur viuens euasit: insinuat corpora quidem ab impijs posse perimi, sed christum (pro quo persecutio tota seuit) nullatenus eis vel viuentibus vel occisis posse auferri: sed eos veraciter contestari, quia siue viuimus siue morimur domini sumus.

℟. Adorauerunt viuentem in secula seculorum. Mittēs coronas suas ante thronū domini dei sui. Vsus. Et ceciderunt in cōspectu throni in facies suas: et benedixerunt viuentem in secula. Mittens coronas suas. Lectio nona.

Vaticinium autem hieremie quo dicitur, vox in rama (id est in excelsis) audita est ploratus et vlulat⁹: manifeste denunciat luctum sancte ecclesie quo de iniusta membrorum suorum nece gemit: non (vt hostes garriunt) in vacuum cedere: sed vsque ad solium superni ascendere iudicis. Et sicut protomartyris abel: ita etiam sanguinē ceterorum martyrum de terra clamare ad dominū. Quod rachel plorasse filios suos dicitur, nec voluisse consolari quia nō sunt: significat ecclesiam plorare quidem sanctorum de hoc seculo ablationē: sed nō ita velle consolari vt qui seculum morte vicerunt, rursus ad seculi certamina secum toleranda redeant. ℟. Centum quadraginta. vt su. ad procel. et dicitur hic cum sua prosa et cum versu. Gloria patri. ℣. Justi autem in perpetuum viuent. In lau. ā.

1 Herodes irat⁹ occidit multos pueros in bethleem iude ciuitate dauid. ps. Dominus

2 regnauit. an. A bimatu et infra occidit multos pueros

3 herodes propter dominum. ps. Jubilate. ān. Vox in rama audita est ploratus et vlulatus: rachel plorans filios suos. ps. Deus deus. ān.

4 Sub throno dei omnes sancti clamant: vindica sanguinem nostrum deus noster. ps.

5 Benedi. ān. Laudes reddant pueri tibi rex sabaoth qui per tropheum per te factum exultant innocentes. ps. Laudate. Capitulum.

Apoca 14 Vidi supra mōtem sion agnum stantem, et cū eo centum quadraginta quatuor milia: habentes nomen eius et nomen patris ei⁹ scriptum in frōtibus suis. Hy⁹. Rex gloriose martyrum. ℣. Mirabilis deus. an. Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati: virgines enim sunt et sequuntur agnū quocunque ierit. ps. Benedictus. Oratio. Deus cui⁹ hodierna. Memoria de natiuitate ana. Nesciens mater virgo virū peperit sine dolore saluatorē seculorū: ipsum regem angelorū sola virgo lactabat vbera de celo plena. ℣. Benedictus qui venit. Oratio. Concede quesumus. Memoria de sancto stephano vbi proces. de eo facta fuit. cum hac aña. Lapidauerunt. vbi vero proces. facta nō fuerit dicitur ān. Lapides torrētes. Vsus. Justus germinabit. Oratio. Da nobis quesum⁹. Memoria de sancto Joanne vbi proces. de eo prius facta fue. dicitur cū hac. ān. Valde honorandus. ℣. Annunciauerunt. Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus. ubi vero proces. facta nō fuer. dicitur ista ān. Hic est discipulus. Vsus. Valde honorandus. Oratio. Ecclesiam tuā. Dictis memoriis dicat episcopus puerorum benedictionem super populum sicut et post compl'. supradictum est.

¶ Ad primam ān. Herodes iratus. ps. Deus in nomine.

¶ Ad tertiam ān. A bimatu. ps. Legem pone. Capl'm. Vidi supra montem. R. et V. de cōi plurimorum martyrū. ad oēs horas dicūtur cum alla. et responsiones Vsu. sine alla. dicūtur. ¶ Ad sextā ān. Vox in rama. ps. Defecit. Capl'm.

Apo. xiiij.

Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati, virgines enim sunt.

¶ Ad nonā ān. Sub throno. ps. Mirabilia. Capitulum.

Apo. xiiij.

Hi empti sunt ex omnibus primitie deo et agno: et in ore eorum non est inuentum mendacium.

¶ Ad vespe. ān. Tecum principium. ps. Dixit dominus. Capl'm. Vidi supra montem. Rm. Centum quadraginta. hoc. R. ab vno solo puero incipiatur ad gradum chori in cappa serica: et suus V. ab omnibus in superpelliciis cantetur in statione puerorū cum prosa si placet et etiā cū Gloria patri. Hy. Rex gloriose martyrum. Vsus. Mirabilis deus. ān. Ecce vidi agnū stātem supra montem sion et cū eo sanctorum milia: et habebant nomen eius et nomē patris eius scriptum in frontibus suis. p Magnificat. Oro. Deus cuius. Memoria de natiuitate. ān. Virgo verbo concepit: virgo permansit, virgo peperit regem omnium regū. V. Verbum caro. Oratio. Cōcede quesumus. Memoria de sancto stephano vbi proces. de eo prius facta fuer. cū hac ān. Lapides. vbi vero proces. facta non fuer. dicitur ān. Adhesit anima. V. Gloria et honore. Oratio. Da nobis. Memoria de sancto Joanne vbi proces. de eo prius facta fuerit cum hac ān. Hic est discipulus. vbi vero proces. facta non fuerit dicitur hec ān. Hic est discipulus. V. Valde honorandus. Oratio. Ecclesiam tuā. Postea accipiat crucifer arius baculum episcopi et cantet ān. Principes ecclesie. sicut ad. j. ve. Similiter et eps puerorum benedicat populum supradicto modo: et sic compleatur officium puerorum huius diei. Tunc eat processio ad altare sancti thome martyris habitu non mutato absq cereis in manibus cantādo R. cātore incipiēte.

R. Jacet granum oppressum palea: iust' cesus prauorum framea. Celum domo commutans lutea. V. Cadit custos vitis in vinea, dux i castris, cultor in area. Celum domo.

Deinde dicitur prosa ab omnibus qui volunt in superpelliciis corā altari. Prosa.

Clāgat pastor in tuba cornea. Chorus respondeat cantum prose post vnumquemqȝ versum super literam A. V⁹. Vt libera sit christi vinea. V. Quam assumpsit sub carnis trabea. vers⁹. Liberauit cruce purpurea. Vsus. Aduersatrix ouis erronea. V. Fit pastoris cede sanguinea. vers⁹. Pauimenta christi marmorea. ver. Sacro madēt cruore rubea. V. Martyr vite donatum laurea. vers⁹ Velut granum purgatum palea. vers⁹. In diuina trāsfertur horrea. Celum. Ad hanc proces. non dicitur Gloria patri. sed cum prosa canitur thurif. sacerd. altare: deinde imaginē beati thome marty. ⁊ postea dicitur modesta voce versus Ora pro nobis beate thoma. Rm. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Deus pro cui⁹ ecclesia gloriosus pontifex thomas gladiis impiorum occubuit: presta quesumus vt omnes qui eius implorant auxilium petitionis sue salutarem consequantur effectum. Per dominum. In redeundo dicitur R. de sancta Maria. Te laudāt angeli sancta dei genitrix que virum non cognouisti ⁊ dominum in tuo vtero baiulasti: cōcepisti per aurem dominum nostrū. Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres. vers Paries quidem filium sed virginitatis non patieris detrimentū efficieris grauida ⁊ eris mater semper intacta. Vt bene. Vbi vero non fit processio de sancto thoma: tunc fiat in primis de eo mēo. ante mēo. de natiuitate cum hac Aña. Pastor cesus in gregis medio pacem emit cruoris precio: letus dolor in tristi gaudio grex respirat pastore mortuo: plangens plaudit mater in filio quia viuit victor sub gladio. Versus. Ora pro nobis. Oratio. Deus pro cui⁹. He sequentes ane. dicantur ad memo. de innocē. per octa. quibus dictis dicuntur añe de lau. ⁊ postea de noct. aña. Lauerunt stolas suas ⁊ candidas eas fecerunt in sanguine agni. an. Ambulabūt mecum in albis quoniam digni sunt: ⁊ non delebo nomina eorum de libro vite. an. Cantabant sancti canticum nouū ante sedē dei et agni: et resonabat terra in voces eorum.

¶ In die sancti thome martyris. Ad matutinas. Inuita. Assunt thome martyris solēnia. Virgo mater iubilet ecclesia. p. Venite exultemus. Hy⁹. Martyr dei qui vnicū.

¶ In primo noct. an. Sūmo sacerdotio thomas sublimatus: est in virum alium subito mutatus. ps Beatus vir. an Monachus sub clerico clam ciliciat⁹: carnis carne fortior edomat conatus. p. Quare fremuerunt gentes. ān. Cultor agri domini tribulos euellit: ⁊ vulpes a vineis

arcet & expellit. ps. Domine quid. ℣. Gloria & ho. Lectio .i.



Loriosi martyris Thome fratres charissimi natalem celebrantes: quia totius vite & conversationis eius insignia recolere non sufficimus: passionis eius modum causamque succinctus sermo percurrat. Beatus igitur thomas sicut in cancellarie vel archidiaconatus officio in rebus gerendis incomparabiliter extiterat strenuus: ita & post susceptum pastoris officium supra humanam estimationem factus est deo devotus. ℟. Studens livor thome supplicio thome genus dampnat exilio. Tota simul exit cognatio. ℣. Ordo, sexus, etas, conditio: nullo gaudet hic privilegio. Tota. Lectio secunda.

Consecratus enim repente mutatus est in virum alium. Cilicium clam induit: femoralibus etiam usus est usque ad poplites cilicinis. Et sub vestis clericalis honestate habitum celans monachalem: carnem prorsus servire spiritui coegit, deo studens omnium virtutum exercitio sine intermissione placere. Sciens igitur se cultorem positum in agro dominico, in vinea custodem, pastorem in caulis: ministerium sibi creditum studiose compleuit. ℟. Thomas manum mittit ad fortia: spernit damna, spernit opprobria Nulla thomam frangit iniuria. ℣. Clamat cunctis thome constantia: omne solum est forti patria. Nulla. Lectio .iii.

Iura & dignitates ecclesie (quas sibi publica potestas usurpaverat) resarcire, et in statum debitum revocare conatus est. Unde gravi questione super iure ecclesiastico et regni consuetudinibus inter ipsum & regem anglorum exorta: coacto concilio proposite sunt consuetudines ille, quas idem rex tam archiepiscopi quam suffraganeorum suorum scripto roborari pertinaciter exegit. Negavit constanter archiepiscopus: manifestam in eis asserens libertatis ecclesie subversionem. ℟. Iacet granum. ut supra ad processionem: et dicitur hic sive prosa sive processio de sancto thoma facta fuerit: sive non. ¶ In secundo nocturno. an. Nec in agnos sustinet lupos desevire: nec in hortum olerum tineam transire. ps. Cum invocarem. Ana. Exultat vir optimus sacer et insignis: ne cedat ecclesie dignitas indignis. ps. Verba mea auribus. an. Exulantis predia preda sunt malignis: sed in igne positum non exurit ignis. ps. Domine dominus noster. ℣. Posuisti domine. Lectio .iiii.

Affectus est igitur contumeliis immensis: dampnis gravioribus attritus, et innumeris lacessitus iniuriis. Tandem morte sibi intentata: quia causa ecclesie nondum

plene innotuerat, et persona-lis videbatur persecutio: ce-dendum censuit esse malitie. Actus igitur in exilium a do-mino papa alexādro senonis honorifice susceptus est: et in monasterio pontiniacensi stu-diose commendatus. Confis-cantur interim in anglia om-nes archiepiscopi reddit9, va-stātur predia, possessiones di-ripiuntur, et excogitato novo supplicij genere tota simul proscribitur thome cognatio.

4 ℟m. Tunc ex summa rerum letitia summus planctus fit in ecclesia: de patroni tāti ab-sentia. Sed cum redeunt mi-racula redit populo letitia. ℣. Concurrit turba plurimo-rum languidorum: et conse-quitur gratiam remediorum Sed cum redeunt. Lectio .v.

Omnes etiam amici ei9 vel familiares vel quicunque eum quocunque titulo cōtingebāt: sine delecta conditionis aut fortune, dignitatis aut ordi-nis, etatis aut sexus pariter relegantur. Nam et senes et decrepiti vagientes in cunis et mulieres in puerperio de-cubātes in exilium acti sunt. Quotquot autē discretionis annos attigerant: tactis sacro sanctis iurare compulsi sunt q mari transito statim can-tuariensi archiepiscopo se pre sentarēt: vt vel compassionis gladio totiēs confossus, con-ceptum animi rigorem ad ri-gis voluntatem inflecterent. Sed vir dei manū suam mit-tens ad fortia: exilium, dāna, contumelias et opprobria, pa rentum et amicorum proscri-ptionem pro Christi nomine cōstāter sustinuit: nulla pror-sus tactus aut immutat9 in-iuria. ℟. Mundi florem a mū do conteri rachel plorās iam cessa conqueri. Thomas ces9 dum datur funeri nou9 abel succedit veteri. ℣. Vox cruo-ris vox sparsi cerebri celum

5 replet clamore celebri. Tho-mas cesus. Lectio sexta.

Tanta namque fuit confesso-ris christi constantia, vt om-nes coexules suos docere vi-deretur: quia omne solū forti patria est. Audiens ergo rex immobilem eius constantiā, directis per abbates quosdā cisterciensis ordinis ad capi-tulum generale litteris com-minatoriis: eum a pōtiniaco perturbare curauit. Timens autem beatus thomas occa-sione sui viris sanctis immi-nere dispēdiū: sponte recessit. Sed anteq progrederetur di uina reuelatione confortat9 est ostēso sibi celit9 indicio q ad ecclesiam suam reditur9 es set cum gloria: et per martyrij palmam migraturus ad dñm

6 ℟. Christe iesu per thome vul nera que nos ligāt relaxa sce lera. Ne captiuos ferant ad infera hostis mūdus vel car-nis opera. ℣. Per te thoma post leue munera amplexe-tur nos dei dextera. Ne capti uos ferant. Gloria patri et fi-lio: et spiritui sancto. Ne. ca-

ptiuos ferant ad infera.

¶ In tertio noctur. ā. Sathane satellites irrumpentes tēplum, inauditum perpetrant sceleris exemplum. ps. In domino confido. ā. Strictis thomas ensibus obuiam procedit: non minis, non gladiis, sed nec morti cedit. ps. Domine quis ha. ān. Felix loc⁹ felix ecclesia in qua thome viget memoria: felix terra que dedit presulem, felix illa que fouit exulem: felix pater succurre miseris vt felices iungamur superis. ps. Domine in virtute tua. ℣sus. Justus vt palma florebit.

¶ Secundum Joannem.

Cap. 10 B

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Et reliqua. Homelia beati Gregorii pape. Lectio septima.

Audistis fratres charissimi ex lctōne euāgelica eruditionē vestrā: audistis & periculū nostrū. Ecce enim is qui non ex accidenti bono sed essentialiter bon⁹ est: dicit. Ego sum pastor bonus. Atqꝫ eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit: dicens. Bon⁹ pastor aiām suam dat p ouib⁹ suis. Fecit quod monuit: ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit: vt in sacramēto nostro corpus suum & sanguinem verteret: & oues quas redemerat carnis sue alimento satiaret. Tu autem domine miserere nostri. ℟m. Thome cedunt & parent omnia: pestes, morbi, mores, demonia. Ignis aer tell⁹ & maria. ℣sus. Thomas mundum repleuit gloria, thome mūd⁹ prestet obsequia. Ignis. viij. & ix. lectio de passione sancti Thome legantur: & non de expo. euange. Lectio octaua.

Agitur exilii sui anno septimo rediit pastor nobilis in angliam, vt oues Christi a morsibus luporum liberaret. Quinto vero dominice natiuitatis die venerunt cantuariam anglici quatuor viri, preclari quidem genere: sed malefactis famosi. Et ingressi, pontificem verbis contumeliosis aggrediuntur: lacessunt conuiciis, tandemqꝫ minas ei graues intentant. Respondit vir dei modeste (iuxta quod ratio exigebat) ad singula adiiciens multas sibi & ecclesie dei post pacis reformationem irrogatas esse iniurias: non esse qui errata corrigeret: dissimulare se de cetero nec posse nec velle, quin cure pastoralis officium exerceret. Tu autem domine miserere nostri. ℟m. Nouis fulget thomas miraculis: membris domat castratos masculis. Ornat visu priuatos oculis. ℣sus. Mundat lepre conspersos maculis: soluit mortis ligatos vinculis. Ornat visu. Lectio nona.

Irruentes igitur in pastorē

pitum lupi rapaces: in patrē proprium degeneres filii: in hostiam Christi crudelissimi lictores: consecratam capitis coronam funestis gladiis amputauerunt: & christum domini solo tenus precipitantes, cerebrum cū sanguine (quod dictu quoque horrendum est) per pauimentum crudelissime sparserunt. Sic itaque granum frumenti oppressit palea: sic vinee custos in vinea, dux in castris, in caulis pastor: cultor in area cesus est. Sic iustus ab iniustis occisus: domum luteam celesti palatio commutauit. Tu autē.

9 ℟. Jesu bone per thome merita, nostra nobis dimitte debita: domum portam sepulchrum visita. Et a trina nos morte suscita. ℣. Actu mente vel vsu perdita pietate restaura solita. Et a tri. Gloria pri. Et a tri. ℣. Ora p nobis beate thoma. ℟. Vt. ¶ In lau. ān

1 Granum cadit, copiam germinat frumenti: alabastrum frangitur fragrat vis vnguē

2 ti. ps. Dñs regnauit. ān. Totus orbis martyris certat in amorem: cuius signa singulos agunt in stuporem. ps

3 Jubilate deo. ān. Aqua thome quinquies varias colorem, in lac semel trāsijt: quater in cruorem. ps. Deus deus me⁹.

4 ā. Ad thome memoriam quater lux descendit: & in sancti gloriam cereos accendit. ps.

5 Benedicite omnia. ā. Tu per thome sanguinem quem pro te impendit: fac nos Christe scandere quo thomas ascēdit ps. Laudate. Capm. Omnis ponti. Hy⁹. Deus tuorū militum. ℣er. Justus germinabit. ān. Opem nobis o thoma porrige: rege stantes, iacentes erige, mores actus & vitā corrige, & in pacis nos viam dirige. ps. Benedictus. Oro. Deus pro cuius. Memoria de natiuitate. ān. Beatus venter qui te portauit christe: & beata vbera que lactauerunt dominum & saluatorem mundi alleluia. ℣er. Benedict⁹ qui venit. Oratio. Concede quesumus. Memoria de sancto stephano vbi proces. prius de eo facta fuerit cum hac ān. Adhesit anima. vbi vero proces. facta non fuerit dr ān. Stephanus vidit. ℣. Posuisti domine. Oratio. Da nobis. Memoria de sancto Joanne vbi proces. de eo prius facta fuerit cū hac ān. Hic est discipul⁹ me⁹. vbi vero proces. facta no fuerit dr ān Ecce puer. ℣er Valde honorandus. Oratio. Ecclesiā. Memoria de innocen. vbi proces. puerorum facta fue. cū hac ān. Innocentes pro christo. vbi vero proces. facta non fue. dr ān. Lauerūt stolas. ℣. Mirabilis deus. Oratio. De⁹ cuius hodierna. ¶ Ad primā ān. Granum. ps. De⁹ in noīe. ¶ Ad terciam ān. Totus orbis. ps. Legem pone. Capm. Omnis ponti. ℟. & ℣. de cōi vnius marty. & pontifi. ita q ℟ia dicuntur cum Alleluia,

¶ Ad sextam añ. Aqua tho. ℣. Defecit. ¶ Ad nonam añ. Tu per thome. ps. Mirabilia.
¶ Ad vespe. añ. Tecum principium. ps. Dixit dñs. Cpm. Omnis ponti. ℟. Jesu bone. & dr a tribus pueris de superiori gradu sicut i ceteris fes. dup. per annum. Hymnus. Deus tuorum militum. Ver. Justus germinabit. añ. Salue thoma virga iusticie, mundi iubar, robur ecclesie, plebis amor, cleri delicie: salue gregis tutor egregie salua tue gaudentes glorie. ps. Magnificat. Oratio. Deus p cuius. Memoria de natiuitate añ. Virgo dei genitrix: quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera fact⁹ homo, vera fides geniti, purgauit crimina mundi & tibi virginitas inuiolata manet. Versus Verbum caro. Oratio Concede quesumus. ¶ Memoria de sancto stephano vbi proces. de eo prius facta fue. cum hac ã. Stephanus. vbi vero proces. non fue. facta, tunc dr añ Ecce video. Ver Gloria & hono. Oratio. Da nobis quesumus Memoria de sancto Joanne vbi proces. de eo facta fue. cū hac añ. Ecce puer. vbi vero non, tūc dicitur añ. Sunt de hic. Ver. Valde honorandus. Oratio. Ecclesiam. Memoria de innocen. vbi proces. puerorum facta fue. cum hac ã. Lauerunt stolas. vbi vero non: tunc dr añ Ambulabunt. ℣. Letamini. Oro Deus cuius.

¶ Sexta die a natiuitate dñi Ad matuti. Inuitato. hy⁹. añe psalmi, sicut in die natalis domini dñi vers⁹. Tanq̄ sponsus. tres lectiones fiant cum regimine chori.

¶ Secundum Lucam. Cap. 2

In illo tempore. Erant pater & mater iesu mirātes super his que dicebantur de eo. Et reliqua. Sermo ex commen. venerabilis Bede presbiteri. Lectio prima.

Patrem saluatoris appellat ioseph: non q̄ vere (iuxta fotinianos) pater fuit ei⁹: sed q̄ ad famam marie conseruādam pater sit ab omnib⁹ estimatus. Neq̄ enim oblit⁹ est euangelista q̄ eam de spiritu sancto concepisse & virginem peperisse narrauerit: sed opinionem vulgi exprimēs (que vera historie lex est) patrem ioseph nuncupat christi. Tu autem domine. ℟m. Hodie nobis celorum. Lectio. ij. 1

Quamuis & eo modo pater filij valet dici quo & vir marie recte intelligitur sine commixtione carnis copulatione coniugij: multo videlicet coniunctius q̄ si esset aliūde adoptatus. Neq̄ enim propterea non erat appellandus Joseph pater Christi, quia non eum concumbendo genuerat: quandoquidem recte pater esset etiam eius quē non ex sua coniuge procreatum aliunde adoptasset. ℟. Hodie nobis de celo. Lectio tertia. 2

Et benedixit illis simeon: &

dixit ad mariam matrem ei⁹. Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionem multorū in israel: & in signum cui contradicetur, Bene in resurrectionem: quia lumen est, quia gloria plebis israel. Quia dicit. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit & credit in me: non morietur in eternū. Quo modo autem in ruinam: nisi quia & lapis offensionis & petra scandali (id est ruine) his qui offendunt verbo nec credunt? De quibus ipse ait. Si non venissem & locutus eis fuissem: peccatum non haberent. ℟ Descendit de celis.

3 ℣ Te deum. & dicitur quotidie Te deum. vsq₃ ad octa. epiphanie & in ipsis octa. nisi in vigil. epipha. cum extra dominicam contige. ℣ Verbum caro factum est. In laudi. hec sola ān Quem vidistis ℣s. Dominus regnauit. & ceteri ℣s consueti dñr. Capitulum.

Gal. 4

Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt a seruo cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est vsq₃ ad prefinitum tempus a patre. Hoc cₚm d̄r ad has matuti. tantū. Hy⁹. A solis ortus. ℣. Benedictus qui venit. ā. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu iter peageret: omnipotens sermo tuus domine a regalibus sedibus venit alleluia. ℣s. ℟ Benedictus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abūdare. Qui tecum viuit & reg. Oratio ista dicitur ad has matutinas tātum: & ad primam suo loco tantum. Ad alias horas dicitur oratio sicut in die natalis domini. Memoria de natiuitate ān Pastores dicite quidnam vidistis & annunciate christi natiuitatem: infantem vidimus pannis inuolutum, & choros angelorū laudantes saluatorem. ℣sus. Ipse inuocauit me. Oratio. Concede quesumus omnipo. Memoria de sancto stephano vbi proces. de eo facta fuerit cum hac ān. Ecce video. vbi vero non, tūc dicitur ā. Beatus stephanus. ℣. Iustus germinabit. Oratio. Da nobis. Memoria de sancto Joanne vbi proces. de eo prius facta fuerit: cū hac ā. Sunt de. vbi vero non: tunc d̄r ā. Sic eum volo manere. ℣. Valde honorandus. Orō. Ecclesiam. Memo. de innoce. vbi proces. puerorum facta fuerit cum hac ā. Ambulabunt. vbi vero non: tunc d̄r ā. Cantabant. ℣. Mirabilis deus. Orō. De⁹ cui⁹. Mēō. de sc̄tō thoma. vbi ꝓces. de eo prius facta fue. cum hac ā. Pastor cesus. vbi vero nō, tunc d̄r ān Granum cadit. ℣. Ora pro nobis. orō. Deus p cui⁹. ¶ Ad primam ā. Quem

4

vidistis. Ps. Deus in nomine an. Te iure. p. Quicunqz. Ad iij. sextã & nonã cȝm. R. & V. sicut in die natiui. dñi dñr cũ hac oõne. Concede quesum⁹.

¶ Si dies dñicus in vj die a natiui. dñi contige. fiant ix. l. scȝ sex de sermone beati mari mi epi de natiuit. domini scȝ lec. j Hodierni mysterij. & ad dantur. iij. lect. de expo. euangel. scȝ Erant pater & mater. Inuitato. hy⁹. añe ps. V. & R. sicut in die nati. dñi dñr. Le. j



Hodierni myste- rij fratres charis simi sacramentũ sicut credidistis semper & credi- tis reparatio est salutis humane, virtutum natiuitas, & ruina vitiorũ. Hodie namqz christus iesus dominus noster in quo diuinitatis est plenitudo: carnis nostre infirma suscipiẽs nouus natus est homo. Hodie refulsit secundus ille adam. nõ incola sed domin⁹ paradisi: quẽ inter cetera arboris pulchritudo non fallat, serpens non decipiat, mulier non seducat. Tu autem. Lectio secunda.

Hodie exortum est lumẽ in tenebris. Hodie illud quod celum & celi celorum se habere gaudebant: mundus dum nescit accepit. Neqz enim vt temporalis quidam nec qui ante non fuerit, de femina nobis repentin⁹ emersit: sed qui semper erat cũ patre de⁹ semper quoqz regnabat, nõ nouo per virginem voluit mortalibus apparere mysterio. Nonus quidem homo sed dominus sempitern⁹: nouus christus sed rex omnium seculorum. Lectio tertia.

Ipse est in fine temporum natus ex maria: qui ante omnia secula vnigenitus processit a patre. Hic est creditus a patriarchis, a prophetis predicatus, annunciatus ab angelis, ab apostolis approbatus. De vno eodem legis. In principio erat verbum, & verbum caro factum est. Gaude ergo nunc & exulta tãdem ad deum tuum conuersa gentilitas: percepisti donum quod abraham in spiritu vidisse letatus est. Meruisti per christũ quod mereri quondam gens electa non potuit. Lectio. iiij.

Timẽs enim israel & tremẽs mirabatur (vt legim⁹) ꝙ moyses populi princeps reconditus in nube & in vertice montis altissimi sol⁹ cum dño loqueretur. Tibi vero sic natus est christus, & tãtam nobis dignationem concessit: vt loqueretur hominibus & ab hominib⁹ videretur. Ad illum tunc montem sinai quicũqz accessisset ex populo: presenti puniebatur interitu. Ad hũc vero montẽ qui hodie nat⁹ est mundo: quicunqz non accesserit morietur. Lctõ. v.

Et tunc quidẽ vn⁹ populus erudiebatur ad fidẽ: nunc vero omnes gentes vocãtur ad vitam. Viderũt venerabiles

patres nostri innumera magnaq mirabilia. Celum filiis angelicas rorauit escas. dulcia pocula lapis durissimus ministrauit: iordanis perpetē meatum suum retorsit in fontem. validissimi hostium muri tubarum strepitu corruerunt. Sol quoq commorat⁹ in celo: longiorem triumphāti populo prestitit diem. lc. vj

Hoc vero nullis ante seculis videre datum est, vt vnigenitus altissimi quem tremētes archangelorum suscipiunt potestates: hominem se hominibus exhiberet. & carnē quam assumpsit ab homine transformaret in deum. Amplectere ergo dignationē maiestatis eterne, & ne arcanam dei tui discutias volūtatem: quia omnibus quidem nat⁹ est christus, sed fidelibus dat salutem. Et addantur. iij. lec. de expositione euāgelij Erāt pater & mater. In laud. omnia fiant sicut prenotatum est siue dominica fuerit hac die siue non. Hoc modo dicūtur hore. Ad primam ān. Quem vidistis. ps. Deus in nomine. ā. Te iure. ps. Quicūq vult.

Ad tertiam, sextam, & nonā cpm R. & V. sicut in die natiuitatis dñi dñr cum hac oratione Concede quesumus. Si dies do. in die sancti stephani, vel sancti Joānis, aut sanctorum innocentium aut sancti thome, aut sancti siluestri, aut circuncisionis euene. totum seruitium fiat de festo et nihil de dominica.

Sancti siluestri pape & confessoris. Ad vesperas. ā. Tecum principium. ps. Dixit dominus. Cpm. Ecce sacerdos. R. m. Miles christi. Hymnus. Iste confessor. Vers. Amauit. ān Confessor domini. Oratio

Da quesumus omnipotens deus: vt beati siluestri confessoris tui atq pōtificis veneranda solēnitas: & deuotionem nobis augeat & salutem. Per dominum. Memoria de natiuitate. Aña. Virgo hodie fidelis & si verbum genuit incarnatum virgo mansit & post partum: quā laudantes omnes dicimus: benedicta tu in mulieribus. V. Verbum caro. Oratio. Concede quesumus. Memoria de sancto stephano vbi de eo proces. facta fuerit cum hac aña. Beatus stephanus. vbi vero non: tunc dr ān. Constitutus V. Gloria & honore. Oratio. Da nobis quesumus. Memoria de sancto Joanne vbi de eo proces. facta fuerit cum hac ā. Sic eum volo manere. vbi vero non: tunc dr ān. Joānes apostolus. V. Valde honorandus. Oratio Ecclesiam tuam Memoria de innocen. vbi proces. puerorum facta fuerit cū hac ān. Cantabant. vbi vero non: tunc dr ān. Herodes iratus. Ver. Letamini. Oratio. Deus cuius. Memoria de sancto thoma vbi de eo proces. facta fuerit cum hac ān. Grandi cadit. vbi vero nō: tunc dr ān

Totus or. Vers. Ora pro nobis. Oratio. Deus pro cuius Ad matuti. de sancto silnestro inuitato. hy. afie. pi. versus Reia de cõi vnius confesso. et pontifi. dicantur. nouem lectiones fiant. Lectio prima.



Ilnester vrbis rome episcopus cum esset infantulus: a vidua matre iusta nomine tradit⁹ est cyrino presbytero. Cuius et vitam imitatus et mores: ad summũ apicem christiane religionis attigit. Sanctus iuuenis hospitalitatem tota animi diligentia exhibebat: quam non diuitie terrene sed bone voluntatis thesauri adimplebant. Tantamqz gratiam ei deus dedit: vt non solũ a christianis, sed etiam ab ethnicis nimio diligeretur affectu. Tu autem domine. Lectio secunda

Tricesimo autem etatis sue anno a sancto melchiade vrbis rome episcopo diaconus factus est: nec multo post omnis populus christianorum in vrbe presbyterum eum sibi exposcunt fieri. Sãcto igitur silnestro presbytero ordinato tantam deus ei gratiam contulit: vt nullus esset qui non illum ex affectu diligeret: et verum famulum dei esse acclamaret. Erat enim aspect⁹ angelic⁹, sermo nitid⁹, opere sanctus, corde integer, ingenio optimus, cõsilio magnus, fide catholicus, spe sapientissimus, charitate diffusus. Lectio tertia.

Sancto itaqz melchiade episcopo migrante ad dominum, ab omni populo silnester eligitur: ita vt nullus inueniretur qui non eius electionem acclamaret. Sanctus vero silnester etatis sue excusationẽ opponẽs, ꝙtum se excusabat indignum: tantum dign⁹ ab omnibus clamabatur. Quid multa? His et huiusmodi assertionibus populorum arctatus: auctore deo leuatur vrbis rome episcopus: et quia hoc esse meruit, operibus declarabat. Medie lect. de nati. domini fiant cum hoc versu Ipse inuocauit me. Sermo beati fulgentii. Lectio quarta.

Bene nunciate (ait propheta) diem de die salutare ei⁹. Quid est diem de die nisi filium de patre? Est igitur de patre et fili⁹ de die dies Sed tamen pater et filius nõ duo dies: sed vnus est dies. Est de patre filius: de deo de⁹ Pater tamen et filius nõ duo dii: sed vnus est deus. Unus igitur dies eternitatis simul pater et filius a nobis cognoscitur: in die autem temporis solus filius inuenitur. Dies enim eternus pater et filius nostrum corpus et animam fecit: in die vero temporis solus filius nostrum corpus animamqz suscepit. R. Quem vidistis pastores. Lectio. v.

Christus dies eternus vnigenitus in forma dei manẽs

christus in die temporis uni-
genit⁹ formam servi accipiēs
Christus dies etern⁹ dies per
manens ut conderet nos: chri-
stus in die temporis pauper
fact⁹ ut redimeret nos. Dies
eternus christ⁹ de deo patre:
christus in die temporis de⁹
homo de virgine matre. Chri-
stus dies eternus verbū eru-
ctatum de corde patris: chri-
stus in die patris verbum ca
ro factum de utero virginis
matris. ℟m. O magnum my
sterium. Lectio sexta.

Christ⁹ dies etern⁹ de⁹ ver⁹
de deo vero: christ⁹ in die tēpo
ris spōsus procedens de tha-
lamo suo. Dies eternitatis
christ⁹ angelos creans: dies
in tempore christus homines
saluās. Dies eternitatis chri
stus in celo san tos angelos
pascens: dies temporis chri-
st⁹ homines in terra reficiens
Ut enim panem angelorum
manducaret homo: creator an
gelorum factus est homo. U-
trosqz pascens: et integer per-
manens. ℟. Te laudent, nisi
hoc festum in die lune cōtige
rit tm̄. tunc enim dr ℣. Tanqͣ
sponsus. cū his ℟. Hodie no-
bis celo. ℟. Hodie nobis de
celo. ℟m. Descendit de celo.

Sciendū est qꝙ qñcunqz fi-
unt med. lc. sive de tpali sint
sive de festis sanctorū: semper
dicātur ℣. et ℟. scdm ordinem
noct. et hoc ab una dñica usqz
ad aliā do. observetur: ita ta-
men qꝙ semper in do. qñ fiunt
medie lc. dñr ℣. et ℟. de. j. noc.
nisi propria ℟ia habeantur:
et nisi in exaltatione sctē cru-
cis. et nisi infra octa. alicuius
scti sine regimine chori. Nam
tunc dñr ℣. et ℟. secundū or-
dinem noc. quotidie infra oc.
et in do. usqz ad octa. diem: et
tunc semper reincipiatur his.
Si vero aliquod festum. iij.
lec. unius confes. et ponti. de
quo fieri debeant med. lec. in
do. et fes. iij. lc. unius confes. et
abbatis in aliqua fer. ipsius
hebdo. contig. tunc in. ij. festo
dñr. ℣s⁹. et ℟. de. j. noc. et non
de. ij. noct. Similiter etiā fiat
quando aliquod fes. iij. l. plu
rimorū martyrum et fes. iij. lc
plu. cōfes. in una hebd. cōtig.
Qñcunqz enim in matuti. ix.
lc. iij. medie l. fiunt tunc a ℣.
primi noct. incipiatur huius-
modi servitium donec idē per
ficiatur nocturnus: et non ab
añis medij nocturni (ut qui-
dam faciunt) ita tamē qꝙ oēs
añe erunt de festo. ix. lc. media
tamen ℟. cum ℣. possunt esse
de. j. noc. vel de. ij. vel de. iij.
noc. prout tēpus exegerit. Et
qr añe in noc. semper in eadē
hist. dñr: ideo a ℣. inchoatur
huiusmodi servitium qñ me-
die lec. fiant alteri⁹ hist. et dr
medi⁹ ℣. qr medij ℣. locū ob-
servāt: sive fue. de primo noc.
vel de. ij. vel de. iij. alterius
his. Ordo tū ℟ ita observetur
ut ad medias lc. de quocunqz
fieri debeāt ab una do. in aliā
dñicam semper fiat inchoatio
in do. cū ℣. et ℟. primi noc. ni
si infra oc. sine regimine cho.

tūc enim a primo die vsq ad octa. diē hmōi ordo seruetur. Tres vltime lc. de s. siluestro dñr ita tamen q vij. lc. tunc legatur de expositione euāge. secundū mattheū Homo quidā peregre. Homel. beati gregorij pape Lctō sancti euangelij ꝛc. require in cōi vni' confes. ꝛ ponti. Et tota lc. legatur ꝛc. Lctō viij. ꝛ ix. de proprietate scti siluestri. Le. viij

Dixerunt ei pagani. Siluester descēde ad draconem qui est in mōte tarpeio: trecentis sexagintaquinq gradib' quasi ad infernum: ꝛ fac eum cessare a corruptione aeris ꝛ interfectione generis humani: vt credam' deo tuo. Quo audito predicauit beat' siluester triduanū ieiunium ecclesie: ꝛ orationis instantiam. Lec. ix

Merito die expleto apparuit sibi dñs petrus: mandans q assumptis secū theodoro, dionysio, ꝛ felicissimo presbyteris ꝛ honorato ꝛ romano diaconis: cubiculū draconis adiret: ꝛ oblato deo sacrificio in ingressu loci, ianuas ereas illius claudens catenam in circulis earum induceret dicendo. Hec dicit apostol' christi petrus: iste ianue nō aperientur nisi in die iudicij. Quo facto liberata est ciuitas a flatu draconis. Deinceps obiit iste sanctus pridie kalendas ianuarij: ꝛ sepultus est in cemiterio priscille: via salaria: ab vrbe romana tertio miliario.

Nonum R. a. ij. cantetur in superpelliciis ad gradū cho. Vsus. Ora p nobis beate siluester. In laud. omnia fiant vt vnius confes. ꝛ pontifi. cū preced. orō. Memo. de nati. ān

Hodie intacta virgo deū nobis genuit teneris indutum membris quem lactare meruit: omnes ipsum adoremus qui venit saluare nos. V. Benedictus qui venit. Oratio. Concede quesum'. Memoria de sancto stephano vbi pces. de eo facta fuerit: cum hac ān. Constitutus. vbi vero non: tunc dr an In tribulatione. Vsus. Posuisti domine. Oro. Da nobis. Memoria de sancto Joanne vbi pces. de eo facta fuerit: cum hac ān. Joannes apostolus. vbi vero nō: tunc dicitur an Supra pectus. V. Valde honorandus. Oratio. Ecclesiam. Mēoria de innocē. vbi pces. puerorum facta fuerit cum hac ān Herodes iratus. vbi vero non: tunc dr ān A bimatu. Vsus Mirabilis. Oro Deus cuius. Memo. de scō thoma vbi pces. de eo facta fue. cum hac ān. Totus orbis. vbi vero non: tunc dr ān Aqua thome. V'. Ora pro nobis. Oratio Deus pro cuius

¶ Ad primam an. Ecce sacerdos. ps. Deus in nomine. ān. Te iure. ps. Quicunq vult.

¶ Ad tertiam Antipho Non est. Capitulum. Benedictionem. R. et V. de communi vnius confessoris ꝛ pontificis dicuntur cum Alleluia.

¶ Ad sextam. a. Fidelis. Cp.

Cognouit. ¶ Ad nonam aña. Serue bone. Capm Mag.
¶ In vigilia circuncisionis domini Ad vesperas. añ. Tecum principium. ps. Dixit dominus. Capm Apparuit gratia. R. Verbum caro, & dicitur hic sine prosa hy. A solis ortus. Vers. Tanq̃ sponsus. añ Qui de terra est de terra loquitur: qui de celo venit super omnes est: & quod vidit & audiuit hoc testatur. & testimonium eius nemo accipit: qui autem acceperit eius testimonium signauit quia deus verax est. ps. Magt. Oratio.
Deus qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauũ: fac nos que sumus eius perpetua diuinitate muniri, cuius sumus carnali commercio reparati. Qui tecũ. Nulla fiat memoria ad has vespe. nec ad matuti. in crastı. Ad completo. añ Nato domino angelorum chori canebant dicẽtes: salus deo nostro sedenti super thronum et agno. ps. Cum inuocarem. Capm. Tu in nobis. Hymnus. Saluator. Ver. Custodi nos. añ. Alla. Verbum caro. ps. Nunc dimittis. Preces &c. que ad completo. pertinent expleantur. Hoc completo nõ mutatur vsq̃ ad vig. epipha.
¶ Ad matutinas. Inuitator. Christus natus est. ps. Venite hy. Christe redemptor oim.
¶ In primo nocturno añ. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. ps. Quare fremuerũt. añ. In sole posuit tabernaculũ suũ: & ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. ps. Celi enarrãt añ. Eleuamini porte eternales & introibit rex glorie. ps. Domini est terra. Ver. Tanq̃ sponsus. R. Dominus procedens de thalamo suo. Lec. i.



Itus & religio circuncisionis fratres charissimi: a beato abrahã patriarcha sumpsit exordiũ. Qui cũ positus adhuc in preputio perfecte deo credidisset reputatũq̃ ei esset ad iustitiam: signũ accepit circuncisionis signaculum iustitie fidei que est in preputio. Rm. In principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vers. Quod factum est in ipso vita erat: & vita erat lux hominum. Omnia per ipsum facta. Lectio secunda.
Erat autem circuncisionis typus ac figura multiformis. Nam & signaculum (vt dictum est) iustitie fidei abrahe, & seminis eius erat indicium: castigando eos qui ad hoc semen hancq̃ fidẽ pertinerent ab omni inquinamẽto carnis & spiritus. Et prophetia nasciturı de hoc semine saluatoris: qui nos in presenti per baptismum ab omni mortifere actionis pollu-

tione mundaret: ⁊ in futuro per resurrectionem ab vniuersa mortis ipsius corruptione liberaret. ℟. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus. Et illuxit nobis alleluia alla. ℣. Lapidem quē reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli. Et illuxit. Lectio tertia.

ET precipue donum remissionis quod solueret a peccato preuaricationis ade: per hanc id temporis ministrari eidem gratie legisque latori cōplacuit. Vt pote qui nunc dicit. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Ipse autem tunc dicebat. Masculus cuius preputij caro circuncisa non fuerit: peribit anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. ℟. Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit peccata mūdi, ecce de quo dicebam vobis. Qui post me venit ante me factus est. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. ℣. Hoc est testimoniū quod perhibuit Joānes. Qui post. Gloria. Cuius non sum.

¶ In secundo nocturno aña. Specios⁹ forma pre filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis. ps. Eructauit. añ. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. ps. Magnus dominus. añ. Homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissimus. ps. Fundamenta. ℣. Ipse inuocauit me. Lectio quarta.

NOn pactum vtique circuncisionis: quod non infans qui discernere necdum valuit, sed maiores qui id seruare nouerant irritum fecerunt: verum pactum quod cū primo homine de⁹ iniit. Quod omnis qui vel vnius diei vitam gessit in terra preuaricasse conuincitur: atque ideo remedio salutis aliquo op⁹ habere non ignoratur. ℟. Nesciens mater virgo virum: peperit sine dolore saluatorem seculorum. Ipsum regem angelorum sola virgo lactabat: vbera de celo plena. ℣. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium. Ipsum. Lectio quinta.

SAluator autem noster qui vt peccatum mundi tolleret sine peccato venit in mundum: sicut suo baptismate nobis remedia procurauit (id est nostris abluendis sceleribus aquarum que subiit lauacra consecrauit) ita etiam in circuncisione quam suscepit non sua que nulla erāt admissa purgauit: sed nostre in se nature vetustatem docuit innouādam. Nunc videlicet eam per se a vitiorum labe purgandam, ⁊ in nouissimo die significans ab ipsa multipharie mortalitatis ac mortis peste penitus esse restaurandam. ℟. Continet in gremio celum terramque regētem virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis. Per

quem mundus ouans celso sub principe pollet. Ver. Caste parentis viscera celestis intrat gratia: venter puelle baiulat secreta que nō nouerat Per quem. Lectio sexta.

Vnde congrue iesus octaua die circūcisus asseritur: quod non facile in veteri testamento de aliquo legimus actum, q̄uis de omnibus sepissime iussum. Absq solo dūtaxat isaac: qui quasi filius promissionis primus octaua die circuncisionem accepisse perhibetur. R. Confirmatū est cor virginis in quo diuina mysteria angelo narrante concepit: que speciosum forma pre filiis hominum castis concepit visceribus. Et benedicta in eternum deū nobis protulit & hominem. Ver. Domus pudici pectoris templum repente fit dei: intacta nesciens virum verbo concepit filium. Et benedicta in eternum. Gloria patri. Et benedicta in eternum.

¶ In tertio nocturno ān. Exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem domini quoniam venit. ps. Cantate. i. ā. In principio et ante secula deus erat verbum: ipse nat⁹ est nobis saluator mūdi. ps. Dominus regnauit exultet terra. ān. Ante luciferum genitus & ante secula dominus saluator noster, hodie nasci dignatus est. ps. Cantate domino. ij. Versus. Notū fecit.

¶ Euāgeliū Secundū Lucā.

In illo tempore. Postq̄ consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius iesus. Et reliqua.

Homelia venerabilis bede presbyteri. Lectio septima.

Sanctam venerandamque presentis festi memoriā paucis quidem verbis euangelista cōprehendit: sed nō pauca celestis mysterij virtute grauidam reliquit. Exposita namque natiuitate dominica (cuius gaudia mox angeli dignis laudibus extulerunt: pastores deuota visione celebrarunt: omnes qui tūc audiere mirati sunt: nos quoq pro modulo nostro prout potuimus proxime domino largiante cōgruis missarū hymnorumq solennijs exegim⁹) subiunxit atq ait. Et postq̄ consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen ei⁹ iesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur. Rēm. Regem celi cui talia famulantur obsequia: stabulo ponitur qui continet mundū Jacet in presepio et in nubibus tonat. V. Qui celum terramq regit per secula solus. Jacet in. Lectio octaua.

Hec sunt festiuitatis hodierne gaudia veneranda: hec sacrate solēnitas diei. Hec illa superne pietatis munera sacrosancta: que fideliū cordibus commendans apostol⁹ ait. Quia vbi venit ple

nitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere. factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret vt adoptionem filiorum reciperemus. Magna namque dispensatione pietatis ad redemptionem generis humani de⁹ pater non angelum, non archangelum: sed filium suum vnigenitũ mittere dignatus est. ℟. Congratulamini mihi omnes qui diligitis dominum: quia cũ essem paruula placui altissimo. Et de meis visceribus genui deum & hominem. ℣. Beatam me dicẽt omnes generatiões: quia ancillam humilem respexit de⁹. Et de meis. Lectio nona.

Quem quia in diuinitatis sue specie videre nequiuimus: magna rursum dilectionis arte prouidit vt hunc factum ex muliere (hoc est ex materne carnis substãtia sine virili admixtione cõceptum) ad humanos verum hominem proferret aspectus: qui in diuina virtute ac substantia manens per omnia quod erat, veram nature mortalis infirmitatem quam nõ habebat indueret. Et vt nobis necessariã obediendi virtutem precipuo commendaret exemplo: factum sub lege filium suũ misit deus in mũdum. ℟. Verbum caro. vt su. in die nati. dñi. Et dicitur hic sine prosa: siue do. fue. siue nõ. ps. Te deum. ℣. Verbum caro factum est. ℟. Et habitauit in nobis. In laudib⁹ ãn.

O admirabile commercium: creator generis humani animatum corpus sumẽs de virgine nasci dignat⁹ est: et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatẽ. ps. Dominus regnauit. ãn. Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc implete sunt scripture: sicut pluuia in vell⁹ descendisti, vt saluum faceres genus humanum: te laudamus deus noster. ps. Jubilate deo. Ãna. Rubum quem viderat moyses incombustum conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem, dei genitrix intercede pro nobis. ps. Deus deus meus. ãn. Germinauit radix iesse, orta est stella ex iacob, virgo peperit saluatorem: te laudamus deus noster. ps. Benedicite omnia. ãn. Ecce maria genuit nobis saluatorem, quem ioannes videns exclamauit dicens: ecce agn⁹ dei, ecce qui tollit peccata mũdi alleluia. ps. Laudate dominum de celis. Cpm. Apparuit gratia. Hymn⁹. A solis. ℣sus. Benedictus qui venit. ãn. Mirabile mysterium declaratur hodie, innouãtur nature, deus homo factus est, id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit: non commixtionem passus neque diuisionem. ps. Benedictus dominus. Oratio. De⁹ qui nobis.

¶ Ad primam. Antiphona. O admirabile. Psalmus.

Deus in nomine. ā. Gratias tibi. ps. Quicunqz vult salu9
¶ Ad tertiam ān. Quando natus. ps. Legem pone. ca pm. ℟. & ℣. sicut in die natiui. dñi ad omnes horas dicuntur: cum oratione huius diei.
¶ Ad sextam ā. Rubum quē viderat. ps. Defecit in salu.
¶ Ad nonam ān. Germinauit radix. Psalmus. Mirabilia.
¶ Ad vespe. ān. Tecum princípium. ps. Dixit dominus. Cpm. Apparuit gratia. ℟ m. Confirmatum est. hy9. A solis ortus. ℣. Benedictus qui venit. an. Magnum hereditatis mysterium: templum dei factus est vterus nesciens virum: non est pollutus ex ea carnem assumens: omnes gētes venient dicentes, gloria tibi domine. ps. Magnificat. Oratio De9 qui nobis. Memoria de sancto stephano ān. Tu principatum. ℣9. Gloria & honore. Orō. Da nobis q̄s.
¶ In octa. sancti stephani ad matuti. Inuitato. hy9. & āe. & ps. sicut in prima die dñr. ℣9. Gloria & honore. Lctō prima.



Cōsiderate attētius dilectissimi fratres cum beatus martyr stephanus dominū nostrum Jesum christum ad dexteram dei patris stare vidisset: cur se filium hominis vidisse testat9 est, et non potius filium dei: cum vtiqz plus honoris domino delaturus videretur si se dei potius q̄ hominis filium vidisse dixisset. Sed certa ratio postulabat vt hoc ita & ostenderetur in celo & predicaretur in mundo. Si dominica fuerit: diuidantur iste tres lectiones in sex ad literas capitales.

Omne enim iudeorū scādalum in hoc erat: cur dominus noster iesus christus qui secundum carnem est filius hominis, esse etiam filius dei diceretur. Ideo ergo pulchre scriptura diuina filium hominis ad dexteram dei patris stare memorauit: vt ad confundendam iudeorum incredulitatē ille ostenderetur martyri in celo, qui a perfidis iudeis negabatur in mundo. Et illi testimonium celestis veritas daret: cui fidē terrena impietas denegaret. ℟. Stephan9 seruus dei quem lapidabant iudei: vidit celos apertos, vidit & introiuit. Beatus homo cui celi patebunt. ℣. Stephanus vidit celos apertos, vidit & introiuit. Beatus. Le. ij
Si quid autem distare inter martyres potest: precipuus videtur esse qui primus est. Nam cum sanctus stephan9 ab apostolis diaconus ordinatus sit, apostolos ipsos beata ac triumphali morte precessit. Ac is qui erat inferior ordine: prim9 fact9 est passiōe.
Mortem enim quam saluator dignatus est pro omnib9 pati: hanc ille primus reddidit saluatori. Videre enim di

lectissimi fratres affectū bea ti viri: videte magnam & ad= mirabilem charitatē. ℟ La= pidauerunt. Lectio tertia.

In persecutione posit⁹ erat: & pro persecutoribus suppli= cabat. Atqꝫ in illa lapidū rui na quando alius obliuisci po terat etiam charissimos: ille domino commendabat inimi cos. Quid enim dicebat cum lapidaretur? Domine (iquit) ne statuas illis hoc peccatū. Plus itaqꝫ tunc dolebat il lorū peccata ꝙ sua vulnera, plus illorum impietatem ꝙ suam mortem. Et recte plus. In illorum quippe iniquita= te erant multa que poterant plangi: in illius autem mor= te non erat quod debuisset do leri. ℟ Lapides tor. ps. Te deum. Si do. fue. ij. ℟. erit. Videbant omnes. & iij. ℟m. Impetum. Deinde dicantur omnia ℟ia. secundum ordi. nec sicut i prima die cū. ix. lc. sicut postea notatur. ps. Te deū. Ante lau. si do. nō fue. ℣. Posuisti. tamen si do. fuerit dicatur. ℣⁹. Ora pro nobis. In laud. hec sola an. Lapida uerunt ps Dominus regna. cp. hy⁹ ℣. et ā. sup ꝑm Bene= dictus cum oratione sicut in pri. die. Memo. de sancto ioan ne vbi proces. de eo prius fa= cta fue. cum hac. ā Supra pe ctus. vbi vero non: tunc dr ā. Quasi vnus. ℣ Valde hono= rādus. Oratio. Ecclesiā tuā. Memo. de in innocentib⁹ vbi proces. puerorum prius facta fue. cum hac antiphona A bi matu. vbi vero nō: tunc dici= tur. ā Vox ira. ℣ Mirabilis. Oro De⁹ cui⁹ ho. Mēo. de san cto thoma vbi proces. de eo prius facta fue. cum hac aña. Aqua thome. vbi vero nō: tūc dr ān Ad tho. ℣. Ora pro no. Oro Deus pro cui⁹. Memo. de sctā maria cū hac. ān Ecce ma. ℣ Post partū. oro Deus qui salu. Ab hac die vsque ad puri. quotidie fiant mēo. de. s. ma. de quocunqꝫ fiat ser. tā ad vs ꝙ ad matuti. nisi in vigi. epi. & in die eiusd. In fes. ip. lc. & in oct. & infra octa. qn cho= rus regitur: & in do. dieb⁹ ad vtrasqꝫ vesp. cū hac ān Quan= do nat⁹. ℣ Speciosus forma. Oro. Deus qui sa. Ad matu. vero cū hac ān. Ecce maria. ℣ Post partum virgo. In fe= riis vero & in fes iij. lc. siue re gi. cho. ad vs. ā Rubum quē. ℣ Speciosus for. oro Deus qui salu. Ad mat. ā Germina= uit. ℣ Post partū, oro vt su.

¶ Quando octa. sancti step. in dominica eue. fiant. ix. lc. de sancto step. videlꝫ sex de tri bus lec. supranotatis de oct. & iij. vltime de expōe euāg. si cut in prima die. ℟ia. vero ppria que habētur de oct. pri mo loco id est in primo no. cā tētur deinde hi. diei suo ordi. dr. Ad lau. vero oēs āe dñc et cetera sicut in die. Simili= ter fiat de sancto ioanne & de innocentibus. Sciendum est autem ꝙ quando octa. s. ioan nis in do. eue. ves. in sabbato

precedente de sancto stepha. erũt: & mẽo. de sancto ioan. cũ hac ãn. **Ualde ho.** ℣. **In omnem terrã.** Oratio. **Ecclesiam.** Similiter qñ octa. sanctorũ innocentium in do. euene. in sab. precedenti de sancto ioan ne erũt, & mẽo de innocẽ. cum hac ãn. **Innocentes pro christo.** ℣sus **Letamini in domino.** Oratio. **Deus cuius ho.** Hic primũ fiãt matu. de sancta maria in cõuentu: vt plene notatur post commune sanctorum. Ad. j. de sancto steph. siue do. fue. siue non ãn **Lapidauerunt.** ps. **Deus in nomine.** ãn. **Te iure.** ps. **Quicunq.** Ad. iij. et ad alias hoẽ. ãe. pi. cp ℟. & ℣. sicut in die sancti stepha. dñr siue do. fue. siue nõ: cũ orõ. de prima die. Ad vesp. ã. **Tecum principiũ.** ps **Dixit dominus.** Capm et cetera omia sicut in prima die dicuntur preter ℟. quod non dicetur. Memo. de sancto ioanne. ãn **Ualde hono.** ℣. **In omnem.** Orõ. **Ecclesiam tuam.** Memoria de innocẽ. vbi proces. puerorum facta fuerit: cũ hac ãn **Uox in rama.** vbi vero non: tunc dr hec ãn. **Sub throno.** ℣. **Letamini.** Orõ. **Deus cuius ho.** Memoria de sancto thoma vbi processio de eo facta fuerit: cum hac ãn **Ad thome,** vbi vero nõ, tũc dr hec sola ã. **Tu per tho.** ℣ **Ora pro.** Orõ **Deus pro cuius.** Mẽo. de scta maria siue do. fue. siue nõ: cũ hac ãn **Quãdo nat.** ℣. **Speciosus for.** Orõ **Deus qui sa.**

¶ In octaua sancti ioannis apostoli ad matu. inuita. hy. ãe & pi. sicut i prima die dñr. ℣. **In omnem.** Lectio prima.



Cum post domitiani obitũ beatus ioannes de pathmos insula ephesum rediret rogabatur vicinas illustrare prouincias, quo vel ecclesias fundaret in quibus non erant locis: vel in quibus erant, sacerdotib ac ministris instrueret secundum quod ei de vno quoq spiritus sanctus indicasset.

Si dominica fuerit diuidantur iste tres lectiones in sex.

Cũ igitur venisset ad quãdam vrbem: omnibus ecclesiasticis solenniter adimpletis, vidit iuuenem quendam validum corpore: sed & animo acrẽ nimis. Respiciensq ad episcopum qui nuper fuerat ordinatus: hunc (inquit) tibi cõmendo sub testimonio christi & totius ecclesie. ℟m. **Hic est beatissimus euangelista & apostolus ioannes. Qui priuilegio amoris precipui ceteris altius a domino meruit honorari.** ℣. **Hic est discipulus ille quẽ diligebat iesus: qui supra pectus eius in cena recubuit. Qui.** Lectio secunda.

Quem episcopus suscipiẽs cum omni diligentia nutriuit: et ad vltimum ei baptismi gratiã tradidit. Post hec iam velut confidens presbyter gratie que iuuenem com-

mouerat: paulo indulgẽtius eũ cepit habere. Sed ille vbi immatura libertate potitus est, cõtinuo per equenos quibus luxus ⁊ desidia cordi est, corrupte vie incedere tramitem perducetur: qui ad maiora flagitia detractus, de paruis iam dedignatur cogitare sceleribus.

Cum autem ad eandem vrbem beatus ioannes redisset: episcopo ait. Juuenem illum a te repeto: et animam fratris Qui ait. Mortuus est. Cui ioannes. Qua (inquit) morte? Respondit episcop⁹. Deo mortuus est: quia flagitiosus enasit. ℟. Qui vicerit faciam illum columnam in regno meo dicit dominus. Et scribam super eum nomen meum et nomen ciuitatis noue hierusalẽ. ℣. Vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei. Et scribam super eum nomen meum et nomen ciuitatis. Lectio tertia.

Tunc ioannes ait. Paretur mihi equus: et dux itineris. Cumqꝫ venisset ad locum: detinetur ab his latronib⁹ qui custodias obseruabant. Quibus ipse ait. Adducite mihi principem vestrum.

Qui cum venisset armatus: viso ioanne in fugam vertitur. Quem ioannes insequitur clamans. Quid fugis fili? Noli timere: adhuc habes spem vite. Sta tantum, ⁊ crede mihi: quia christus me misit. At ille vultu in terram demisso, arma proiiciens, genibus prouolutus: vlulatibus quibus poterat satisfecit. Cui apostolus a saluatore veniam impetraturum pollicens, ad ecclesiam eum reuocat: et ea impetrata a deo emendatum eum ecclesie prefecit, prebens per hoc magna exempla vere penitentie. ℟. Apparuit charo. ℣. Cumqꝫ cõplesset. Si do. fuerit tunc erit iij. ℟. Iste est ioannes. Et deinceps tota hysto. dicitur sicut in primo die vsqꝫ ad laudes. ps. Te deum. ℣. Valde honorandus. In laud. hec sola ãn. Hic est discipulus. ps. Dominus regnauit. siue do. fuerit siue non. Cpm. hy⁹. ℣. et ãn. super ps. Benedictus. cum oratione sicut in die dicuntur. Mẽo. de innocen. vbi proces. puerorum prius facta fuerit: cum hac ãn Sub throno. vbi vero nõ: tunc dicitur ãn Laudes reddant. ℣. Mirabilis deus. Oratio Deus cuius. Memoria de sancto thoma vbi processio de eo facta fuerit, cum hac ãn. Tu per thome. vbi vero non: tunc dicitur aña Summo sacerdotio. ℣⁹. Ora pro nobis. Oratio. De⁹ pro cuius. Memoria de sancta maria siue dominica fuerit siue non: cum hac aña Ecce maria. ℣sus. Post partum virgo. Oratio. Deus qui salutis eterne beate marie.

¶ Ad primam. ãn. Hic est discipulus. ps Deus in nomine. ãn Te iure. ps Quicunqꝫ.

Ad alias ho. a. ps. cap. R. et V. cum oratione sicut in .j. die di cuntur. Ad vesp. an. Tecum prin. ps. Dixit dns. ae. ps. cap. et cetera oia sicut in die sancti ioan. preter R. quod non dicetur. Memo. de innocen. a. Innocentes. V. Letamini in do. Oro. Deus cuius. Meo. de sancto thoma ubi proces. de eo facta fue. cu hac an. Summo sacer. ubi vero non: tunc dicitur a. Monachus sub. V. Ora pro no. Oro. Deus pro cui9. Meo. de sancta ma. siue do. fue. siue no. cu hac a. Quando natus. V. Speciosus forma. Oratio Deus qui salu.

¶ In octa. s. innocen. Ad matu. inui. hy. a. et ps. sicut in prima die dicuntur V. Letamini in domino. Lectio prima.



Hodie fratres charissimi natalem illorum infantium colimus: quos ab herode crudelissimo rege interfectos esse euangelij textus loquitur. Et ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra celestiu militum et tantarum parens fecunda virtutum. Si dominica euenerit diuidantur iste tres lectiones in fer.

Ecce prophan9 hostis nunq beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio: qntu profuit odio. Nam (sicut sacratissima presentis diei festa manifestant) quanta contra beatos paruulos iniquitas abundauit: tanta in eis gratia benedictionis effulsit. Rem. Cantabant sancti canticum nouum ante sedem dei et agni. Et resonabat terra in voces illorum. V. Sub throno dei omnes sancti clamabant: vindica sanguinem nostrum deus noster. Et resonabat terra. Lectio secunda.

Beata es bethleem terra iuda: que herodis regis immanitatem in puerorum extinctione perpessa es: que sub uno tempore candidatam plebe imbellis infantie deo offerre meruisti.

Digne tamen natalem illorum infantium colim9: quos beatius vite eterne mun9 edidit, qua quos maternorum visceru partus effudit. Siquidem ante vite perpetue adepti sunt dignitatem: q usum presentis acciperent. Siue dominica fuerit siue no: secudu R erit Sub throno. Lcto. iij.

Aliorum quidem preciosa mors martyrum laudem in confessione promeruit: horu in consummatione complacuit. Quia incipientis vite primordiis ipse eis occasus initium glorie dedit, qui presentis terminum imposuit: quos herodis impietas lactentes matrum uberib9 abstraxit. Qui iure dicutur martyrum flores: quos in medio frigore infidelitatis exortos (velut primas erumpentes ecclesie gemmas) queda persecutionis pruina decoxit.

Et ideo dignum est interfe=ctis pro christo infantib⁹ ho=noris impendere cerimonias non doloris: et sacramētis da re vota nō lachrymis. Quia ipse illis fuit causa pene: qui extitit et corone. Ipse odij cau sa qui premij. Si dñica non fuerit: tñc. iij. ℟. Centum qua draginta. Si vero dñica fuerit tuc erit. iij. ℟. Dign us a di=gnis. Et dñr sex lect. de istis tribus preceden. et tres vlti. erūt sicut in prima die. Dein=de dr tota histo. vsqꝫ ad laud. sicut in prima die. p̄. Te deū ℣. Justi autem in perpetuum In laud. hec sola ā. Herodes iratus ps. Domin⁹ regnauit siue do. fuerit sine non. Cpm. et cetera omnia sicut in prima die. Memoria de sancto thoma vbi proces. de eo facta fuerit: cum hac ān. Monachus vbi vero non: tunc dr ān. Cultor agri ℣. Ora pro nobis. Orō. Deus pro cuius. Memoria de beata maria siue dñica fuerit siue non: cum hac ā. Ecce ma=ria ℣. Post partum. Oratio. Deus qui salutis eterne &c. ¶ Ad primam. an. Herodes iratus ps. Deus in nomine. ān. Te semper ps. Quicunqꝫ. ¶ Ad iij. et alias hor. ane, ps, cp, ℟. et ℣. cū or. sicut i. j. die. ¶ Ad vesperas ān. Tecū prin cipium ps. Dixit dominus. capm et cetera sicut in prima die sanctorū innocen. dñr pre=ter ℟. quod non dicetur. Mēo ria de sancto thoma ān. Pa=stor cesus ℣. Gloria et honor. Oratio. Deus pro cuius. Deinde fiat memoria de san=cto edvvar. rege et confes. aña Confessor domini Ihesus Ama uit eum dominus. Oratio.

Deus qui vnigenitum filium tuum dominum nostrum Jesum christum glo riosissimo regi edvvardo i for ma visibili demonstrasti: tri=bue q̄s vt eius meritis et pre=cibus ad eternam ipsius dñi nostri Jesu christi visionem pertingere mereamur. Qui te cum viuit et regnat. Memoria de sancta maria. an Quando natus es ps. Speciosus for=ma. Oratio. De⁹ qui salutis. ¶ In vigilia epi. quidam so=lus de. ij. forma loco nec ha=bitu mutato dicat inuitat. cū cantu fes. Inuitato Christus natus est nobis. Venite ado=remus ps Venite. Hymnus Christe redemptor ān Dixit dominus ps Quare fremue=runt. cetere ane cum suis ps sicut in die circunci. dñr pre=ter ix. ān. que erit. Virgo ver=bo concepit ps Cantate dño. ij. ℣. Notum fecit dominus. ¶ Secundum Mattheum.

In illo tempore. Defun=cto Herode ecce appa=ruit angelus dñi in somnis ioseph in egypto: dicēs. Sur ge et accipe puerum et matrē eius: et vade in terram israel. Et reliqua. Cap. 2

Homelia exer. de diuersis tra=ctatibus. Lectio prima.

Obitus herodis terminum cōtētionis malitiose que nūc

contra ecclesiam iudea seuit, insinuat. In somnis autē hoc significat: quia mortuis mundo angeli sunt presentes. Quod igitur defuncto herode redit ad terram israel iesus: finem seculi denūciat, quādo enoch et helia predicantibus iudei sopita moderne inuidie flamma fidem veritatis accipient.

1 ℟. O regem celi. Lectio .ii.

Et bene cum iudeam deserit fugere, et hoc in nocte dicitur: cum vero reuertitur, nulla nō solum fuge sed nec noctis fit mentio. Quia nimirum quos ob peccatorū tenebras olim persecutores reliquit: ipsos ad lucem fidei tandem se querentes remisit. Defuncti sunt enim qui querebāt aīam pueri. Ex hoc loco intelligimus non solum herodem: sed et sacerdotes et scribas eodem tēpore necem dñi fuisse meditatos.

2 ℟. Congratulamini. Lectio .iii.

Qui consurgens accepit puerum et matrem eius: et venit in terram israel. Non dixit, accepit filium suū et vxorem suam: sed puerum et matrem eius, quasi nutricius non maritus. Audiēs autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Archelaus agnoscens leo interpretatur: herodes pelliceus siue pellis gratia. Herodes ille qui cum pilato postea amicitiam fecit, huius herodis filius est frater archelai. Quem et ipsum tyberius cesar lugdunum (que galliarū est ciuitas) relegauit: fratrem quod eius herodem successorem regni fecit. ℟m. Confirmatū est. Non dicatur Te deū laudamus. nisi dominica fuerit tantum. ℣sus. Verbum caro factum est. In laud. hec sola ān. O admirabile. siue dñica fuerit siue non ps. Dominus regnauit. Cpm. Apparuit benignitas. Hymnus. A solis ortus cardine. ℣sus. Benedictus qui venit. ān. Beatus venter. ps. Benedictus. Oratio.

Corda nostra quesumus domine venture festiuitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus, et perueniamus ad patriā claritatis eterne. Per eundem dominum nostrum.

Memoria de sancto thoma ān. Opem nobis. ℣. Iustus germinabit. Oratio. Deus pro cuius. Memoria de sancto edwardo ā. Euge serue. ℣. Iustus vt palma. Oratio. Deus qui vnigeni.

Memoria de omnibus sanctis ān. Exultabunt sancti. ℣. Mirabilis. Oratio. Infirmitatem no.

Nulla fiat memoria de sancta maria: nec etiam matutine dicantur de ea in conuentu.

¶ Ad primam ān. O admirabile. ps Deus in nomine. ān Gloria tibi trinitas. ps. Quicunque. Cpm. Domine miserere. ℟. Jesu christe. Cetera que ad primā pertinent expleantur: hymnus, an̄e. psalmi, cpm, ℟. et ℣ sicut in die circun. dñi dictum est: cū hac oratione Corda nostra. Hac die nisi do. fue. non dicatur ps Te

deum. nec Gloria in excel. nec Ite missa est. quia quasi vigi. habetur. Si hec vigi. in dnica euene. hoc modo fiat servi. Ad matuti. Inuita Christus natus est. ps. Venite. y⁹. añe, et ps sicut in die circuncisio. dñi dñi: preter ix. añ. que erit Tanquam sponsus. ps. Cantate domino .ij. Ssus. Virgo verbo concepit. Et fiant ix. lectiones tres pri. sc. de ser. beati maximi epi de nativi. dñi. Lectio .j.



Ustissime fratres festiuitate presentis diei in omne se gaudium tot⁹ vbique suscitat mundus: quia promissus a seculis vniuerso orbi iudex natus est et redemptor. Et necesse est vt in cōmune nos omnes qui futuri examinis resurrectionisque promisse salutarem suscepim⁹ fidem: habeamus metum quidem de iudice, sed de redemptore letitiam. Omnis namque fidelis anima timore corrigitur: correctione letatur. Tu autem domine miserere. R. In principio. Lectio secunda.

Et in hoc charissimi quanta erga humanum genus omnipotentis patris dispēsatio est: quantaue benignitas? Vt quem iudicem preparabat incredulis: hunc credituris premitteret redemptorem, quatenus precurrens misericordia seueritatem aduenientis iudicis preueniret. Itaque nat⁹ est christus: sed in natiuitate ei⁹ nostra omniū vita habet natalem. Quia qui priuilegia prime natiuitatis amisimus: visitante nos christo sanctiore partu redimus ad vitā. R. Benedictus qui ve. Lectio .iij.

Peperit maria: sed ipsa suū parturiuit auctorem. Edidit mundo hominem: quem non suscepit ab homine. Quid est hoc miraculi fratres? Nascitur caro de carne: non tamen generata per carnem. Et secreto quidem incomprehensoque conceptu procedit de mortali femina, diuina progenies. Nec mirum sane si extitit diuina natiuitas: vbi non erat humana conceptio: aut si illā matrem nō violauit partus, quam coitus non fedauit. R. Ecce agnus dei. Tres med. lectiones de sancto thoma cū versu et R. de .j. nocturno prime diei. Lectio quarta.

Cum beati thome corp⁹ sepulture tradēdum esset: et de more pontificum indueretur, queadmodum pauci familiares nouerant: inuētum est cilicio referto inuolutum: ipsaque femoralia eius interiora vsque ad poplites cilicina vermibus plena (quod antea apud nostrates fuerat inauditum) reperta sunt.

Lectio quinta.

Ecclesia quidem que sacro ei⁹ cruore violata fuerat vel potius consecrata (quamuis cum multa deliberatione propter metum impiorum) ad protestandam iniuriam dei,

seipsam ausa est suspendere a divinis. Quod ceteri puinciales facere non audebant: nec defunctis officium denegare: propter prohibitionem impiorum hoc agentiũ ut nomen eius perpetuo deleretur Tu autem. Lectio sexta.

Dixerũt enim degeneres filii: corp⁹ proditoris inter sanctos põtifices non esse humãdum: sed proijciendum in paludem viliorem, vel suspendendum esse in patibulo. Unde sancti viri qui aderant timentes vim sibi inferri: eum in cripta (antequã satellites sathane venirent) ante altare sancti Joannis baptiste & sancti augustini anglorum apostoli in sarcophago marmoreo sepelierunt. Tres ulti. lec. de expoli. euãgelii. Defuncto herode. vt s cum hoc vsu Notũ fecit dominus. & cum his. iij. R. videlicet R. O regem. R. Congratulamini. R. Verbũ caro. In laudi. hec sola ãn. O admirabile. ps. Dñs regnauit &c. pi Capm. Apparuit benignitas. Hy⁹. A solis ort⁹ cardine. V. Benedict⁹ qui venit. ãn. Beatus venter. ps. Benedictus. Oratio. Corda nostra qs domine. Memoria de sancto thoma ãn. Opem nobis. Vsus. Ora pro nobis. Oratio Deus pro cuius. Memoria de sancto edwardo ã. Euge serue. V⁹. Justus germinabit. Oratio. Deus qui unigenitũ Nulla fiat memoria de omnibus sanctis: nec de sancta maria: neq; matutinis. de ea in choro dicantur. ¶ Ad primam ãn. O admirabile. ps. Deus in nomine tuo. ãn. Te iure. ps. Quicunq;. Cpm. Regi seculorum. R. Jesu xpe fili. cũ cãtu de die natiui. dñi: & precib⁹ &c ¶ Ad tertiam & ad alias horas omnia fiant vt s dictũ est. ¶ Ad vesperas ãña. Tecum principium. ps. Dixit dominus domino. Capitulum.

Surge illuminare hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. R m. Reges tharsis & insule munera offerent. Reges arabum & saba dona. Domino deo adducent. V⁹ Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruiẽt ei. Reges arabum. Gloria pri. Domino deo. Hymnus.

Esaie. 6 A

Hostis herodes impie, christum venire quid times? non eripit mortalia, qui regna dat celestia.

Ibant magi quam viderãt, stellam sequentes preuiam: lumen requirunt lumine, deũ fatentur munere.

Lauachra puri gurgitis, celestis agnus attigit: peccata que non detulit, nos abluendo sustulit.

Nouum genus potentie, aque rubescunt hydrie: vinuq; iussa fundere, mutauit unda originem.

Gloria tibi domine, qui apparuisti hodie: cũ patre & sancto spiritu, in sempiterna secula. Amen.

Hic ℣. dicitur in fine omniũ hymnorum eiusdem metri per totam octa. & in octa. ℣. Omnes de saba venient. ℟. Aurum & thus deferentes & laudem domino annunciantes. an. Magi videntes stellam dixerunt adinuicem: hoc signũ magni regis est: eamus & inquiramus eum: & offeramus ei munera aurũ thus & myrrham. ps. Magnificat. Oro. Corda nostra qs. vts ad mat. Ad completo. an. Lux de luce apparuisti christe: cui magi munera offerunt all'a all'a alleluia. ps Cum inuocarem. Capi. Tu in nobis. Hymn. Saluator mundi. ℣. Custodi nos. an. All'a. Omnes de saba venient all'a: aurum & thus deferentes all'a all'a. ps. Nũc dimittis. Preces &c. vts. Huc cople. non mutatur p totã oc.

¶ In die epi. ad matuti. non dr Inuitato. nec hy: sed statim post Domine labia mea aperies. & Deus in adiutorium meum intende. incipiatur aña. primi nocturni.

¶ In primo nocturno. Aña. Afferte domino filij dei: adorate dominum in aula sancta eius. Psalmus. Ipsum. aña. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro, psallite sapienter. ps Omnes gentes an. Omnis terra adoret te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo dñe. ps. Jubilate ℣. Omnes de saba. Tres prime lectiones de prophe. esaie legantur. Lectio prima.



Omnes sitientes venite ad aquas & qui non habetis argentum properate: emite et comedite. Venite, emite absqz argẽto & absqz vlla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum & non in panibus: & laborem vestrum non in saturitate? Audite audiẽtes me & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra. & cũ hac clausula terminetur. Hec dicit dominus deus: conuertimini. Non dr Qui hodierna die a ior. ℟ iij.

Esaie. 53 A

Illuminare illuminare hierusalẽ: venit lux tua. Et gloria domini super te orta est. ℣. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges i splẽdore ortus tui. Et. Lectio. ij.

1

Inclinate aurem vestram & venite ad me: audite & viuet anima vestra. Et feriam vobiscum pactum sempiternũ: misericordias dauid fidelis. Et testem populis dedi eum: ducem ac preceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas vocabis: & gẽtes que non cognouerunt te ad te current, propter dñm deum tuũ & sanctum israel qui glorificauit te. Hec dicit. ℟. Omnes de saba venient aurum & thus deferentes & laudem domino annunciantes, Alleluia alleluia alleluia. ℣. Reges tharsis et insule munera offerẽt: reges arabũ et saba dona ad-

2

dicent. Alleluia. Lectio .iij.
Surge illuminare hierusalem: quia venit lumen tuum, et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operiēt terrā: et caligo populos. Super te autem orietur domin⁹: et gloria eius in te videbitur Et ambulabunt gētes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos: et vide. Omnes isti congregati sunt: venerūt tibi. Filij tui de longe venient: et filie tue de latere surgēt Tunc videbis et afflues: et mirabitur et dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te plenitudo maris, fortitudo gentiū venerit tibi. Innundatio camelorum operiet te: dromedarij madian et effa. Omnes de saba venient: aurum et thus deferentes, et laudem dño annunciantes. Hec. ℟. Reges tharsis. vt s ad vesp

In .ij. nocturno. añ. Reges tharsis et insule munera offerent regi domino. ps. Deus iudicium. an. Omnes gentes quascunque fecisti venient, et adorabunt coram te domine. ps. Inclina domine. an. Venite adorem⁹ eum, quia ipse est dñs deus nr̄. ps. Ipsum. ℣. Reges tharsis. ℟. Reges arabum

Medie lectio. de sermone beati Leonis pape. Lectio quarta

Celebrato proximo die quo intemerata virginitas humani generis saluatorē edidit, epiphanie nobis dilectissimi veneranda festiuitas dat perseuerantiā gaudiorum: vt inter cognatarum solennitatum vicina sacramēta, exultationis vigor, et feruor fidei non tepescat. Ad omnium enim hominum spectat salutem: quod infantia mediatoris dei et hominum, iam vniuerso declarabatur mundo: cum adhuc exiguo detineretur oppidulo. ℟. Magi venerunt ab oriente hierosolymā querentes et dicētes. Vbi est qui natus est: cui⁹ stellā vidimus et venim⁹ adorare dñm. ℣sus. Cum natus esset Jesus in bethleem iude in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam dicentes. Vbi. Lectio quinta

Quamuis enim israeliticam gentem, et ipsius gentis vnam familiam delegisset, de qua naturā vniuerse humanitatis assumeret: noluit tamen intra materne habitationis angustias, ort⁹ sui latere primordia. Sed mox ab omnibus voluit agnosci: qui dignatus est pro omnib⁹ nasci. ℟m. Interrogabat magos herodes: quod signum vidistis super natū regem? Stellam magnam fulgentem: cuius splendor illuminat mundum. Et nos cognouimus et venimus adorare dominum. ℣sus. Vidimus stellam eius in oriente. Et. Lectio sexta.

Trib⁹ igitur magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit: que illustrior ceteris pulchriorque

syderibus, facile in se intuentium oculos animosqꝫ conuerteret: vt confestim aduerteretur nō esse ociosum quod tam insolitum videbatur. Dedit ergo aspiciētibus intellectum: qui prestitit signū. Et quod fecit intelligi fecit inquiri: et se inueniendum obtulit requisitus. ℟. Tria sunt munera preciosa que obtulerūt magi domino in die ista: et habent in se diuina mysteria. In auro ostenditur potentia: in thure sacerdotem magnum considera. Et in myrrha dominicam sepulturam. ℣. Salutis nostre auctorem magi venerati sunt in cunabulis: et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. In auro. Gloria patri et filio. Et in myrrha do.

6

¶ In tertio nocturno ā. Fluminis impetus letificat alla: ciuitatem dei alla. ps. Deus noster refugium. ān. Adorate dominum alla: in aula sancta eius alleluia. ps. Cātate. j. ā. Adorate deum alla: omnes angeli eius alleluia. p̄. Dominus regnauit exultet. ℣sus. Omnes gentes quascunqꝫ fecisti. ℣m. Venient et adorabunt coram te domine.

¶ Secundum Mattheum.

Cap. 2 A

CUm natus esset Jesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorū? Et reliqua. Homelia beati gregorij pape. Lectio septima.

Sicut ex lectione euangelica fratres audistis, celi rege nato rex terre turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo celestis aperitur. Sed querēdū nobis est quidnā sit ꝙ redēptore nato: pastorib⁹ in iudea angel⁹ apparuit: atqꝫ adorādū hunc ab oriente magos non angel⁹ sed stella perduxit. Quia videlicet iudeis tanꝙ ratione vtētibus rationale animal (id est angelus) predicare debuit. Tu autem domine miserere nostri.

℣m. Hodie in iordane baptizato domino aperti sunt celi: et sicut columba super eū spiritus mansit, et vox patris intonuit. Hic est fili⁹ meus dilect⁹: in quo mihi complacui. ℣. Celi aperti sunt super eū, et vox patris audita est. Hic est filius me⁹. Lectio octaua.

7

GEntiles vero quia vti ratione nesciebant: ad cognoscendum deum non per vocem, sed per signa perducuntur. Quia et illis prophetie tanꝙ fidelibus non infidelibus: et istis signa tanꝙ infidelibus non fidelibus data sunt. Et notandum ꝙ redemptorem nostrum cum iam perfecte esset etatis: eisdem gētibus apostoli predicant, eūqꝫ paruulum et necdum per humani corporis officium loquentē stella gentibus denūciat. Quia nimirum rationis ordo poscebat: vt loquētē iam

dominū loquētes nobis pre=
dicatores innotescerent: et
necdum loquentem elementa
8 muta predicarent. R̷. m. Dies
sanctificat⁹ illuxit nobis: ve=
nite gentes et adorate domi=
nū: quia hc die apparuit Lux
magna in terris. V̷. Pater e=
nim auditur in voce, fili⁹ ma
nifestatur in homine, spiritus=
sanctus dinoscitur in colūbe
specie. Lux ma. Lectio nona.

Et in omnibus signis
que vel nascente domi=
no vel moriētē mōstrata sunt:
considerandum nobis est q̄ta
fuerit in quorundam iudeo=
rum corde duritia: que hunc
nec per prophetie donum nec
per miracula agnouit. Om=
nia quippe elementa aucto=
rem suū venisse testata sunt.
Ut enim quiddam de eis usu
humano loquar: deum hunc
esse celi cognouerunt: quia
protinus stellam miserunt.
Mare cognouit quia sub pedi
bus ei⁹ se calcabile prebuit.
Terra cognouit: quia eo mo
riente cōtremuit. Sol cogno
uit: quia lucis sue radios ab=
scondit. Saxa et parietes co
gnouerunt: quia tēpore mor=
tis eius scissa sunt. Infernus
agnouit: quia hos quos tene
9 bat mortuos reddidit. R̷. In
colūbe specie spiritussanctus
visus est. Paterna vox audi=
ta est. Hic est filius meus di
lectus in quo mihi bene com
placui. Ipsum audite. V̷ius.
Vox domini super aquas de⁹
maiestatis intonuit: domin⁹
super aquas multas. Pater=
na vox. Gloria patri. Ipsum.
Dum istud vltimum R̷. cum
suo V̷. et cū Gloria patri. cani
tur: procedat diaconus cum
subdiaco. et thur. et cerofe. et
accoli. crucem ferenti: omnib⁹
in solenni apparatu indutis
ad thuri. altare et accepta be=
nedictione ab executore offi=
cij ad cantandum euang. hoc
modo incipiatur Domin⁹ vo=
biscum. Et cum spiritu tuo.
Sequentia sancti euange=
lij secundum Lucam. Glo=
ria tibi domine.

Factum est autem cum
baptizaretur omnis po
pulus: et Jesu baptizato et o=
rante, apertum est celum. Et
descendit spiritussanctus cor=
porali specie sicut colūba in
ipsū. Et vox de celo facta est:
dicens. Tu es filius me⁹ di=
lectus in te complacuit mihi.
Et ipse Jesus erat incipiens
quasi annorum triginta (vt
putabatur) fili⁹ Joseph. Qui
fuit heli. Qui fuit matath.
Qui fuit leui. Qui fuit mel=
chi. Qui fuit ianne. Qui fuit
Joseph. Qui fuit matathie.
Qui fuit amos. Qui fuit naū
Qui fuit hesli. Qui fuit nag=
ge. Qui fuit maath. Qui fuit
matathie. Qui fuit semei, qui
fuit Joseph. Qui fuit Juda.
Qui fuit ioanna. Qui fuit re
sa. Qui fuit zorobabel. Qui
fuit salathiel. Qui fuit neri,
qui fuit melchi, qui fuit addi
Qui fuit chosam. Qui fuit hel
madā. Qui fuit her. Qui fuit

Cap. 3

Jesu. Qui fuit elieser. Qui fuit iorim. Qui fuit matath. Qui fuit leui. Qui fuit simeō Qui fuit inda. Qui fuit Joseph. Qui fuit iona. Qui fuit heliachim. Qui fuit melcha. Qui fuit mēna. Qui fuit matatha. Qui fuit nathan. Qui fuit dauid. Qui fuit iesse, qui fuit obeth. Qui fuit booz, qui fuit salmon. Qui fuit naason Qui fuit aminadab. Qui fuit aram. Qui fuit escon, qui fuit phares, qui fuit iude, qui fuit iacob, qui fuit isaac, qui fuit abrahe, qui fuit thare, q̄ fuit nachor, qui fuit saruch. Qui fuit ragau, qui fuit phalech. qui fuit heber, qui fuit sale: qui fuit cainam, qui fuit arphaxat, qui fuit sem, qui fuit noe, qui fuit lamech, qui fuit mathusale, qui fuit enoch, q̄ fuit iareth, qui fuit malalehel, qui fuit cainam, qui fuit enos, qui fuit seth, qui fuit adam, qui fuit dei. Jesus autē plenus spiritu sancto: regressus est a iordane. Finito euāgelio, statim icipiat sacerdos in stallo suo in cappa serica alta voce ῡm Te deum laudamus. Dum canitur psalm⁹ sacerdos thurificet altare. ℣⁹ Omnes de saba venient.

¶ In laudibus. Antiphona.

1 Ante luciferum genitus et ante secula dominus saluator noster: hodie mundo apparuit. ps. Dominus regnauit.

2 an. Venit lumen tuum hierusalem, et gloria domini super te orta est: et ambulabūt gētes in lumine tuo alleluia. ps. Jubilate deo omnis terra

3 a. Apertis thesauris suis obtulerunt magi domino, aurū, thus, et myrrham alleluia. ps. Deus deus meus.

4 an. Maria et flumina benedicite domino: hymnum dicite fontes domino alleluia. ps. Benedicite ōia

5 an. Tria sunt munera que obtulerunt magi domino: aurum thus, et myrrha filio dei regi magno alleluia. ps. Laudate dominum de celis. Cpm Surge illuminare. Hymn⁹.

A Patre vnigenitus, ad nos venit per virginē: baptisma consecrans, cūctos fideles generans.

De celo celsus prodiit, accepit formam hominis: facturā morte redimens, gaudia vite largiens.

Hoc te redemptor quesum⁹, illabere propitius, clarumq; nostris sensibus, lumē prebe fidelibus.

Mane nobiscum domine, noctem obscuram remoue, omne delictum ablue, piam medelam tribue.

Quē iam venisse nouimus, redire item credimus: tu sceptrum tuū inclytum, tuo defende clypeo.

Gloria tibi domine qui apparuisti. ℣ Vox domini super aquas. ℟ Deus maiestatis intonuit domin⁹ super aquas multas. an. Hodie celesti spōso iuncta est ecclesia: quoniā in iordane lauit christus ei⁹ crimina: currunt cum mune-

ribus magi ad regales nuptias, et ex aqua vino facto letantur conuiue alleluia. ps. Benedictus domin9. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: cōcede propitius vt qui iam te ex fide cognouimus, vsq ad contemplandam speciem tue celsitudinis pducamur. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuū: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per.

¶ Ad primam an. Ante luciferum genitus. ps. Deus in nomine tuo. an. Gratias ago. ps. Quicunq vult. ℞ Iesu christe. cum alleluia. ℣ Qui hodie mundo apparuisti. Hic etiam ℣sus dicitur quotidie per octauas et in octaua.

¶ Ad tertiam an. Venit lumen. ps. Legem pone. Cpm Surge illuminare. ℞ Omnes de saba venient. Alla alleluia. ℣ Aurum et thus deferentes et laudem dn̄o annunciantes. Alla alla. ℣ Reges tharsis. ℞ In alla. Orō De9 qui ho.

¶ Ad sextam an. Apertis thesauris. ps. Defecit. Capitulū.

Esaie 60 A

Super te hierusalē orietur dn̄s et gloria eius in te videbitur: et ambulabūt gētes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. ℞ Reges tharsis et insule munera offerent Alleluia alla. ℣ Reges arabum et saba dona adducent. Alleluia alleluia. ℣ Adorate dominum. ℞ In aula sancta eius. sine alleluia. Oratio vt supra.

¶ Ad nonam an. Tria sunt. ps. Mirabilia. Capitulum.

Esaie 60 B

Omnes de saba venient: aurum et thus deferentes, et laudem domino annunciātes. ℞ Adorate dn̄m Alla alla. ℣ In aula sancta eius. Alla alla. ℣ Adorate dominū. ℞ In Omnes angeli eius. sine Alleluia. Oratio vt supra.

¶ Ad vesperas an. Tecum principium. ps. Dixit dn̄s. Cpm. Surge illuminare. ℞ Tria sunt. Hy9 Hostis herodes. ℣ Omnes de saba. An. Ab oriente venerunt magi in bethleem adorare dominum: et apertis thesauris suis preciosa munera obtulerunt: aurum sicut regi magno, thus sicut deo vero, myrrhā sepulture eius alleluia. ps Magt. Oratio. Deus qui hodierna. Quotidie per octa. vr ad matut. inuitato Christus apparuit nobis. Venite adorem9. ps. Venite. Hy9 Hostis herodes. an. Afferte. ps ipsum. Cetere an̄e cum suis p̄is sicut in prima die dn̄r preter vj. an. que erit Homo natus. psalm. Fundamenta eius in monti.

¶ Secunda die ℣ Omnes de saba. Lect. de sermone beati Leonis pape. Lectio prima.

Gaudete in dn̄o dilectissimi, iterum dico gaudete: quoniam breui interuallo temporis post solennitatē natiuitatis christi festiuitas declarationis ei9 illuxit, et quā

in illo die virgo peperit, in hoc mundus agnouit. Verbū enim caro factū ita susceptionis nostre tēperauit exordia: vt iesus natus & credentibus manifestus, & persequentib⁹ esset occultus. ℞m. Illuminare. Lectio secunda.

Iam tunc ergo celi enarrauerunt gloriam dei: & in omnem terram sonus veritatis exiuit: quando ex pastoribus angelorum exercitus saluatoris edicti annunciator apparuit: & magos ad eum adorandum stella preuia perduxit. Vt a solis ortu vsq ad occasum veri regis generatio coruscaret: cum rerum fidem et regna orientis per magos discerent: & romanum imperium non lateret. ℞m. Omnes de saba venient. Lectio tertia.

Nam seuitia herodis volēs primordia suspecti sibi regis extinguere: huic dispensationi nesciens seruiebat. Vt dū attroci intētus facinori ignotum sibi puerū indiscreta infantium cede persequeretur: annunciatum celitus dominatoris ortum insignior vbiq fama loqueretur. Quā promptiorem ad narrandum diligentioremq faciebat: & superne significationis nouitas, et cruentissimi persecutoris impietas. ℞m. Reges tharsis. Quotidie per octa. & in octa. dr ps. Te deum. & semper ante lau. dr iste ℣. Omnes de saba venient. nisi quando dicitur ante lec. tūc enim dicetur ℣. Reges tharsis. In lau. hec sola ān. Ante luciferum. ps. Dñs regnauit. ꝑm hy⁹. & ℣. sicut in prima die. He sequentes āñe dñr per octa. super ps Benedictus. & Magt. & non alie cum frequenti repetitione nisi in dñica ā Stella ista sicut flamma coruscat: & regē regum deum demonstrat: magi eam viderunt & christo regi munera obtulerunt ān Videntes stellam magi gauisi sunt gaudio magno: & intrantes domum obtulerunt domino aurum thus & myrrham. ān. Vox de celis sonuit & vox patris audita est: hic est fili⁹ me⁹ in quo mihi complacuit: ipsum audite. ān. Admoniti magi in somnis ab angelo: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. & semper dicitur hec oratio. Deus qui hodierna die. Nunq autē per totu annū pretermittetur hec dictio hodierna die. de orationibus per totas octa. Tamen quandocunq dicuntur tales commemorationes extra octauam pretermittatur omnino.

¶ In do. infra octa. & in ipsis octa. dñr āñe super ps Benedictus. & Magnificat. sicut in prima die, & semper cum hac Oro. Deus qui hodierna die. Nulla fiat meo. de omnibus sanctis ad ves. nec ad matuti. de die per octa. quia chorus regitur. Mēo. de sancta maria fiat quotidie infra oct. ad ves. cum hac ān. Quando natus. & ad matuti. cum hac an Ec-

ce maria. cum vsu et oratione vts dictum est. Si festum alicuius sancti.iij.lec. infra oct. eue.nihil fiat de festo nisi tantum memo. ad vesperas et ad matutiñ.de die, et ad missam.
¶ Ad primam añ. Ante luciferum. ps. Deus in nomine. Aña. Te iure. ps. Quicunque.
¶ Ad tertiam et ad alias horas añe, cpm. R. et V. sicut in prima die dñi: cum oratione Deus qui hodierna. Ad vesperas añ. Tecum principiũ. ps. Dixit dñs. Capĩm. Surge illuminare. Hy. Hostis Herodes. Vsus. Omnes de saba.

7 Super psal. Magñt. dr vna de supradictis añis per ordinem Oratio. Deus qui hodierna. Ad has vespeẽ. fiat memo. de mar. luciano sociisque eius añ. Gaudent in celis. vers. Letamini. Oratio de communi plurimorum mar. non ponti. Deinde fiat mẽo. de s.maria.
¶ Tertia die. versus. Reges tharsis. Lectio de sermo. beati maximini episcopi. Lectõ.j.


Vdistis fratres charissimi lectionem euangelij salutaria presentis diei sacramẽta recitantem. Audistis qualiter christus dominus qui in hunc mundum latenter aduenit: paulatim dignatus est suam mortalibus aperire maiestatem: quoniam charissimi latere inter obscura seculi lumen celeste non patiebatur. R. Magi veniũt. Lc.ij.

1 Denique cũ visitationem suã necdum terra cognosceret: celum sua gaudia ac totius mundi letitiam chaldeis stupentibus tacito in sydere loquebatur. Et cum quis christus esset necdum infidelis posset videre iudea: iam tunc gloriam eius indiciis excitata celestibus gentilitas sentiebat. R. Interroga. Lectio tertia.

2 Noua enim stella nouũ aduentasse hominem reuelabat Et ita reuera nouum: vt cum dei esset filius, indueret carnem sine generatione carnali et haberet secundum hominẽ tempus nascendi, qui secundum deum natiuitatis initiũ non habebat. Tu autem. R. Stella quam viderant magi in oriente antecedebat eos donec venirent ad locũ vbi puer erat. Videntes autem stellam Gauisi sunt gaudio magno. Ver. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius, et procidentes adorauerunt eum. Videntes. Gloria patri. Gauisi. cetera vts dictum est. Memoria de marty. añ. Istorum est. Vers. Mirabilis. Oratio de cõmuni

3 ¶ Quarta die vers. Omnes gentes quascunque fecisti.
¶ Lectiones de sermone beate maximi epi. Lectio prima


It prophetarum. precipuus esaias sicut audistis fratres charissimi. Illuminare illuminare Hierusa-

lem: adest enim lumen tuum, et maiestas domini in te orta est. Hierusalem vero manifestum est esse fidelium ciuitatē. Unde nos fratres qui portas celestis hierusalem cepimus introire illuminati salutarib⁹ sacramentis: in conspectu domini nostri nouo gaudio necesse est vt exultemus: quia noua hodie stella nouū mundo hominem reuelauit. Tamen si dies dominic⁹ infra octa. non euene. tunc quarta die infra octa. legatur expositio euangelii de dominica infra octa. Vidit ioannes. ℟. Hodie in ior. Lectio. ii.

1

Hoc profecto die iesus christus a patre veniens, deus et homo factus ex virgine: sub specie adorantium chaldeorū fidem gentiū dedicauit. Qui quamuis diuinitatē suam nostri corporis obūbratione velaret: deum tamen illum esse celū prodidit, & terra cognouit. Humilis quidem, sed mirabilis venit: vt pariter in eo et assumpte carnis veritas, & ineffabilis deitatis natura fulgeret. ℟. Dies sanctificat⁹ illuxit nobis. vtš. Lectio. iii.

2

Quanquā nascentem illum cunabula terrena susceperint non tamen esse terrenum celeste signaculum testabatur. In cunis namq̧ iacebat: sed radiabat in celo. Vagiebat apud iudeos: apud gentiles regnabat. In bethleem lactabatur a matre: in chaldea adorabatur a magis. Ait autē beatissimus euāgelista matheus. Ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam: dicētes: vbi est qui natus est rex iudeoru m. ℟. Videntes stellam magi gauisi sunt gaudio magno: et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius, et procidētes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis. Obtulerūt ei munera: aurum, thus, & myrrham. ℣. Stella quam viderant in oriente antecedebat eos vsq̧ dum veniens staret supra vbi erat puer. Et apertis. Gloria. Obtulerunt ei.

3

¶ Quinta. vi. & vii. die idem ordo seruetur de vsi. & ℟. qui in precedenti. diebus. Quinta die lect. de sermone beati maximi epi. Lectio prima.



Salutare est nobis fratres charissimi atq̧ cōueniens: vt concurrētes ad festa dominica et mysteria saluatoris nostri de cuius natiuitate gauisi sum⁹, eius manifestatiōe letemur. Quia sicut nascendo gloriosus est dei filius: ita apparendo mirabilis. Lectio secunda.

Mirum namq̧ est quod christus processit ex virgine: nec min⁹ magnificū quod ostēsus est e celo. Mirū valde quod nouum hominem terra suscepit: stupendum est nihilominus quod nouum hunc hominē noua de celo stella prodidit. Lectio tertia.

Apud iudeam christus in presepio pastoribus vagiebat: et in chaldea magorum oculis inter sydera corruscabat. Apud iudeos sordebat in pannis: apud gentiles fulgebat in gloria.

¶ Sexta die lectio de ser. beati maximi. Lectio prima.



Licet fratres dilectissimi de solennitate huius diei veterũ diuersa sit traditio: vna tamen sancte deuotionis est fides. Lectio secunda.

Et quamquam nonnulli hodie dominum nostrũ iesum christum stella duce venientibus ab oriente magis estimẽt adoratum, alij autem asserant eum aquas in vinum mutasse, quidam vero baptizatum illum a ioanne confirment: in omnibus tamen filius dei creditur, in omnibus est nostra festiuitas. Lectio tercia.

Nam quod magis vtique gentilibus et adorare dominum iesum christum et munera offerre cõceditur: gentilium est prefigurata vocatio. Quod aque ad nuptias transformãtur in vinum: religionis nostre designatur arcanum. Quod vero fluẽtis iordanis aquis baptizatur christus: nostri baptismatis aque consecrantur.

¶ Si dies dominica infra octa. euenerit fiãt nouẽ lectiones de epipha. et cãtentur ℟. et ℣. de noc. suo ordine sicut in die epiphanie cum inuita. Christus apparuit. Hymnus. Hostis herodes impie: christũ venire quid times. Antiphone et psalmi sicut infra octa. dicuntur. Ad vtrasque vesperas omnia fiãt sicut in prima die preter ℟. quod non dicetur: cum oratione. Deus qui hodierna die vnigenitũ tuum gentibus stella duce.

¶ Ad matutinas lectiones de sermone beati leonis pape. Lectio prima.



Quamuis sciã dilectissimi quod sanctitatem vestrã hodierne festiuitatis causa non lateat: eamque secundum consuetudinem euãgelicus sermo nobis reuelauit: tamen vt nostri nihil desit officij, loqui de eadẽ quod dominus donauerit audebo. Ut in communi gaudio tanto religiosior sit omnium pietas: quanto magis fuerit intellecta solennitas. Lectio .ij.

Prouidentia misericordie dei dispositum habens pereũti mundo in nouissimis temporibus subuenire: saluationem omnium gentium prefiniuit in Christo. Ut quia et cunctas nationes a veri dei cultu impius error dudum auerterat, et ipse peculiaris dei populus israel ab institutis legalibus pene totus exciderat: conclusis omnibus sub peccato omnium miserere-

tur. Lectio tertia.

Deficiente enim vbique iustitia, ac toto mundo in vana et maligna prolapso: nisi iudicium suum potestas diuina differret, vniuersitas hominū sententiam damnationis excipere. Sed in indulgētiam ira translata est. Et vt clarior fieret exercēde gratie magnitudo tunc placuit abolendis peccatis hominum sacramenta remissionis afferri, quādo nemo poterat de suis meritis gloriari. Lectio quarta.

Huius autem dilectissimi ineffabilis misericordie manifestatio facta est herode apud iudeos tenente ius regium: vbi legitima successione cessante et pontificum potestate destructa: alienigena obtinuerat principatum. Vt veri regis ortus illius prophetie probaretur voce que dixerat. Nō deficiet princeps ex iuda, neque dux de femoribus eius: donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentiū. Lectio quinta.

De quibus quondam beatissimo patriarche abrahe innumerabilis fuerat promissa successio: non carnis semine, sed fidei fecunditate generanda. Et ideo stellarum multitudini cōparata est: vt ab omnium gentium patre non terrena sed celestis progenies speraretur. Lectio sexta.

Ad querendam ergo promissam posteritatem heredes in syderibus designati, ortu noui syderis excitantur: vt in quo celi adhibitum fuerat testimonium, celi famularetur obsequium. Commouit magos habitatores orientis stellis ceteris stella fulgentior: & de mirandi luminis claritate, viri ad hec spectanda non inscij, magnitudinem significationis intelligunt.

¶ Euangelium secundum Joannem. Cap. I

In illo tempore. Vidit ioannes iesum venientem ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio septima.

Ioānes baptista & precursor domini saluatoris quem diu venturum populis verbo predicauerat: ipsum iam venientem ad se (sicut ex lectione sancti euāgelij fratres cū modo legeretur audistis) mox digito demonstrauit dicens. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Ecce agnus dei: ecce innocēs & ab omni peccato immunis. Vt porro os quidem de ossibus adam. et caro de carne adam: sed nullam de carne peccatrice traxit maculam culpe.

Lectio octaua.

Ecce qui tollit peccata mūdi: ecce qui iustus inter peccatores, mitis inter impios: hoc est quasi agnus inter lupos apparens: qui etiam peccatores & impios iustificandi habet potestatem. Quomodo

autem peccata mundi tollat, quo ordine iustificet impios: apostol⁹ petrus ostendit, qui ait. Non corruptibili argento vel auro redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis: sed precioso sanguine agni incontaminati et immaculati iesu christi. Et in apocalypsi ioannes apostolus cuius est hoc euangelium. Qui dilexit nos (inquit) et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Tu autem domine. Lectio nona.

Non solũ autem lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo quãdo sanguinem suũ dedit in cruce pro nobis: vel quando vnusquisqꝫ nostrum mysterio sacrosancte passionis illi⁹ baptismo aque ablutus est: verumetiam quotidie in sanguine suo cum eiusdem beate passionis ad altare memoria replicatur: cum panis et vini creatura in sacramentum carnis & sanguinis eius ineffabilis spiritus sanctificatione trãsfertur. Sicqꝫ corpus & sanguis illius non infidelium manibus ad perniciem ipsorum funditur & occiditur: sed fidelium ore suã sumitur in salutem. Ad lau. hec sola ãn. Ante luciferum. Ad vtrasqꝫ vespe. & ad matu. ãn. super ps. Benedictus. et Magnificat. sicut in die epiphanie similiter & oratio. Si dies dñica infra oct. non euenerit in. iiij. feria infra octa. legatur hoc predictum euãg. scꝫ. Vidit ioannes. Ad primã & ad omnes alias horas omnia fiant sicut infra octa. Sequentibus vero diebus tunc post do. infra octa. seruetur ordo predictorum versiculorũ, r. & Rxiorum sed non ordo dictorum: ita tamen quod in die lune semper reincipiatur hist. ¶ In octa. epiph. ad vesp. ã. Tecum principiũ. ps. Dixit dominus. & cetere añe. Cpm.

Domine deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res: consilium tuum antiquum verum fiat. Esaie. 25 A

Rx. In columbe. hy⁹. Hostis herodes. V⁹. Omnes de saba. ãn. Baptizat miles regem, seruus dominum suum, ioannes saluatorem, aqua iordanis obstupuit, columba protestabatur, paterna vox audita est hic est filius meus. ps. Magnificat. Oratio.

Deus cuius vnigenit⁹ in substãtia nostre carnis apparuit: presta quesumus vt per eum quem similẽ nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum. Memo. de sancto hilario episcopo & confesso. aña. Confessor domini. Vsus. Amauit eum dominus. Oratio.

Adesto domine supplicationib⁹ nostris: et intercessione beati hilarij confessoris tui atqꝫ pontificis cuius depositionem celebram⁹, perpetuã nobis misericordiã benignus impẽde. Per xpm.

Memoria de sancta maria. Ad matuti. Inuitato. **Christ⁹ apparuit.** Hy⁹ ane et ps sicut infra octa. tamen cantus super hym dicitur sicut in die ep⁹ et R. in j. et iij. noctur. sicut i die oir. ix. lec. stant. Lectō prima.



Estiuitatis nostre vt probabiliter celebritatē colamus: rationem noscere debemus. Epiphania quam hodie greco nomine appellatam obseruamus: ostensionem vel apparitionē nostro sermone significat. L. ij

Ideo autem ostēsionis vel apparitiōis hic dict⁹ est dies: qr hac die manifestis signis christus deus noster semetipsum ostenderit. Hodie enim vel a magis stellam illam sequentibus dn̄m nostrum christum adoratum esse constat: vel aquas illas in galilea a domino in vinum esse conuersas. Lectio tertia.

Proxime ergo celebrauim⁹ diem quo natus est dn̄s: hodiernum vero colim⁹ quo est manifestatus. Manifestauit itaqz se iesus: cum mirifico opere et inaudito aquas cōuertit in vinum. Sicut enim diuini operis est naturam condere: ita est et cōmutare. Itaqz eiusdem rei cui⁹ creator erat, et etiam recreator effectus est: qr facile ex alio in aliud trāsferre opus suum potuit: qui hoc ipsum poterat ex nichilo proferre. Medie &c. de sancto Hilario epo stāt cum R. et R de primo noctur. cōmunis historie vnius confessoris et pontificis. Lectio quarta.

Domin⁹ autem dirigat corda et corpora nostra in charitate dei et patientia christi. (2. thessaloni. 3) Hoc cpm dr in omnibus do. et in fer. vsq ad lxx. et a Deus omnium. vsq ad aduen. dñi: ad ves. quando de tẽporali agitur. Dicetur etiam in fe. infra. lxx. vsq ad lx. ad ves. quando de fe. agitur hy⁹ Lucis creator. Require in psal. Hic hy⁹ dicitur ad ves. omnibus do. vsq ad xl. Dicetur etiam a Deus omnium vsq ad aduen. dñi: tam in fe. q in do. quando de temporali agitur ℣ Dirigatur domine. Iste ℣. dr ad ves. omnib⁹ dñicis diebus: et in fe. vsq ad xl. et a Deus omniũ. vsq ad aduen. dñi: quando de temporali agitur ãn. Puer iesus proficiebat etate et sapientia corã

deo et hominibus. ps. Magnificat. Oratio. Vota quesum⁹.

¶ Feria secunda. Inuitato. Venite exultemus domino. ps. Jubilemus deo. Hymn⁹. Somno refectis artu. Ad noctur. an. Dominus defensor. ps. Dominus illuminatio. et alie ane cum suis psis sicut in psalte. notatum est. ℣. Domine in celo misericordia tua. ℟m. Et veritas tua vsqꝫ ad nubes. Lectio prima.



ET mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentum. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immūditiā: vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. ℟m.

1 Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. Quā abscondisti timentibus te. ℣sus Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Quam. Lectio scda.

Qui commutauerunt veritatem dei in mendacium: et coluerunt et seruierunt creature potius ꝙ creatori qui est benedict⁹ in secula. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam et femine eorū immutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam. ℟m.

2 Benedicam dominum in omnī tpe. Semper laus eius in ore meo. ℣sus. In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur. Semper laus eius. Lectio tertia.

Similiter autem et masculi (relicto naturali vsu femine) exarserunt in desideriis suis, inuicem masculi in masculos turpitudinē operantes: et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipiētes.

3 ℟ Delectare in domino. Et dabit tibi petitiones cordis tui. ℣. Spera in deo et fac bonitatem: et inhabita terram et pasceris in diuitiis eius. Et Gloria patri. Et. ℣ Fiat misericordia tua dne super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. Iste ℣. dr ante laudes in omnibus fer. a Domine ne in ira. vsque ad xl. et a Deus omniū. vsqꝫ ad aduen. dni: quando de fer. agitur. In lau. an Miserere. ps. Ipsum et alie ane cum suis psis vt in psalte. notatum est. Capm.

Vigilate et orate, state in fide viriliter agite et cōfortamini: et omnia opera vestra in charitate fiāt. Hoc cp. dr in omnib⁹ fer. ad lau. vsqꝫ ad caput ieiunij: et a De⁹ oim vsqꝫ ad aduen. do. qn de fer. agitur. Hy⁹ Splendor paterne glorie. vt in psalt. notatur ℣. In matutinis dne meditabor in te. ℟ Quia fuisti adiutor meus. Iste ℣. dr in omnibus fer. ad lau. vsqꝫ ad xl. et a Deus oim. vsqꝫ ad aduē. dni qn de fer. agitur an. Benedictus dns de⁹ israel. ps. Ipsum

Cor. j 16 C

kyrie el. Preces vt in psalte. notatum est post Domin⁹ il- luminatio. Oratio. Vota q̄s. Quotidie fiant mēo. de sancta maria & de festo loci: & de om nibus sanctis in fe. & i fes. iii. &c. vsq3 ad caput ieiunij tam ad ves. q̄ ad matu. De sancta maria fiat mēo. supradicto mo do vsq3 ad purifi. Post purifi. vero vsq3 ad caput ieiunij in profestis diebus ad matu. me mo. de sancta maria ān. Bea- ta mater. ℣sus. Post partum. Oratio. Famulorum tuorum vel oratio. Omnipotens sem- piterne deus. Non d̄r oratio Concede quesumus. ad mēo. de sancta maria: nisi ad ꝓfes. tantum. Memoria de omnib⁹ sanctis ān Exultabunt san- cti. ℣ Mirabilis de⁹. Oratio. Infirmitatem no. Alia oratio Oim sctōrum. Alia orō Vide dn̄e. Orō. Tribue q̄s domine ¶ Ad priman ān. Deus exau di orationem meam: auribus percipe verba oris mei. ps. Deus in nomine. Cetera om- nia que ad .j. pertinent vt in ij. fe. aduen. dn̄i supradictum est expleantur: ita tamē q̄ ℟ Jesu christe. d̄r vsq3 ad puri- fica. cum ℣ Qui de virgine. ¶ Ad tertiam a. Veniant mi- hi. ps Legem pone. Capm. Sana me dn̄e. ℟ Sana dn̄e. ℣l⁹. Adiutor. Require omnia ista in psalt. post Legē pone. ¶ Ad sextam ā. Nō cōfun. ps Defecit. Cpm. Omnia ꝓbate ℟ Benedicam dn̄m. ℣. Dn̄s regit me. require ista post p̄m Defecit. ¶ Ad nonam ā. Iux- ta eloquium. ps. Mirabilia. Cp. Alter al. ℟. Redime me. ℣ Ab occultis. Require om- nia ista in psal. post p̄. Mira- bilia. Iste hore predicte dn̄i supradicto modo in omnibus fer. vsq3 ad xl. & a Deus om- nium. vsq3 ad aduentum do- mini quando de fer. agitur. ¶ Ad vesperas ā. Inclinauit ps Dilexi. Cp. Dominus au tem dirigat. Hy⁹. Immense celi. ℣ Dirigatur. ān. Magni ficet p̄. Magnificat. Require omnia ista in psalt. cum suis ān̄is, & p̄is sicut ibidem nota tum est. Preces & or̄ones vt̄s Memo. de sancta maria vt̄s vs q3 ad puri. Post puri. ā Sct̄a maria. ℣. Sācta dei genitrix. Vel alia a. Sancta dei geni- trix. ℣⁹ Post partū. Vel alia ān In prole. ℣. Sancta dei ge nitrix. Or̄o. Famulorum tuo rum. vel oratio Omnipotens sempiterne de⁹. or̄s ad matu. Mēo. de omnibus sanctis ān. Sancti dei. vel ān. Sanctorū precibus. vel ān. Oēs electi. vel ān. O q̄. ℣sus. Letamini Or̄o. Infirmitatē no. vel alie orationes vt̄s ad mat. quere in ij. fer. post histo. Deus oim Isti duo ℣⁹. qui dicuntur ad memo. de omnibus sanctis vi delicet ad matu. & ad ves. non variātur: nisi qn̄ ℣ Letamini ad primas ves. de die dicitur: tūc ad mēo. de omnib⁹ sanctis dicetur ℣. Exultent iusti. Si militer ad mat. qn̄ ℣ Mirabi lis deus. in laud. d̄r tunc ad

memo de omnibus sanctis di
citur ℣. Iustorum anime. quod
per totum annum fit. nisi in
aduen. dñi: et pas. tempore et c.
¶ Feria tertia Inuitatorium
Iubilemus. ps. Venite exul=
temus. Hy⁹ Consors paterni
luminis. Super noctur. aña.
Ut non delinquam. ps. Dixi
custodiam. et cetere aÑe cum
suis psis, sicut in psalt. ibidē
notatum est. ℣⁹. Immola deo
sacrificium laudis. ℟. Et red
de altissimo vota tua. Lcō. j.



Et sicut non pro=
bauerunt deū ha
bere i notitiam,
tradidit eos de⁹
in reprobum sen
sum: vt faciāt ea
que non conueniunt. Reple=
tos omni iniquitate, malitia,
fornicatione, dolo, malignita=
te. Susurratores, detractores
deo odibiles, contumeliosos,
superbos, elatos, inuentores
malorum, parentibus nō obe
dientes, insipientes, incom=
positos, sine affectione, absqꝫ
federe, sine misericordia. ℟m
Auribus percipe domine la=
chrymas meas, ne sileas a
me remitte mihi. Quoniā in=
cola ego sum apud te et pere=
grinus. ℣⁹. Dixi custodiam
vias meas vt nō delinquam
in lingua mea. Quo. Lcō. ij
Scimus quoniam iudicium
dei est secundum veritatem:
in eos qui talia agunt. Exi=
stimas autem hoc o homo om
nis qui iudicas eos qui talia
agunt et facis ea: quia tu effu
gies iudiciū dei? An diuitias
bonitatis eius et patientie et
longanimitatis contemnis?
Ignoras quoniam benigni=
tas dei ad penitentiam te ad
ducit? ℟. Statuit domin⁹ su=
pra petram pedes meos: et di
rexit gressus meos de⁹ meus
Et immisit in os meum canti
cum nouum. ℣. Expectans ex
pectaui dominū et respexit me
Et immisit. Lectio tertia.
Secundum duritiam autem
tuam et impenitens cor, the=
saurizas tibi iram in die ire
et reuelationis iusti iudicij
dei: qui reddet vnicuiqꝫ secū=
dum opera eius. His quidem
qui secundum patientiam bo
ni operis, gloriam et honorē
et incorruptionē querentibus
vitam eternam. ℟. Ego dixi
domine miserere mei. Sana
animam meam quia peccaui
tibi. ℣⁹ Dñe ne in ira tua ar=
guas me: neqꝫ in furore tuo
corripias me. Sana. Gloria.
Sana. ℣⁹. Fiat misericordia
tua. In laudibus ān. Secun=
dum magnam. et alie aÑe. cum
suis psis vt in psalte. ibidem
nota. est. Cpm Vigilate. Hy⁹
Ales diei nuncius. ℣. In ma=
tutinis. ān. Erexit dominus.
ps. Benedictus. vt in psalte.
ibidem nota. est. Ad vespe. ān.
In domum domini. ps. Leta=
tus. Cetere aÑe cum suis psis
vt in psalte. nota. est. Capm.
Dominus autem dixi. Hy⁹.
Telluris ingens conditor. ℣.
Dirigatur domine. an. Exul=
tauit spiritus. ps Magnifi=

cat. vt in psalte. nota. est.
¶ Feria quarta. Inuitatorium In manu tua. ps Venite. hy. Rerum creator. Super noct. an Auertet dns. ps Dixit insipiens. Alie ane cum suis psalmis sicut in psalt. ibidem nota. est
℣ Deus vitam meam annunciaui tibi. ℟. Posuisti la. lc. i



HIs autem qui ex contentione sunt et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati: ira et indignatio. Angustia in omnem animam hominis operantis malum: iudei primum et greci. ℟. Ne perdideris me domine cum iniquitatibus meis: Neque in finem iratus reserues mala mea. ℣. Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea Neque in finem. Lectio scda.

Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum: iudeo primum et greco. Non est enim personarum acceptio apud deum Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. ℟. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Cantabo et psalmum dicam domino. ℣. Exurge gloria mea, exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo. Cantabo. Lectio iij.

Si autem tu iudeus cognominaris et requiescis in lege, et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius: et probas vtiliora instructus per legem: confidis teipsum ducem esse cecorum: lumen eorum qui in tenebris sunt: eruditorem insipientium: magistrum infantium: habentem formam sciencie et veritatis in lege. ℟. iii. Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es Deus meus misericordia mea. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me. Deus. Gloria patri. Deus. ℣. Fiat misericordia tua domine. In laudibus an Amplius laua ps. Miserere. et alie ane cum suis psalmis vt in psalte. ibidem nota. est. Cap. Vigilate. Hy. Nox et tene. ℣. In matu. ane. Salutem ex. vt in psalte. ibidem nota. est. Ad vesper. an. Beatus vir. et alie ane cum suis psalmis vt in psalte. ibidem nota est. Cpm. Dominus autem. hy. Magni. ℣. Dirigatur. An Respexisti. ps. Celi deus. vt in psalterio ibidem nota. est.

¶ Feria quinta. Inuitatorium Adoremus dominum. Psalm Venite exultemus. Hymnus. Nox atra rerum. Super noc. an Domine deus. ps Saluum me fac. ij. et alie ane cum suis psalmis, sicut in psalte. ibidem notatum est. ℣. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi. ℟. Et anima mea quem redemisti. ℟. Deus in te sperauit dne non confundar in eternum

In tua iustitia libera me & eripe me. ℣. Esto mihi in deū protectorem & in locum muniitum vt saluum me facias. In tua. ℟. Repleatur os meum laude: vt hymnum dicā glorie tue, tota die magnificētie tue: noli me proiicere in tempore senectutis. Cum defecerit virtus mea deus ne derelinquas me. ℣. Gaudebūt labia mea cum cātauero tibi: & anima mea quam redemisti. Cū. ℟. Gaudebunt labia mea cū cātauero tibi. Et anima mea quam redemisti dn̄e. ℣. Sed & lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. Et anima Gloria. Et. ℣. Fiat misericordia tua. In lau. ān. Tibi soli. ps. Miserere. & alie an̄e cum suis p̄is vt in psalte. ibidem notatum est. Cp̄m. Vigilate & orate. Hy. Lux ecce. ℣. In matutinis. ā. In sanctitate. p̄s. Benedictus vt in psalte. ibidem notatum est. Ad vesperas ā. Et omnis p̄s. Memento. & alie an̄e cum suis p̄is, vt in psalte. ibidem notatum est cp̄m. Dn̄s autem dirigat. Hy. Magne de potentie. ℣. Dirigatur. ā. Deposuit potentes. p̄s. Magt. vt in psalterio ibidem notatum est

¶ Feria sexta. Inuitatorium Dn̄m qui fecit. p̄. Venite. hy. Tu trinitatis vnitas. Sup noc. ān. Exultate. p̄s. Ipsum & alie an̄e cum suis p̄is, sicut in psalte. ibidem notatum est ℣. Intret oratio mea in cōspectu tuo. Hym. Inclina aurem tuam. ℟. Confitebor tibi dn̄e deus in toto corde meo: & honorificabo nomen tuum in eternū. Quia misericordia tua domine magna est super me. ℣. Et eripuisti animam meā ex inferno inferiori. Quia. ℟. Misericordia tua domine magna est super me. Et liberasti animam meam ex inferno inferiori. ℣. Deus iniqui insurrexerunt in me: & fortes quesierunt animam meam. Et. ℟. Factus est mihi dominus in refugium. Et deus me in auxilium spei mee. ℣. Deus vltionum dn̄s, deus vltionū libere egit. Et. Gloria. Et. ℣. Fiat mia tua. In laudib. ān. Spiritu principali. p̄s. Miserere. & alie an̄e cum suis p̄is, vt in psalte. ibidem notatū est. Cp̄m. Vigilate. Hy. Eterne celi. Isti predicti hym. fer. et predicti hym. do. scilicet. De creator. & Primo dierum et Eterne rerum. hoc eodē ordine dn̄t in do. & in fer. vsq; ad xl. tantū: quando de tēporali agitur ℣. In matutinis. ān. Per viscera. p̄s. Benedict. vt in psalte. ibidem notatum est. Wespere erunt de sancta Maria cum pleno seruitio in crā sti. de eadem: nisi fes. ix. l'c. hoc impedierit. Supradict ordo fer. de inuitato. incipiēdis seruetur in omnibus fer. a Dn̄e ne in ira. vsq; ad passionē dn̄i & a Deus oim. vsq; ad aduentum dn̄i. De an̄is vero cum suis p̄is ad vesperas & ad matuti, in noctur. idem ordo ser-

netur per totum annum extra tempus pasch. De ℣. autē ante lau. a **Domine ne in ira.** vsqꝫ ad xl. ꝛ a **Deus omnium.** vsqꝫ ad aduētum domini. De añis in laudibus per totum annum extra tempus pasc. nisi in tertia hebdoma. aduen. domini: ꝛ in proxima hebdo. ante pasch. De ℟iis vero ad matuti. a **Domine ne in ira.** vsqꝫ ad lxx. tantum. De antiphonis vero super **Benedict⁹** ꝛ **Magnificat.** vsqꝫ ad lxx. ꝛ a **Deus omnium.** vsqꝫ ad aduētum domini. Et si aliquod festum in aliqua predictarum fer. contige. nihilominus ordo fer. de inuitatoriis antiphonis, psalmis, ꝛ ℣sib⁹ nocctur. ꝛ de ℟. ꝛ antiphonis, cū suis psalmis in laudibus et de antiphonis super **Benedictus.** ꝛ **Magnificat.** seruabitur in sequentibus feriis.

¶ Dominica secūda post octauas epiphanie. Ad vesperas ãn **Benedictus**. ps. Ipsum. Capitulum, hymnus ꝛ ℣⁹. et añe super psalm. **Magnificat.** vts in dñica preceden. Oro.

Omňps sempiterne de⁹ q̄ celestia simul et terrena moderaris: supplicationes populi tui clemēter exaudi, ꝛ pacem tuā nostris concede tēporibus. Per dñm. Ad matu. inuitato. hy⁹, añe, ps ℣. et ℟. sicut in preceden. do. ꝛ sic fiat omnibus dñicis vsqꝫ ad lxx. quando de dominica agitur.

¶ Lectōnes de epl̃a pauli prima ad corinthios. Lectio. j.



Paulus vocatus apostolus Jesu christi per voluntatem dei: ꝛ sosthenes frater ecclesie dei que est corinthi, sanctificatis in christo iesu vocatis sanctis: cum omnibus qui inuocant nomē domini nostri Jesu christi, et in omni loco ipsorū ꝛ nostro. Gratia vobis ꝛ pax a deo patre nostro: ꝛ domino iesu christo. Lectio secunda.

j. Cor. 1 A

Gratias ago deo meo semper pro vobis in Jesu christo in gratia dei que data est vobis: quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo ꝛ in omni scientia: sicut testimonium christi confirmatum est in vobis. Lectio. iij.

Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationem iesu christi: qui ꝛ cōfirmabit vos in finem sine crimine, in die aduentus dñi nostri iesu christi. Lectio. iiij.

Fidelis enim deus: per quē vocati estis i baptismo in societatem filij eius domini nostri iesu christi. Obsecro autē vos fratres per nomen domini nostri iesu christi: vt idipsum dicatis omnes ꝛ nō sint in vobis schismata. Lectio. v.

Estis autem perfecti in eodem sensu ꝛ in eadem sciētia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt cloes: quia contētiones sunt inter vos. Lectō. vj.

Hoc autē dico ꝙ vnusquisqꝫ

vestrum dicit. Ego autẽ sum pauli: ego autem apollo: ego vero cephe: ego autem sum christi. Diuisus autẽ est christus? Nunquid paulus crucifixus est pro vobis? Aut in nomie pauli baptizati estis?

¶ Secundum Joannem.

Cap. 2 A

In illo tẽpore. Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem Jesus et discipuli eius ad nuptias. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lctõ septima.

Quod dominus noster atq; saluator ad nuptias vocatus non solum venire sed et miracula facere ibidem quo conuiuas letificare dignat' est: etiam exceptis celestium sacramentorum figuris, iuxta literam fidem recte credentiũ confirmat. Le io octaua.

Miraculum namq; factur' in terra dei fili' venit ad nuptias: vt ipsum se esse doceret de quo sub typo solis psalmista precinit. Et ipse tanq̃ spõsus procedẽs de thalamo suo Tempus nuptiarum, temp' est illud quando per incarnationis mysterium sanctam sibi sociauit ecclesiam. Lec. ix.

Dominus igitur non casu sed certi gratia mysterij ĩ terra venit ad nuptias carnali more celebratas: qui ad copulandam sibi spirituali amore ecclesiam de celo descendit ad terram. Cuius quidem thalamus incorrupte genitricis vterus fuit: in quo deus humane nature coniunctus est: ex quo ad sociandam sibi ecclesiam tanq̃ sponsus processit. In lau. hec sola ãn Regnauit. vtsa dictum est ã. Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat ibi Jesus cum maria matre eius. ps. Benedictus. Ad vesperas ãn Deficiente vino iussit iesus implere hydrias aqua: que in vinum conuersa est alleluia. ps. Magnificat.

¶ Feria secunda. Hac die et quotidie in omnibus fer. supradictus ordo fer. seruetur vsq; ad xl. nisi de R. infra. lxx tunc enim dicuntur R. de historia dominicali.

¶ Lectiones per ebdõ. Lctõ. i



Gratias ago deo meo q̃d neminem vestrum baptizaui, nisi crispum et caiũ: ne quis dicat q̃ in nomine meo baptizati estis: baptizaui autẽ et stephane domum. Ceterorum autem nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me christus baptizare sed euangelizare: non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux christi. Verbum enim crucis pereũtibus quidem stultitia est: his autem qui salui facti sunt (id est nobis) virtus dei est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientum: et prudẽtiam prudentum reprobabo. Vbi sa-

piens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nõne stultam fecit de⁹ sapiētiā hui⁹ seculi? Nā quia in dei sapientia non cognouit mūdus per sapientiam deum: placuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credētes. Quoniam et iudei signa petunt: et greci sapientiā querūt. Nos autem predicamus christum crucifixum: iudeis quidē scādalum gētibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis iudeis et grecis christum dei virtutem et dei sapiētiam. Quia quod stultū est dei sapienti⁹ est hominib⁹: et quod infirmū est dei fortius est hominibus.

¶ Dominica tertia. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus infirmitatem nostram propitius respice: atq; ad protegendum nos dexterā tue maiestatis extēde. Per do.

Ad matu. lec. de epistola pauli. ij. ad corin. Lectio prima.

2. cor. 1 A

Paulus apostolus Jesu christi per volūtatē dei et timothe⁹ frater ecclesie dei que est corinthi: cum omnib⁹ sanctis qui sunt in vniuersa achaia. Gratia vobis et pax a deo patre nostro: et domino iesu christo. Lectio secunda.

Benedict⁹ deus et pater domini nostri iesu christi: pater misericordiarū et deus totius consolationis. Qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationē qua exhortamur et ipsi a deo. Lec. iij.

Quia sicut abundant passiones christi in nobis: ita et per christū abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute: siue consolamur pro vestra consolatione et salute. Lectio quarta.

Siue exhortamur pro vestra exhortatione et salute. Que operatur tolerantiam in vobis earundem passionum quas et nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis. Scientes quoniam sicut socij passionum estis: sic eritis et consolationis. Lectio quinta.

Non enim volum⁹ vos fratres ignorare de tribulatione nostra que facta est in asia quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem: ita vt tederet nos etiam viuere. Lectio sexta.

Sed ipsi in nobis responsum mortis habuimus: vt nō simus confidentes in nobis, sed in domino. Qui suscitat mortuos: qui de tantis periculis eripuit nos. In quē speram⁹ quoniam adhuc eripiet: adiuuātibus et vobis in oratione pro nobis: vt ex multarū personis facierū eius que in nobis est donationis per multos gratie agātur pro nobis. Secundum Mattheum.

In illo tempore. Cū descendisset iesus de mōte: secute sunt eum turbe magnae. Et reliqua. Homelia origenis. Lectio septima.

Cap. viij. F

Nocente in monte domino: discipuli venerunt ad eum sicut alacres, sicut domestici, sicut proximi, sicut amici vel fratres. Ideo ait dominus ad eos. Vos estis sal terre: et vos estis lux mundi. Nunc vero descendente eo de monte: turbe secute sunt eum que in montem ascendere non potuerũt: vt pigri populi, vt negligentes, vt imperfecti. Lctõ. viij.

Ita et filij israel primitus in montem ascendere non valuerunt: ad obuiandum deo pergere non potuerunt, propter suam irreligiositatem et impietatem: sed sol' moyses ascendit et pauci cũ eo seniorum israel. Ita et cum domino discipuli domini in montem soli ascenderũt, et tardiores seorsum steterũt. Lctõ. ix.

Sic et modo vigilantes et alacres et fideles anime, deũ timentes et dominum diligentes, regna celestia desiderantes, dominum semper sequentes: post dominum in illũ celestem montem ascendunt: audientes apostolum dicentem Que sursum sunt querite: et que sursum sunt sapite, vbi christus est in dextera dei sedens. añ. Cum autem descendisset iesus de monte: ecce leprosus veniens adorabat eũ dicens: domine si vis potes me mundare, et extẽdens manum tetigit eum dicens: volo, mundare. ps. Benedictus.

¶ Ad vesperas añ. Domine puer meus iacet paralyticus in domo et male torquetur: amen dico tibi ego veniam et curabo eum. ps. Magnificat.

¶ Lectiones per hebdomadã.



Nam et gloria nostra hec est, testimonium cõscientie nostre: quod in simplicitate cordis et in syncertitate dei, et nõ in sapientia carnali: sed in gratia dei conuersati sum' in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis quam que legistis et cognouistis. Spero aũt quod vsque in finẽ cognoscetis: sicut et cognouistis nos ex parte. Quia gloria vestra sumus: sicut et vos nostra in die domini nostri iesu christi. Et hac confidentia volui pri' venire ad vos: vt secũdam gratiam haberetis: et per vos transire in macedoniam, et iterum venire ad vos a macedonia: et a vobis deduci in iudeã. Cum ergo hoc voluissem nunquid leuitate vsus sum? Aut que cogito, secundum carnem cogito: vt sit apud me, est et non? Fidelis autem deus quia sermo noster qui fuit apud vos non est in illo est et nõ: sed in illo est. Dei enim fili' Jesus christus qui in vobis per nos predicatus est, per me et siluanum et timotheum: non fuit in illo est et non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt: in illo est. Ideo et per ipsum amen deo

ad gloriam vestram. Qui autem cõfirmat nos vobiscũ in christo: et qui vnxit nos de⁹: & qui signauit nos: & dedit pignus spiritus in cordib⁹ nostris. Tu autem domine mi.

¶ Dominica quarta. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere, da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que p peccatis nostris patimur te adiuuante vincamus. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti de⁹. Per omnia secula seculorũ. Amē.

¶ Ad matutinas lectio. de epistola pauli ad galatas. Lec. j.



Paulus apostolus Jesu christi non ab hominibus neque per hominē: sed per iesum christum & deum patrem qui suscitauit eum a mortuis: & qui mecum sunt omēs fratres ecclesie galatie. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino iesu christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris: vt eriperet nos de presenti seculo nequã: secundum voluntatem dei et patris nostri: cui est gloria in secula seculorũ amen. Lectio secunda.

Miror quod sic tã cito trãsferimini ab eo qui vos vocauit ad gratiã christi in aliud euãgeliũ, quod nõ est aliud: nisi quia sunt aliqui qui vos cõturbant, & volunt cõuertere euangeliũ christi. Lectio. iij.

Sed licet nos aut angelus de celo euãgelizet vobis preterquã quod euangelizauim⁹ vobis anathema sit. Sicut predixi: et iterum nunc dico. Si quis vobis euãgelizauerit preter id quod accepistis: anathema sit. Lectio quarta.

Modo enim hominib⁹ suadeo an deo? Aut hominibus quero placere? Si adhuc hominibus placerem: christi seruus non essem. Notum enim vobis facio euangeliũ quod euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem. Neque enim ab homine didici illud, neque accepi: sed per reuelationem iesu christi domini nostri. Lectio quinta.

Audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiã dei et expugnabam eam. Et proficiebam in iudaismo supra omnes coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existēs paternarũ mearum traditionum. Lectio. vi.

Cum autem placuit ei qui me segregauit de vtero matris mee et vocauit per gratiam suam vt reuelaret filiũ suum in me vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni et sanguini. Neq₃ veni hierosolymã ad antecessores meos apostolos: sed abii in arabiã

et iterum reuersus sum damascū. Deinde post annos tres veni hierosolymam videre petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autē apostolorum vidi neminem: nisi iacobum fratrem domini.

¶ Secundum Mattheum.

Cap. 8

In illo tempore. Ascendente iesu in naviculā: secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce motus magnus fact9 est in mari: ita vt navicula operiretur fluctib9. Et reliqua.

Homelia origenis. Lctō. vij.

Ingrediente domino in naviculam: secuti sunt eum discipuli eius. Nō imbecilles, sed firmi et stabiles in fide: māsueti et pij spernentes mūdū. Nō duplici corde: sed simplici. Hi ergo secuti sunt eū, non tantum gressus eius sequētes: sed magis sanctitatē eius comitantes, et iustitiam illius sectantes. Lectio. viij.

Et ecce tēpestas magna fctā in mari: ita vt navicula operiretur fluctibus. Cum enim magna et miranda ostendisset in terra transiit ad mare: vt et ibidem adhuc excellentiora opera demonstraret: quaten9 terre marisqz dominum se esse cunctis ostenderet. Lectio. ix.

Ingressus ergo in naviculam fecit turbari mare, commonit ventos, concitauit fluctus. Cur hoc ita? Vt discipulos mitteret in terrorē et suū auxilium postularent: suamque potentiā rogantibus manifestaret. Tempestas autem illa non ex se oborta est: sed potestati paruit imperantis, eius qui educit vētos de thesauris suis: qui terminū mari arenam cōstituit. āña. Ascēdēte iesu in naviculā ecce motus magn9 fact9 est in mari: et suscitauerūt eum discipuli eius dicentes domine salua nos, perimus. ps. Benedict9.

Ad vesperas. ān. Surgens iesus imperauit ventis et mari: et facta est trāquillitas magna. p̄s. Magnificat. ¶ Lectiones per hebdomadam. Lctō. j.



Que autem scribo vobis ecce corā deo: quia non mentior. Deinde veni in partes syrie et cilicie. Eram autem ignot9 facie ecclesiis iudee que erāt in christo: tantū autem auditum habebant quoniam qui persequebatur nos aliquādo: nūc euāgelizat fidem quā aliquādo expugnabat: et in me clarificabant deum. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi hierosolymam cum barnaba: assumpto et tito. Ascendi autem secundum reuelationem: et contuli cum illis euangelium christi: quod predico in gentibus. Seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte in vanum currerem aut cucurrissem. Sed neque tit9 qui mecum erat cum esset gentilis compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos fal-

sos fratres qui subintroierunt explorare libertatẽ nostram quam habemus in christo iesu: ut nos in seruitutem redigerent. Quibus neqꝫ ad horam cessimus subiectioni: ut veritas euangelij permaneat apud vos.

❡ Dominica quinta. Oratio.

Familiam tuam quesumus domine continua pietate custodi: ut que in sola spe gratie celestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per dominum nostrum.

Ad matutinas. Lectiones de epistola pauli ad ephesios. I. j.

Ephe. I. A

Paulus apostolus Jesu christi per volũtatem dei, omnibus sanctis qui sunt ephesi & fidelibus in chr̃o Jesu. Gratia vobis & pax a deo patre nostro et domino Jesu christo. Lectio secunda.

Benedictus deus & pater domini nostri Jesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in chr̃o Jesu: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. Tu. Lectio. iij.

Qui predestinauit nos in adoptionem filiorum per iesum christum, secundum propositum volũtatis sue in laudem gratie sue: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum. Tu autẽ domine. Lectio quarta.

Secundum diuitias gratie eius que superabundauit in nobis in omni sapiẽtia & prudentia: ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis sue secundum beneplacitum quod proposuit in eo. Lectõ. v.

In dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis & que in terra sunt in ipso: in quo & nos sorte vocati sumus, predestinati secũdum propositum eius qui omnia operatur secundum consilium volũtatis sue: ut simus in laudem glorie eius qui ante sperauimus in christo. Tu. Lectõ. vj.

In quo & vos cum audissetis verbum veritatis & euangelium salutis eterne: in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto: qui est pignus hereditatis nostre in redemptionẽ acquisitionis in laudem glorie ipsius.

❡ Euangelium. Secundum Mattheum.

Cap. 13 D

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factũ est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Et reliqua.

Homelia beati Hieronimi presbyteri. Lectio septima.

Hec secunda parabola est cum interpretatione sua non

statim posita: sed interiectis aliis parabolis edisserta. Hic enim preponitur: et postea dimissis turbis venitur domū: et accedunt ad eum discipuli eius rogantes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri: et reliqua. Lectio. viii.

Non enim debemus properare intelligendi desiderio: ante eius notitiam querere q̄ a deo edisseratur. Proponit eis et aliam parabolam more diuitis qui inuitatos diuersis reficiēs cibis: vt vnusquisq̄ secundū naturā stomachi sui varia alimenta recipiat. Lc. ix.

Ait enim simile est regnum celorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum est omnibus seminibus. Cū autem creuerit: maius est omnibus oleribus et fit arbor: ita vt et volucres celi veniant, et habitent in ramis eius. aña.

Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde habet zizaniam? et ait: hoc fecit inimicus homo. ps. Benedictus. Ad vesperas añ. Colligite primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum aūt congregate in horreum meum. ps Magnificat. Lectiones per hebdomadam. Lectio. i.

Propterea et ego audiēs fidem vestrā que est in christo iesu et dilectionē in omnes sanctos: non cesso gratias agēs p vobis: memoriā vestri faciens in orationibus meis: vt deus domini nostri Jesu christi pater glorie det vobis spiritum sapientie et reuelationis in agnitionē ei⁹ illuminatos oculos cordis vestri. Vt sciatis que sit spes vocationis eius: et que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis. Et que sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nos: qui credimus secundum operationem potentie virtutis eius quam operatus est in christo suscitans illum a mortuis: et constituens ad dexteram suam in celestib⁹ supra omnem principatum: et potestatem et virtutem et dn̄ationē et omne nomen quod nominatur: non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et om̄ia subiecit sub pedibus eius: et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam que est corpus ipsi⁹ et plenitudo eius. Qui oīa in omnibus adimplet: et vos cōuiuificauit cum essetis mortui delictis et peccatis vestris. In quib⁹ aliquando ambulastis secundū seculū mundi huius: secundū principem potestatis aeris huius spū̄s qui nūc operatur in filios diffidētie. In quib⁹ et nos oēs aliquando cōuersati sumus in desideriis carnis nr̄e faciētes voluntatem carnis et cogitationū: et eramus natura filii ire sicut et ceteri. Deus autem qui diues est in mia: propter nimiam charitatē sui qua dilexit nos cū essemus mortui pctis: cōuiuificauit nos i x̄po

1. A ¶ Dominica in lxx. xj. kalendas februarij tota cantetur historia ꝛ ad primas vesperas fiat memo. de sancta agnete: et de sancta maria. Festum sancti vincentij differatur in crast. Feria tertia quinta et sabbato de commemo. et ix. le. pretermittantur. Feria sexta de sancto iuliano cum nocturno. Inuitato. simpli. ꝛ sic de omnibus festis trium lectionum vsqꝫ ad caput ieiunij. A capite ieiunij vsqꝫ ad pascha nihil fiat de fes. 3. lectio. nisi tantum memoria. Ad vesperas ꝛ ad matutinas de sancta maria que precedet memoriā de sancto spiritu.

2. A ¶ Dominica in septuagesima tota cantetur historia ꝛ memoria de sancta maria. Secunde vespere erūt de commemoratione et memoria de fes. de dominica et de sancta maria. Feria tertia et sabbato de aliis cōmemo. ꝛ ℟. le. pretermittātur

3. A ¶ Dñica in lxx. tota cātetur historia ꝛ festum sancte agathe differatur vsqꝫ ad 3. fer. Ad secundas vespe. memor. de confes. et de sancta maria. Feria. 2. de confes. cum noc. Feria. 3. de sancta agatha. Fer. 4. 5. ꝛ sab. de cō. ꝛ ix. le. pretermittantur.

4. A ¶ Dominica in septuagesima tota cātetur historia. Feria 3 de sancto cum nocturno. Feria secunda quarta ꝛ sabbato de cōme. ꝛ in sexta fer. dñr ix. le. cum epla ꝛ euange. eiusdē fe.

5. A ¶ Dominica in septuagesima tota cantetur historia. Feria secunda tertia ꝛ sabbato de comme. ꝛ in 5. fe. dicuntur ix. le. In anno bissextili fiat seruitiū de sancto mathia in sabba. et in sexta feria de sancta maria. Et tunc ab hoc sabbato vsqꝫ ad inceptionem histor. In principio accipietur. f. ¶ pro litera dominicali ꝛ inchoetur ad dominicam sexagesime.

1. B ¶ Dominica in septuagesima tota cantetur historia. Feria secunda quarta et sabbato de commemoratio. ꝛ fer. ℟. pretermittantur. Feria quinta de sancto Juliano cum nocturno

2. B ¶ Dominica in lxx. tota dicitur historia ꝛ memo. tantum de fest. et de sancta maria. Feria tertia de fest. cum noctur. Fer. 2. 5. et 6. de commemo. ꝛ mēo. de fes. ꝛ ℟. le. pretermittantur.

3. B ¶ Dominica in septuagesima de serui. dominic. ꝛ memoria tantum de sanctis. Feria quinta de fes. cum noctur. Feria secunda tertia et sabbato de commemo. In 6. fer. dicuntur ℟. fer. In 4. feria ꝛ in 6. feria dñr epistole ꝛ euan. earundē fer.

4. B ¶ Dominica in septuagesima tota cantetur histo. Feria scda de sancto cum noctur. Feria 3. 5. et sabbato de cōmemo. ꝛ in 6. feria cantētur ℟. fer. Feria quarta de fes. cum nocturno.

5. B ¶ Dominica in septuagesima tota dicitur historia. Feria secūda quarta ꝛ sabbato de comme. Feria sexta dicuntur ℟. feria. In quinta feria de sancto Mathia. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in sexta fer. et in quinta erit vna

commemo. & in 4. feria dicuntur ℞. fe. Et tunc ab hoc sab-
bato vsq; ad inceptionem hist. In principio. accipietur. 5. A
1. C pro litera do. & inchoetur ad do. lxx. ¶ Dominica in lxx. tota
dicitur histo. Feria tertia sexta & sabbato de cõmemo. et ℞.
2. C fer. pretermittantur. Feria 4. de sancto cũ noc. ¶ Dominica
in lxx. tota dicitur histo. et ℞. fe. pretermittantur. Feria secũ
da quinta & sabbato de cõmemo. Feria 4. de sancto cum noc.
3. C ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histor. Feria secunda tertia
& sabbato de cõmẽo. Feria quarta de fes. cũ nocr. Feria sexta
dicũtur ℞. fe. In quinta fer. epistola & euange. de quarta fe
4. C ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. & tantum memo. de san
cto. Feria secũda quinta & sabbato de cõe. & in 6. fe. dicuntur
5. C ℞. fe. Feria tertia de fes. cum nocr. ¶ Dominica in lxx. tota
dr histo. Feria tertia sexta & sabbato de cõmẽo. & in 5. fer. dñr
℞. fe. In anno bissextili in 5. fe. de sancto mathia: & ℞. fe. di-
cuntur in feria 4. fe. Et tunc ab hoc sabba. vsq; ad inceptio-
nem hist. In principio. accipiatur 5. E. Et pro litera do. & in-
1. D choetur in do. lxx. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. & tã-
tum memo. de fes. & de sancta maria. Feria sexta & sabbato de
2. D cõmemo. ℞. fe. pretermittantur. ¶ Dñica in lxx. tota dicitur
histo. & mẽo. de sancto preiecto & de sancta maria & fes. sancti
pauli differatur in crasti. Feria. 5. 6. & sabbato de cõmẽo. et
3. D ℞. fe. pretermittantur. Feria tertia de fes. cum noct. ¶ Dñi-
ca in lxx. tota dicitur histo. & memo. tantum de fes. et de san-
cta maria. Secunde vespe. erunt de purifi. & solennis memo.
de do. Feria 4. 6. & sabbato de cõmemo. & ℞. fe. pretermit-
4. D tantur. Feria tertia de sancto cum nocr. ¶ Dñica in lxx. tota
dr histo. Feria. 2. 5. & sab. de cõmẽo. & in 6. fer. dñr ℞. feria.
Feria 3. de festo cum noct. Feria 4. epl'a et euan. eiusdẽ fe.
5. D ¶ Dñica in lxx. tota dr histo. Fer. 3. 5. & sab. de cõme. & in 6.
1. E fer. ℞. fer. Feria 2. de sctõ cũ noctur. ¶ Dñica in lxx. tota dr
histor. et fes. scti volstani differatur in 5. fer. Feria. 6. de sctã
maria & ℞. fe. pretermittantur: & nihil de aliis commemor.
2. E ¶ Dominica in lxx. tota cantetur histo. Feria 4. 6. & sabba-
to de com. & ℞. fe. pretermittantur. Feria 2. de sancto cũ noc.
3. E ¶ Dominica in lxx. totum serui. de purifica. et solen. mẽo. de
do. ad vtrasq; vesperas & ad matuti. & ad mis. Feria tertia et
sabbato de cõmẽo. & nihil de 3. com. in hac hebdo. & histo. dr
fe. 2. 5. et 6. et nihil de sanctis ibidem cõtingentibus nisi tantũ
memo. ad vespe. & ad matuti. de sancta maria. Missa do. dicit
in 2. fe. In 5. fe. epistola & euange. de 4. fe. Feria 6. epistola
4. E et euange. eiusdem fe. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo.
Feria 3. 5. et sabbato de cõmemo. et ℞. fe. in 4. fer. dicuntur

5.E Feria 2. de fes. cum noctur. ¶ Dominica in lxx. tota dr histo. et memo. de fes. Feria 2.3.5. et sab. de cō. et in 6. fe. dicūtur R. fe. Feria 4. epistola et euange. eiusdem fe. ¶ Dominica in
1.F lxx. tota dicitur hist. et festum sanctorum differatur in crasti. sancti vincentij. Feria quinta & sabbato de cōmemo. & R. fe.
2.F pretermittantur. ¶ Dominica in lxx. tota dr histo. et tantum memo. de sanctis et de sancta maria. Feria. 3.4. et 5. de cōmēo
3.F et R. fe. pretermittantur. Feria. 2. de fe. cum noctur. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. et tantum memo. de sancto. Ad primas vesperas de fest. purifi. fiat solen. memo. de do. Fer. 2. 5. et sabbato de cōme. Feria sexta dicuntur R. fe. Feria 4. de
4.F sanctis cum noctur. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. et memo. tantum de fer. Feria secunda tertia & sabbato de cōe. In sexta fe. dicuntur R. fer. Feria 5. de sancto cum noctur.
5.F ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. Feria. 3.5. & sabba. de commemo. Missa Salus populi dicitur in 2. fer. & in 4. fer.
1.G dr R. fe. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. et fes. sancte agnetis differatur usq3 ad. 3. fe. Feria. 4.6. & sabbato de com
2.G mēo. et R. fe. pretermittantur. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. & memo. de fes. Feria 2.4. & sabbato de com. & R.
3.G fe. pretermittantur. Feria tertia de fes. cum noctur. ¶ Dominica in lxx. tota dr histo. Secunde vespere erunt de fes. et mēo. de do. Feria tertia de sanctis cum noctur. Feria 4.5. et sab.
4.G de com. et R. fe. dr in 6. fe. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur histo. Feria secunda tertia & sabbato de cōmēo. Feria. 5. dr R. fe. Feria quarta de sancto cum noctur. Feria quinta epla
5.G et euange. de 4. fe. ¶ Dominica in lxx. tota dicitur historia Feria secunda tertia et quarta de commemo. & in sexta feria dr R. fer. Sabbato de apostolo. Secunde vespere erunt de fes. et solen. mēo. de do. In anno bissextili fiat seruit. de apostolo in secunda fer. proxima sequente: et in hoc sabbato fiat seruitium de sancta maria: et in 4. fe. dicitur de fer. et in 6. feria dicuntur R. fe. et abhinc usq3 ad inceptionem histo. In principio accipitur. F et inchoatur ad dominicam lxx.

¶ Dominica in lxx. ad vesperas et abhinc usq3 ad mis. in vigilia pasche nō dr Alla. sed in principio vesp. et hor. loco Alleluia. dicetur hoc modo Laus tibi domine rex eterne glorie. an. Benedict9. Ipsum. Cetere ane cum suis psalmis ut in psalterio. Capitulum. i. Cor. 9 D

Nescitis q hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus accipit brauium: sic currite ut cōprehendatis. R. Igitur perfecti. Hymn9. Deus creator. Vers. Vespertina. an. Plantauerat

dominus de⁹ paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quem formauerat. ℣s. Magnificat. Oratio

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum

Nulla fiat memo. nisi aliquod festum. iij. lect. in do. contige. vel in sabba. fest. ix. lect. celebra. fue. vel si lxx. ante puri. euene. tunc fiat memo. de sancta maria: vt supra dictum est ad primas vespe. histo. Domine ne in ira. Ad matuti. Inuitato. Preoccupemus. ps Venite. Hy⁹. Primo dierum. In primo noc. an. Seruite. ps Beatus vir. ℣⁹. Memor fui nocte.

¶ Hac die do. legantur lectiones de genesi in primo nocturno: et per totam hebdoma. quando de temporali agitur vsque ad Noe. Lectio prima.

Gene. I A



In principio creauit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua: et tenebre erant super faciem abyssi: et spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus quod esset bona: et diuisit lucem a tenebris. Appellauitque lucem diem, et tenebras noctem. Factumque est vespere et mane dies vnus. Tu autem. ℟. In principio fecit deus celum et terram, et creauit in ea hominem Ad imaginem et similitudinem suam. ℣. Formauit igitur dominus hominem de limo terre: et inspirauit in faciem ei⁹ spiraculum vite. Ad imaginem et simili. Lectio secunda.

Dixit quoque deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuisitque aquas que erant supra firmamentum ab his que erant sub firmamento. Et factum est ita. Vocauitque deus firmamentum celum. Et factum est vespere et mane dies secundus. ℟. In principio de⁹ creauit celum et terram: et spiritus domini ferebatur super aquas. Et vidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. ℣. Igitur perfecti sunt celi et terra: et omnis ornatus eorum. Et vidit. Lectio. iij.

Gene. I. A

Dixit vero deus. Congregentur aque que sub celo sunt in locum vnum: et appareat arida. Factumque est ita. Et vocauit deus aridam terram: congregationesque aquarum appellauit maria. Et vidit de⁹ quod esset bonum: et ait. Germinet terra herbam virentem et facientem semen: et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cui⁹ semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita Et protulit terra herbam virentem. Et vidit deus quod esset bonum: et factum est vespere et mane dies tertius. ℟. In

3 Igitur perfecti sũt celi et terra: et omnis ornatus eorum, compleuitq3 deus die septimo opus suum quod fecerat. Et requieuit ab omni opere qd patrarat. Vsus. Vidit igitur deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Et requieuit. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Et requieuit.

¶ In secundo nocturno Aña. Bonorum. ps Conserua. Vꝰ. Media nocte surgebam.

Medie lectiones de sermone beati Joannis epi. Lctõ. iiij.

Dignitas humane originis facile agnoscitur: considerata sublimitate auctoris. Nec enim facile poterat esse vel leue quod manus sacra constrinxit: et celestis flatus in vitalem substantiam animauit. Maxime cum idem artifex deus potestatem suam in omnem fabricam eidem homini fuerat traditurꝰ vt quẽ secundum presidem post se facere disponebat: eundem facere plenũ atq3 perfectum. Habentem in sese et dignitatem qua precelleret, et potestatem qua cunctis animantibus imperaret. Rem. Formauit igitur dominus hominem de limo terre: et inspirauit in faciem eiꝰ spiraculum vite. Et factꝰ est homo in animam viuentem. Vsus In principio fecit deus celum et terram: et creauit in ea hominem. Et factus est. 4 Lectio quinta.

Soli seruiens illi a quo ei cuncta fuerant subiugata: vt imperaret mũdo, seruiret deo. Creatorem susciperet: creaturam sibi parere compelleret. Tantumq3 ditionis sese domino debere perspiceret, q̃tũ ipse a creatura exigeret: habens in propria potestate et obedientiam et contemptum. Obedientiam qua viueret: cõtemptum quo digne pro meritis interiret. Unde effectum est vt contẽnendo in mortem incideret: qui obediendo viuere potuisset. Rꝫ Dixit dominꝰ deus: non est bonum esse hominem solum. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Vs Ade vero non inueniebatur adiutor similis sibi, dixit vero deꝰ Faciamus ei adiutorium simile. 5 Lectio sexta.

Unde potestatem concessam dum in contemptum protulit: et vite priuilegium perdidit, et mortis sibi sententiam acquisiuit. Et tamen creatura adhuc eius seruat imperium: licet ipsa creatori suum denegaret obsequium. Unde apparet quid sue felicitati detraxerit: cum peccatorum merita eius statũ adhuc mutare non possunt. Rem. Immisit dominus soporem in adam: et tulit vnam de costis eius: et edificauit costam quam tulerat dominus de adam in mulierem: et adduxit eam ad adam vt videret quid vocaret eam. Et vocauit nomen eius virago. Quia de viro suo sumpta est. Vsus Hoc nunc os ex ossibꝰ meis: et caro de carne mea 6

Et vocauit nomen. Gloria patri et filio. Quia de viro.
¶ In tertio nocturno añ. Preceptum. ps. Celi enarant. ℣ Exaltare. ¶ Euangelium Secundum Mattheum.

Cap. 20 A

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis, parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini patrifamilias: qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Et reliqua.

Homelia beati Gregorij pape. Lectio septima.

In explanatione sua multa ad loquendum sancti euangelij lectio postulat. Quam volo (si possum) sub breuitate perstringere: ne vos et extensa processio et prolixa expositio videatur onerare. Regnū celorum patrifamilias simile dicitur: qui ad excolēdam vineam suam operarios conduxit. ℟. Tulit ergo dominus hominem et posuit eum in paradiso voluptatis. Vt operaretur et custodiret illum. ℣. Plantauerat autem domin⁹ deus paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quem formauerat. Vt operaretur. Lectio octaua.

7

Quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet: ꝙ conditor noster? Qui regit quos condidit: ꝛ electos suos in hoc mundo sic possidet, quasi subiectos dominus in domo. Qui hic habet vineā (vniuersam scilicet ecclesiam) que ab abel iusto vsqꝫ ad vltimū electum qui in fine mundi nasciturus est: quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. ℟. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum et malum. Videte ne forte sumat de ligno vite, et viuat in eternum. ℣. Cherubin et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viā ligni vite. Videte ne forte sumat. Lectio nona.

8

Sic itaqꝫ paterfamilias ad excolēdam vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona, et vndecima operarios conducit: quia a mundi isti⁹ initio vsqꝫ ad finem ad erudiendam plebem fidelium predicatores congregare nō desistit. Mane etenim mūdi fuit ab adā vsqꝫ ad noe. Hora vero tertia a noe vsqꝫ ad abrahā Sexta quoqꝫ ab abrahā vsqꝫ ad moysen. Nona autē a moyse vsqꝫ ad aduentum domini. Vndecima vero ab aduentu domini vsqꝫ ad finem mundi: in qua predicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedem plenam ꝛ tarde venientes acceperūt. ℟. Vbi est abel frater tuus? dixit domin⁹ ad cain: nescio domine. nunquid custos fratris mei sum ego? ꝛ dixit domin⁹ ad eum. Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. ℣. Maledicta terra in opere tuo: que aperuit os suum, et suscepit sanguinem frīs tui de manu tua. Quid fecisti? Gloria patri. Ecce. ℟.

9

iteratur. **Ubi est.** Ab hac die usq; ad pascha non d; **Te deũ** siue de temporali siue de fes. sanctorum sit seruit. sed semper ipsum ix. ℟. reincipiatur: et hoc in fest. ix lect. tantum. Non enim repetitur ℟. in cõmemo. beate Marie nec in festo loci. Ferialia ℟. **Dũ deambularet dominus in paradiso ad auram post meridiem clamauit et dixit: adam vbi es? audiui domine vocem tuam, Et abscõdi me.** ℣. **Vocem tuã domine audiui in paradiso: et timui eo q nudus essem. Et.** ℟. **In sudore vultus tui vesceris pane tuo dicit domin⁹ ad adam: cum operatus fueris terram, Non dabit fruct⁹ suos: Sed spinas et tribulos germinabit tibi.** ℣. **Pro eo q obedisti voci vxoris tue plus q mee, maledicta terra in opere tuo. Non. Gloria pa. Sed.** Hec duo ℟. fe. cum ℣. dñr loco viij. et ix. ℟. in quacunq; fer. iij. noct. do. hi. sit dicen. si tot fe. vaca. siuantem loco. v. et vj. vel ij. et iij. ℟. dicantur ℣. **Excelsus super omnes gẽtes dominus** ℟. **Et super.** In laudibus a. **Miserere mei de⁹ et a delicto meo munda me: quia tibi soli peccaui.** ps. Ipsum ã. **Confitebor tibi domine quoniam exaudisti me.** ps. **Confitemini.** an. **De⁹ deus meus ad te de luce vigilo: q2 factus es adiutor meus.** ps. Ipsum an. **Benedictus es in firmamento celi et laudabilis in secula deus noster.** ps. **Benedicite.** ãn. **Laudate dominũ de celis.** ps. Ipsum. ℭ a om. **Nescitis.** Hy⁹. **Eterne rerũ.** ℣. **Domine refugium factus es nobis.** ℟. **A generatione et progenie.** Hic solus d; in omnibus do. in lau. usq; ad xl. ã. **Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, dicit dominus.** ps. **Benedict⁹.** Oro **Preces populi.** a lxx. usq; ad pascha nulla fiat mẽo. in sabba. neq; in do. diebus nisi fes. ix. vel iij. lec. accidant in ipsa do. vel in ij. fe. vel si lxx. ante purifica. eue. tunc enim fiat mẽo. de sancta maria ad vtrasq; vesp. et ad matuti. et ad mis. sicut alias dictum est. Et tũc quando ad memo. de sctã maria ad matuti. d; hec ãn. **Ecce maria.** Illa finietur ad hãc dictionem mundi. nichil posito in loco **Alleluia.** Quacunq; autem fe. fes. iij. lect. contige. totum serui. fiat de fest. cum noctur. usq; ad xl. nisi in sab. In xl. vero neq; serui. fiat de tali fes. neq; memo. nisi ad vespe. et ad matuti. de sctã maria ℭ Ad primam ãn. **Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in vineam suam.** ps. **De⁹ deus meus respice.** et ceteri psalmi vts in. j. do. adue. dñr excepto q loco de **Cõfitemini** Dicitur psal. **Domin⁹ regnauit decorem.** et hoc in omnib⁹ do. usq; ad passio. obseruetur. ℭ Ad tertiam ãn. **Ite et vos**

in vineam meam: & quod iustum fuerit dabo vobis. ps. Legem pone. Cpm. Nescitis quod hi. Quidam clericus incipiat R. Adiutor meus. Chorus prosequatur esto deus. Ne derelinquas me. Clericus cantet V. Neque despicias me deus salutaris meus. Chorus. Ne derelinquas me. Clericus. Gloria patri et filio. Chorus Adiutor meus. Clericus dicat versum. Ego dixi domine miserere mei. R. Sana animam meam quia peccavi tibi. Oro ut supra. Hoc eodem modo dicantur R. super hor. quotidie ab hac die usque ad cenam domini: nisi in fer. diebus ante xl. quando de temporali agitur: ita tamen quod infra passio. domini sine V. Gloria pa. dnr.

¶ Ad sextam an. Quid hic statis tota die ociosi? responderunt et dixerunt nemo nos conduxit. ps. Defecit. Capitulum.

I. cor. 9 D

Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus se abstinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. R. Spes mea domine A iuventute mea. V. In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris mee tu es protector meus. A iuventute. V. Dominus regit.

¶ Ad nonam an. Dixit paterfamilias operariis suis: quid hic statis tota die ociosi? at illi respondentes dixerunt, quia nemo nos conduxit: ite & vos in vineam meam et quod iustum fuerit dabo vobis. ps.

Mirabilia. Capitulum.

I. Cor. 10 A

Nolo vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt: et omnes mare transierunt et omnes in moyse baptizati sunt in nube et in mari. R. m. Ab occultis meis Munda me domine. V. Et ab alienis parce servo suo. Munda me. V. Adiutor meus esto domine. R. Ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus. Hec R. cum suis V. sicut super horas dicuntur omnibus dominicis usque ad xl. quando de dominica agitur.

¶ Ad vesperas an. Sede a dextris meis. ps. Dixit dominus. Capitulum. Nescitis quod hi. Hy. Lucis creator optime. V sus. Dirigatur. an. Cum autem sero factum esset: dixit dominus vinee procuratori suo: voca operarios & redde illis mercedem. ps. Magnificat. Oro. Preces populi. Quod si festum purificationis bte marie in hac dominica vel in do. lx. contigerit nihil fiat de do. preter memoriam. Historia vero do. per hebdo. hz: scz in secundis, v. & sextis feriis. Et tunc R. ia feri. non dnr: & expositio evangelii: & ane super laud. & cpm de historia: & ane super ps Magnificat. & Benedictus. & ane super hor. eo anno omnino pretermittantur. Eodem etiam anno nihil fiat de fes. sanctorum vedasti et amandi preter memo. ad vesp. & ad matuti. de sancta maria

que precedet memo. de sancto spiritu & de hoc plenius notatur post secundas vespe. purificat. beate Marie. Similiter fiat si fes. purifica. in dñica lx euenerit. Cum vero in do. l. fes. purifica. beate marie contige. histo. do. per hebdo. in. ij. et vj. fer. & sabbato cantetur: et tūc nihil fiat de sancto blasio nisi tantum memo. ad matuti. de sancta maria. Quodcū qꝫ autem fest. ix. lectio. in hac die dñica vel alia die do. vsqꝫ ad cenam dñi cōtige. licet dupl. fes. fuerit: semper diffe. vsqꝫ ad proximam fer. vacantē ipsius hebdo. nisi fes. purificationis vel dedicationis ecclesie sue. Tamen infra passionem nihil fiat de fes. sanctorū nisi dupl. fes. fuerit. Quodcūqꝫ autem fest. iij. lectio. in hac hebdo. vel in duabus sequentibus hebdo. contige. vsqꝫ ad iiij. fer. in capite ieiunij: totū fiat serui. de fes. & hoc cū noc. & nulla fiat memo. de fer. A iiij. vero fer. in capite ieiunij vsqꝫ ad crasti. oct. pasche neqꝫ serui. fiat de fes. iij. lect. neqꝫ memoria nisi ad vesperas et ad matuti. de sancta maria tātū que precedet memo de sancto spiritu. Hee sequentes añe dñr per heb. super p̄. **Benedict⁹. & Mgt.** qñ de feria nt ier. tantum an. **Voca operarios & redde illis mercedē suam dicit dñs.** an. **Dixit autē paterfamilias: amice nō facio tibi iniuriā: nonne ex denario cōuenisti mecū? tolle quod tuū est et vade.** an. **Amice non facio tibi iniuriam: nōne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est et vade.** an. **Tolle quod tuū est & vade: qꝛ ego bonus sum dicit dñs.** an. **Nō licet mihi facere quod volo? an oculus tuus neq̄ est qꝛ ego bonus sum? dicit dñs.** an **Erunt primi nouissimi & nouissimi primi: multi enim sūt vocati, pauci vero electi dicit dominus.** an. **Sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi: multi enim sunt vocati pauci vero electi.** aña. **Multi enim sunt vocati, pauci vero electi dicit dominus.**

¶ Feria ij. &c. fer. per hebdo. dicuntur ℟. ad matuti. de histo. do. secundum ordinē noc. Ita tamen qꝫ ℟ia fe. non omittantur. Lectiōnes per hebd̄.

Dixit autem de⁹. Fiant luminaria in firmamēto celi: et diuident diem ac noctem: et sint in signa et tempora et dies et noctes: vt luceant in firmamento celi & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitqꝫ deus duo luminaria magna: luminare maius vt preesset diei, et luminare minus vt preesset nocti. Et stellas. Et posuit eas sub firmamento celi vt lucerent super terram: et preessent diei ac nocti, et diuiderent lucem a tenebris. Et vidit deus qꝫ esset bonum: et factum est vespere et mane dies quartus. Dixit autem deus. Producāt aque reptile anime viuen-

tis: et volatile super terram sub firmamento celi. Creauitque deus cete grandia: et omnẽ animam viuentem atque motabilem quam produxerant aque in species suas: et omne volatile secundum gen⁹ suũ. Et vidit deus quod esset bonũ: benedixitque eis dicens. Crescite et multiplicamini, et replete aquas maris. Auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere et mane dies quint⁹. Dixit quoque de⁹. Producat terra animã viuentem in genere suo: iumenta et reptilia et bestias terre iuxta species suas. Factũque est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas: et iumenta et omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus quod esset bonum: et ait. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et presit piscibus maris, et volatilibus celi, et bestiis vniuerse terre: omnique reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem et similitudinem suam. Ad imaginem dei creauit illum: masculum et feminam creauit eos.

1.A ¶ Dominica in lx. tota cantetur historia. Feria secunda tertia et sabbato de commemo. Feria quarta de fest. cum noct.

2.A ¶ Dominica in lx. tota dicitur historia et fest. sancte agathe differatur vsque ad tertiã fe. Feria 4.5. et sabbato de cõmẽo.

3.A ¶ Dominica in lx. tota cantetur historia. Secunde vespere erunt de commemo. et memoria de dominica et de sancta maria. Feria secunda quinta et sabbato de commemoratione. Feria sexta de festo cum epistola et euangelio eiusdem fest.

4.A ¶ Dominica in lx. tota cantetur histor. Feria 2.3. et sabbato de commemo. In anno bissextili fiet serui. de apostolo in sab. et in 6. fe. de sancta maria. In. 5. fe. epistola et euange. de 4. fe. Et tunc ab hoc sab. vsque ad inchoationem histo. In principio accipietur. 4. G. et inchoetur ad dominicam. l.

5.A ¶ Dominica in lx. tota dicitur histo. Feria 4. de sancto dauid epo et confessore ix. lec. omnia de cõi. Feria. 5. de sancto cedda epo et confessore omnia de communi. Feria 2.3. et sabba. de cõmẽo.

1.B ¶ Dominica in lx. tota dr histo. et tm mẽo. de fe. Feria. 2.3. et 6. de cõmẽo.

2.B ¶ Dominica in lx. tota dicitur histor. et tantum mẽo. de sanctis. Feria. 2.3. et sabbato de cõmemo.

3.B ¶ Dominica in lx. tota dicitur histo. Feria 3.5. et sabbato de commẽor.

4.B ¶ Dominica in lx. tota dicitur histo. Feria 2.4. et sabbato de cõmemo. Feria 5. de sancto mathia. In anno bissextili fiat ser. de apostolo in 6. fe. et tunc in 5. fe. fiat vna cõ. et in 4. fer. de fe. cum epistola et euang. de eadem fe. Et tunc ab hoc sab. vsque ad inceptionem histõ. In principio accipietur 4. A. pro

5.B litera do.& inchoetur ad do.l. ¶ Dominica in.lx.tota dicitur hist. Fe.2.5.& sab.de cõe. Fe.3.de.s.dauid:omnia de cõi vni⁹ confes. Fe.4.de sancto cedda.ix.lec.omnia de cõi vni⁹confes.
1.C & ponti. ¶ Dominica in.lx.tota dicitur histo. Fe.2.5.& sab.
2.C de cõme. ¶ Dominica in.lx.tota dicitur hist. Fe.2.3.& sabb.
3.C de cõ. Fe.5.epistola & euã.de.4.fe. ¶ Dñica in.lx.tota dicitur histo.& tantum memoria de sctõ . Fe.2.5. et sabbato de commemo. Feria quarta & quinta de fe. ¶ Dominica in.lx.
4.C tota dicitur hist. Feria.3.6.& sabba.de cõ. In anno bissexti. fiat serui.de apostolo.in quinta feria.& tunc in. 4.feria fiat vna cõ. In sexta feria de feria . Et abhinc vsq3 ad inceptionem hist. In principio accipietur.4. B.& inchoetur ad do.l.
5.C ¶ Dominica in sexagesima tota dicitur histo. Feria secunda & tertia de sanctis nouem lec.omnia de cõi huius confes. et
1.D ponti. Feria quinta & sab.de comme. ¶ Dominica in.lx.tota dicitur histo.et memo.de sancto preiecto:et de sancta maria & fes.s.pauli differatur in crastinũ. Feria quinta sexta & sab.
2.D de cõme. Feria tertia de sancto cum noc. ¶ Dominica in.lx. tota dicitur histo.et memoria de fes.& de sancta maria. Secũ de vespere erunt de puri.& solen.memoria de do. Fe.4.6. et
3.D sabbato de comme. ¶ Dominica in.lx.tota dicitur historia. Feria secunda quinta & sab.de cõme. Fe.3.de fes.cũ noc. Fe. 4.&.6.de fe. R.per ordinẽ:& epistole & euan. earundem fe.
4.D ¶ Dominica in sexagesima tota dicitur historia. Feria secũda de fes.cũ noc. Feria tertia quinta & sabbato de commemo.
5.D ¶ Dominica in.lx.tota dicitur historia.& fes.sancti petri differatur in crasti. Feria quinta sexta & sab.de comme. In anno bissextili fiat ser.de apostolo in.4.feria,& tũc in.3.fe. fiat vna commemo.& in quinta feria dicuntur epistola & euang. de quarta fer. Et abhinc vsq3 ad.2.diem augusti accipietur. 4. C. pro litera dominicali et inchoetur ad dominicam.l.
1.E ¶ Dominica in sexagesima tota dicitur histo. Feria.4.6.& sabbato de commemora. Feria secunda de sancto cum noct.
2.E ¶ Dominica in.lx.totum serui.de purifi. Ad vtrasq3 vespe. & ad matuti.fiat solen.memoria de dominica & ad mis. Feria tertia et sabba.de cõmemo.& nihil de.3.cõme.& historia dicitur fe.2.5.&.6.& nihil de sanctis ibidem contingen. nisi memoria tantum ad vesperas et ad matutinas de sancta maria. Missa dñicalis dicitur in secũda feria.& in.5.fe.epistola et euan.de.4.fe. Feria.6.epistola et euange. eiusdem ferie.
3.E ¶ Dominica in sexagesima tota dicitur historia. Feria tertia quinta & sabbato de cõmemo. Feria secunda de fes.cum noct.
4.E ¶ Dominica in sexagesima tota dicitur historia et tantum

memoria de fes. Feria secunda tertia ⁊ quinta de commemo. Feria quarta ⁊ sexta de fe. Epistola ⁊ euāge. earundem fe.

5.E ¶ Dominica in .lx. tota dicitur historia. Secunde vesp. erūt de apostolo ⁊ solē. memoria de do. Feria tertia quinta ⁊ sexta de cō. Sabba. de sancto dauid. ix. lc. or. ⁊c. de cōi vnius confes. ⁊ pōti. In anno bissextili. fiat serui. de sctō mathia in .3. fe. ⁊ tūc in fe. 2. fe. 5. ⁊ sabba. de cō. Et abhinc vsque ad inceptionē hist. In principio. accipietur. 3. D. p littera do. ⁊ inchoetur ad do. l.

1.F ¶ Dominica in .lx. tota dicitur historia. Feria tertia quarta ⁊ quinta de comme. Feria. 2. de fes. cū noc.

2.F ¶ Dominica in .lx. tota dicitur historia. Ad pri. ves. que erūt de purifica. fiat solen. memoria de dominica et nulla memoria de sancto blasio ad has vesperas sed ad matutinas ⁊ ad mis. fiat memoria de sancto blasio. Secunde vespere erunt de dominica ⁊ memoria de com. Feria. 2. 5. ⁊ sabbato de comme.

3.F ¶ Dominica in .lx. tota dr historia ⁊ tantum memoria de fes. Feria. 2. 3. ⁊ sab. de commemo. Feria quarta ⁊ sexta de feria

4.F ¶ Dominica in .lx. tota dr histo. Feria tertia quinta ⁊ sab. de commemo. ⁊ in secunda feria dicitur missa Salus populi.

5.F ¶ Dominica in .lx. tota dr histo. ⁊ fes. sancti mathie differa. in crasti. Feria tertia quarta ⁊ quinta de commemo. Feria sexta de sancto dauid episcopo nouem lectiones omnia de communi vnius confessoris ⁊ pontificis. In anno bissextili in sabbato de sancto dauid. Et tunc ab hoc die vsque ad inceptionem histo. In principio accipietur. 5. E. pro littera dominicali et inchoetur ad do. l.

1.G ¶ Dominica in .lx. tota dr historia ⁊ memoria tātum de fes. ⁊ de sancta maria. Feria secūda quarta ⁊ sabbato de comme. Feria tertia de fes. cum noct.

2.G ¶ Dñica in .lx. tota dr histo. Feria. 4. 5. ⁊ sab. de commemo.

3.G ¶ Dominica in sexagesima tota dicitur histo. Feria secunda tertia ⁊ sabbato de com. Feria quinta de fe. cū mis. de. 4. fe.

4.G ¶ Dominica in sexagesima tota dr hist. Feria secunda tertia et quarta de commemo. Sabbato de sancto mathia. In anno bissextili in secūda feria sequen. dicitur de sancto mathia et tunc in sabbato dicitur de sancta maria et in quarta ⁊ sexta feria de fe. Epistola et euange. earundem fe. Ab hac die vsque ad inceptionem histo. In principio. accipietur. 4. F. pro littera dñicali et inchoetur ad dominicā quinquagesime

5.G ¶ Dominica in sexagesima tota dicitur histo. Feria secūda tertia ⁊ sabbato de comme. Feria quinta de sancto dauid episcopo nouem lectiones de communi vnius confessoris et pōtificis. Feria sexta de sancto cedda episcopo nouem lectiones de communi vnius confessoris et pontificis.

¶ Dominica in sexagesima ad vesperas. an. Benedictus. ps. Ipsum. Capitulum.

2. cor. 11 D

LIbenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes: sustinetis enim si quis vos in servitutẽ redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur: si quis in faciẽ vos cedit. ℟. Volens noe. Hymnus. Deus creator. ℣. Vespertina. an. Loquens dominus ad noe ait: ponam arcum meum in nubibus celi et erit signum federis inter me & inter terram. ps. Magnificat. Oratio.

DEus qui cõspicis quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propiti⁹ ut contra omnia adversa doctoris gentiũ protectione muniamur. Per. Ad matutinas Invitatoriũ. Quoniam deus magnus dominus. Et rex magnus super omnes deos. ps. Venite. Hy⁹ Primo dierum. ¶ In. j. noc. ãn. Servite dño. ps. Beat⁹ vir. ℣. Memor fui. Hac die dominica in. j. noct. & per totã hebdo. legantur lc. de noe quãdo de tẽporali agitur usqꝫ ad abrahã. Lectio. j.

Gene. 5. et. 6. D & A

NOe vero cum quingentorũ esset annorum, genuit sem, cham, et iaphet. Cũque cepissent homines multiplicari super terram et filias procreassent: vidẽtes filij dei filias hominum quod essent pulchre, acceperũt uxores sibi ex omnib⁹ quas elegerant.

1

℟. Noe vir iustus atqꝫ perfectus cum deo ambulavit. Et fecit omnia quecũqꝫ precepit ei deus. ℣. Noe autem invenit gratiam ante dominũ deũ. Et fecit. Lectio secunda.

DIxitqꝫ deus. Non permanebit spiritus me⁹ in homine in eternum: quia caro est. Eruntqꝫ dies illius cẽtum viginti annorum. Gygantes autem erant super terram in diebus illis. Postq̃ enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum illeqꝫ genuerunt: isti sunt potentes a seculo viri famosi. ℟. Dixit dñs ad noe: finis universe carnis venit corã me. Repleta est terra iniquitate eorũ: & ego disperdam eos cum terra. ℣. Fac tibi arcam de lignis levigatis, mansiunculas in arca facies. Repleta. Lectio tertia.

2

VIdens autem deus q̃ multa mala essent in terra: & cũcta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, penituit eum q̃ hominẽ fecisset in terra. Et precavens in futurum et tactus dolore cordis intrinsec⁹: delebo (inquit) hominẽ quẽ creavi a facie terre: ab homine usqꝫ ad animãtia, a reptili usqꝫ ad volucres celi. Penitet enim me fecisse eos. ℟. Quadraginta dies & noctes aperti sunt celi: et ex omni carne habente spiritum vite. Ingressi sunt in arcam. Et clausit a foris hostium dominus. ℣. Noe vero et uxor ei⁹, filij eius et uxores filiorum

3

eius. Ingressi. Gloria pa. Et
In secundo nocturno an. Bo
norum. ps. Conserua. v. Me=
dia nocte. Med. lc. de ser. bea=
ti ioanis epi. Lectio quarta.

Nemo est qui nesciat in principio hominem sic a deo plasmatum esse: vt instrueretur prouidentia, consilio: et ratione. Prouidentia qua hostis calliditatē vitaret. Consilio quo salutaria ac recta perquireret. Ratiōe qua deo genitori parēdum esse cognosceret. R. Edificauit noe altare domino offerens super illud holocausta: odorat[9] est dominus odorem suauitatis et benedixit eis. Crescite et multiplicamini et replete terram. Vsus. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum et cū semine vestro post vos. Crescite et multi. Lectio quinta.

Etenim dominus deus videns hominem innocentem quem fecerat instruxit, monuit et armauit. Quippe qui cum diabolo fuerat pugnaturus: velut quibusdam armis, hoc est prudentia, consilio, et ratione fuerat instruēdus. Addidit preterea legem qua dei volūtatem cognosceret: et quid contemnenti euenire posset addisceret. R. Ponam arcum meum in nubib[9] celi dixit dominus ad noe. Et recordabor federis mei quod pepigi tecum. Vsus. Cumque obduxero nubibus celum, apparebit arcus meus in nubibus. Et recordabor federis mei quod pepigi tecū. Lec. vi.

Qui quidē homo incautus cum magis diabolo persuadenti quam domino iubenti consensit: sic et vitam quam habuit perdidit, et mortem quam ignorabat accepit. Stabat autem adā inter vxorem et diabolum, inter euam et hostem, inter mulierem et serpentem. Diabolus persuadet vt noceat: eua consentit vt pereat. R. Per memetipsum iuraui dixit dominus: nō adiiciā vltra aquas diluuij super terrā: pacti mei recordabor. Vt non perdam aquis diluuij omnem carnē. Vsus. Ponam arcum meum in nubibus celi et iurabo per dexteram meam. Vt non perdam aquis diluuii. Gloria patri et filio. Vt non perdā.

¶ In tertio nocturno. Ana. Preceptum. ps. Celi enarrant. V. Exaltare domine.

¶ Euangelium Secundum Lucam.

In illo tempore. Cū turba plurima conueniret et de ciuitatibus properarent ad iesum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semē suum. Et reliqua. Homelia beati gregorii pape. Lectio septima.

Lectio sancti euangelij quā modo fratres charissimi audistis: expositione non indiget sed admonitione. Quam enim per semetipsum veritas exposuit: hanc discutere humana fragilitas non presu=

mit. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione domini= ca pensare debeamus.
Quia si nos vobis semē verbum, agrum mundum v olu= cres demonia, spinas diui= tias significare diceremus: ad credendū nobis forsitan mēs vestra dubitaret. R. Requie= uit arca mense septimo super mōtes armenie. Et aque ibāt et decrescebant vsq ad deci= mum mensem. Vsus. Decimo enim mense prima die mēsis cacumina montium apparue runt. Et aque. Lectio. viij.

Unde et idem dominus per semetipsum digna= tus est exponere quod dice= bat: vt sciatis rerum signifi= cationes querere, in his etiā que per semetipsum voluit ex planare. Exponendo igitur quod dixit figurate se loqui innotuit: quatenus vos cer= tos redderet, cum vobis no= stra fragilitas verborum il= lius figuras aperiret. Rm. Volens noe scire si iam cessas sent aque emisit columbam que ramum virentis oliue in ore suo deferens. Ad arcam re uersa est. V. Deferens autem signum clementie dei colum= ba in ore suo. Ad arcam. Lc. ix

Quis em̄ mihi vnq̄ cre= deret, si spinas diuitias interpretari voluissē: maxime cū ille pūgant, iste delectent? Et tamen spine sunt: quia co gitationum suarum punctio= nibus mentem lacerant. Et cum vsq ad peccatum pertra hunt: quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene in hoc loco (alio euangelista testan= te) nequaq̄ domin⁹ diuitias, sed fallaces diuitias appel= lat. R. Benedicens ergo de⁹ noe ait: nequaq̄ vltra maledi cam terre propter hominem. Ad imaginem quippe dei fa= ctus est homo. V⁹. Hoc erit si= gnum federis inter me & ter= ram: arcum meum ponam in nubibus celi. Ad imaginem. Gloria patri. Ad imaginem. V. Excelsus super oēs gētes.
¶ In laudibus. Antiphona.
Secundum multitudinem miserationum tuarum domi= ne dele iniquitatem meā. ps. Miserere mei deus. ān. Deus meus es tu & confitebor tibi: deus me⁹ es tu & exaltabo te. ps. Confitemini. ān. Ad te de luce vigilo deus vt videam virtutem tuam. ps. Deus de⁹ meus. ān. Hymnum dicite et superexaltate eum in secula. ps. Benedicite omnia. Ana. Omnes angeli eius laudate dn̄m de celis. ps. Laudate do= minum de celis. Cp̄m. Liben ter suf. Hy⁹. Eterne rerum. V. Domine refugium. ān. Cū turba plurima conueniret ad iesum & de ciuitatibus prope rarent ad eum, dixit per simi= litudinem: exiit qui seminat seminare semē suum. ps. Be= nedictus. Oro. Deus qui con.
¶ Ad primam ān. Semen ce= cidit in terram bonam & attu lit fructum aliud centesimum et aliud sexagesimum. Psal.

Deus deus meus respice.
¶ Ad terciam añ. Semen cecidit in terram bonam & attulit fructum in patientia. ps. Legem pone. Cpm. Libenter R. & h9. sicut in proxima do. preced. ad omnes horas dñi.
¶ Ad sextam añ. Jesus hec dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat. Psalm. Defecit. Capitulum.

2. cor. 12. A

SCio hominem in christo ante annos quatuordecim (siue in corpore siue extra corpus nescio: de9 scit) raptũ huiusmodi vsqꝫ ad tertium celum. ¶ Ad nonam añ. Uobis datum est nosse mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis: dixit Jesus discipulis suis. Psalmus. Mirabilia. Capitulum.

SCio hominem (siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit) quoniã capt9 est in paradisum: & audiuit arcana verba que nõ licet homini loqui. Ad vesp. añ Sede a dextris meis. ps. Dixit dñs. Cpm. Libenter. Hy. Lucis creator. v. Dirigatur. añ. Qui verbum dei retinent in corde bono & optimo: fructum afferunt in patientia. p. Magnificat. Oratio. De9 qui conspicis. Quotidie per hebdoma. dicuntur R. ad matuti. secundum ordi. noctur. histo. do. quando de fer. agitur. He sequentes añe dicuntur per hebdo. super psalmos. Benedictus. & Magnificat. añ Semen est verbum dei, sator autem christ9: omnis qui audit eum manebit in eternum. añ. Quod autem cecidit in terrã bonã hi sunt qui in corde bono & optimo verbum dei retinent & fructum afferũt in patientia. añ. Si vere diuites esse cupitis veras diuitias amate. añ Si culmen veri honoris queritis ad illam celestem patriam q̃tocius properate. He sunt lectiones per hebdomadam.

Gen. 6

NOe vero inuenit gratiam coram domino. He sunt generationes noe. Noe vir iustus atqꝫ perfectus fuit in generationibus suis. Cum deo ambulauit: & genuit tres filios: Sem, Cham, & Japhet Corrupta est autẽ omnis terra corã deo: et repleta est iniquitate. Cumqꝫ vidisset deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad noe. Finis vniuerse carnis venit coram me. Repleta est terra iniquitate a facie eorũ: et ego disperdam eos cum terra. Dixitqꝫ dominus ad noe. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Mansiunculas in arca facies: & bitumine lines intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arce: & quinquaginta cubitorũ erit latitudo: et triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies: & in cubito consummabis summitatem illius. Ostium autem

arce pones ex latere deorsum: cenaculũ & tristega facies in ea. Ecce ego adducã diluuij aquas super terram: & interficiam omnem carnem in qua spiritus vite est subter celũ: & vniuersa que in terra sunt consumentur. Ponamq; fed⁹ meum tecũ: & ingredieris arcam tu et filij tui: vxor tua et vxores filiorum tuorum tecũ Et ex cunctis animantibus vniuerse carnis bina iduces vt viuãt tecum: masculini sexus & feminini. De volucribus iuxta genus suum: & de iumentis in genere suo: et ex omni reptili terre secundum genus suum: bina de omnib⁹ ingrediãtur tecum vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis que manducari possunt: & comportabis apud te: & erunt tam tibi ꝙ illis in cibum. Fecit ergo noe omnia quecunq; precepe rat ei deus.

1. A ¶ Dominica in l. tota dicitur historia & fe. sancte agathe differatur in crastinũ et fiet tantum ibi memoria de commemo. fe. Feria 3. de sancta maria & in sab. dr 7. ℞. cũ his. 2. ℞. fe.

2. A ¶ Dominica in quinquagesima tota dicitur historia. Feria secunda & tertia de commemoratio. In sabba. dicuntur ℞. fe.

3. A ¶ Dominica in. l. tota dicitur histor. Feria secunda & tertia de commemo. Feria quarta de ieiunio & fes. sancti petri differatur in crasti. Sabbato de ieiunio cum. I. ℞. historie et cũ 2. ℞. fer. In anno bissextili fiat seruitiũ de sancto Mathia in sabbato. Et in sexta feria dicuntur ℞ia ferialia. Et tunc ab hac die vsq; ad inceptionem historie. In principio accipitur 3. G et inchoetur ad primam dominicam quadragesime.

4. A ¶ Dominica in quinquagesima tota dicitur historia. Feria secunda & tertia de commemo. Feria 4. de ieiunio & fes. sancti dauid vsq; ad sextã feriam differatur. Feria quinta de sancto cedda episcopo & confessore ix. lectiones de communi: et solennis memoria de ieiunio sed non pro penitentibus. Feria sexta de sancto Dauid episcopo, omnia de communi vni⁹ confessoris et pontificis. Memoria de ieiunio solenniter, et sabbato dicitur primum ℞. historie cum secundo ℞. fer.

5. A ¶ Dominica in quinquagesima tota dr historia. Feria secũda et tertia de commemoratione et memoria de virgi. Feria quinta sexta & sabbato de ieiunio cum ℞. de historia et sabbato responsoria ferialia pariter cantentur.

1. B ¶ Dominica in quinquagesima tota dicitur histo. & memo. tantum de confesso. Feria. 2. & 3. de cõmẽo. & sab. dñr ℞. fer.

2. B ¶ Dominica in. l. tota dicitur histor. Feria secunda et tertia de commemo, & memoria de fes. & ℞. fe. in sabbato cantẽtur.

3.B ¶ Dominica in l.tota dr histo. Feria secunda de sancta maria: et in sabba. dñr R. fe. In anno bissextili fiat ser. de sctō mathia in 6.fe. Et tunc ad hoc sab. vsq ad inceptionem hist. In principio accipietur 3. A pro lite. do. et inchoetur ad 1. do. xl

4.B ¶ Dominica in l.tota cantetur histo. Feria 2. de sancto mathia. Feria 3. de sancto dauid. ix. lec. omnia de cōi vni9 conf. et ponti. Feria 4. de ieiunio et fest. s. cedde diffe. in crasti. et fiat ibi ix. lectio. de cōi vnius confess. et ponti. Sabba. dñr R. fe.

5.B ¶ Dominica in. l. tota cantetur histo. Feria secunda et tertia de commemo. et memo. de virgi. et in 6. fer. dñr Ria fer.

1.C ¶ Dñica in. l. tota dicitur histor. Feria 2. et 3. de commemo. Feria quarta de ieiu. et nihil de fes. nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta maria et in sabba. dñr R. fe.

2.C ¶ Dominica in. l. tota dicitur histo. et memo. de sancto. Feria 2. et 3. de commemo. et memor. de fes. et sabba. dicuntur R. fe. et nihil de fes. iij. lectio. ab hac die vsq ad octa. pasche nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.

3.C ¶ Dñica in. l. tota cantetur histo. Feria tertia de sancta maria. Feria. 4. de ieiu. et fes. sancti mathie diffe. in crasti. Sabbato dñr R. fe. In anno bissextili fiat ser. de apso in 5. fer. Et tunc ab hoc sabba. vsq ad inceptionem histo. In principio accipietur 3. B pro litera dominicali et inchoetur ad. 1. do. xl.

4.C ¶ Dominica in. l. tota cantetur histo. Feria. 2. de. s. dauid ix. lec. Oratio et c. de cōi vnius confes. et pontifi. Feria. 3. de sctō cedda: oia de cōi. In hac heb. nulle fiāt cōe. In sab. dñr R. fe.

5.C ¶ Dominica in l. tota dicitur histo. et memo. tantū de virgi. Feria secunda et tertia de commemor. et in sabba. dicuntur R. fe. Feria 6. de sctō grego. cū. Ecce sacer et solē. mēo. de ieiu.

1.D ¶ Dominica in l. tota dicitur histor. et memoria tantum de fes. Secunde vespere erunt de purifica. et solen. memoria de dñica. Feria 3. de sctā maria et mēo. de sctō: et in sab. dñr R. fe

2.D ¶ Dñica in l. tota dicitur histo. Feria secunda et tertia de cōmemo. et memor. de fes. et in sabba. dicuntur R. fe. Et ab hac die ad missam vsq ad octa. pasche nihil fiat de fest. iij. lectio. nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta maria.

3.D ¶ Dñica in l. tota cātetur hist. Fe. 2. et 3. de cōe. et mēo. de fes.

4.D ¶ Dominica in l. tota dicitur histo. et fes. sancti petri diffe. in crasti. Feria 3. de sancto mathia et in sabba. dñr R. fe. Feria quarta de ieiu. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in 5. fer. et in 3. fer. fiat commemo. de sancta maria. Et ab hac die vsq ad inceptionem histo. In principio accipietur 3. C. pro litera dominicali et inchoetur in prima dominica xl.

5.D ¶ Dominica in l. tota dicitur histo. et fes. s. dauid diffe. vsq

ad 3. fe. Secunde vespere erunt de sancto cedda episcopo et cōfes. & memoria de do. Feria 2. de sancto cedda ix. lectiones Oratio & cetera de communi vnius confessoris et pontificis Feria tertia de sancto dauid ix. lc. oia de cōi. Sab. dñr ℞ fe.

1. E ¶ Dñica in l. dr purifica. Ad vtrasqꝫ vesper. ad matuti. et ad missam fiat solen. memo. de dñica. Feria tertia de sancta maria et nihil de fes. loci. Feria 6. & sab. de fe. cum ℞. hist. dñice per ordinē & missa dñica, dr in 2. fe. & ℞. fe. pretermittantur: et nihil de sancto blasio nisi ad matutinas de sancta maria.

2. E ¶ Dñica in l. tota dr hist. Feria 2. & 3. de cō. & i sab. dñr ℞. fe.

3. E ¶ Do. i l. tota dr hi. & me. de fe. Fe 2. & 3. de 2. Fe. 6 dñr ℞ fe.

4. E ¶ Dñica in l. tota dr histo. Secunde vespere erunt de sancto mathia & solen. memo. de dñica. Feria secūda de apostolo. Ad secundas vespe: fiat solen. memor. de sancta maria cum aña. Sub tuā Feria tertia de sancta maria. Feria sexta dñr ℞. fe Sabbato de sancto dauid ix. lc. Oratio &c de cōmuni vnius confessoris & pontificis. In anno bissextili in 3. fe. de sancto mathia: & in 2. fer. de sctā ma. Et ab hac die vsqꝫ ad inceptionē hist. In principio accipietur 4. D. & inchoetur ad 1. do. xl.

5. E ¶ Dñica in l. tota dr histo. et fes. s. cedde disse. vsqꝫ in crasti. Feria secūda de s. cedda ix. lc. de cōmuni vnius confes. & pōti. Feria tertia de sancta maria & in sab. dñr ℞. fe. Feria sexta nihil de virgi. nisi tantum memoria ad vesperas & ad matutinas de sancta maria & sic de omnib9 fes. iij. lc. vsqꝫ ad pasc.

1. F ¶ Dñica in l. de ser. do. Ad primas vesperas que erūt de purifi. fiat solen. memo. de dñica tantum. Ad matu. mēo. de sancto Secunde vespere erunt de dñica & solen. mēo. de sctā maria cum ā. Sub tuam Feria scda de sctā maria. Sab. dñr ℞. fe.

2. F ¶ Dominica in l. tota dicitur historia memoria de fes. Feria secunda & tertia de commemoratione & in sabba. dñr ℞. fer.

3. F ¶ Dominica in l. tota dicitur historia. Feria secunda & tertia de commemoratione et in sabba. dicuntur ℞ia ferialia.

4. F ¶ Dominica in l. tota dicitur historia. Secūde vespere erūt de sancto mathia et solen. mēo de do. Feria secūda de sancto mathia. Ad secundas vesperas fiat solēnis memo. de sancta maria cum ān Sub tuam. Feria tertia de sancta maria et in 5. fe. ℞. fe. pariter cātentur. Feria sexta & sabbato de sanctis ix. lc. Oratio &c. de cōi vnius confesso. & ponti. Si fuerit bissextus tunc ab hoc sab. vsqꝫ ad inceptionē historie In principio accipietur 4. E p litera do. & inchoetur ad 1. dñicam xl

5. F ¶ Dominica in. l. tota dicitur hist. Feria secunda et tertia de commemo. & in sabba. dñr ℞. fe. Feria quinta nihil de virg. nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta maria,

1. G et sic de aliis festis trium lectionum usque ad pascha.
Dominica in .l. tota dicitur historia. Vespere erunt de sancta agatha. cap. Confitebor et solennis memoria de dominica
2. G Feria tertia de sancta maria et in sab. R. fe. pariter cantentur
Dnica in l. tota dr hist. Feria 2. et 3. de coe. et ad ves. in 3. fe. que erunt de fe. nulla fiat meo. de sancto nisi ad vespe. et ad matutinas de sancta maria: et in sabba. dicuntur R. fer.
3. G Dnica in l. tota dr hist. Fer. 2. et 3. de co. Fer. 6. dnr R. fer. Sab. de s. Mathia. Scde ves. erunt de apko: et sole. me. de do. et dr copl. de xl. In anno bissextili fiat ser. de s. Mathia in 2. fe. sequen. et tunc in sab. dnr R. ia fe. Et abhinc usque ad inceptione his. In principio accipiet. et inchoet ad .1. do xl.
4. G Dnica in l. tota dr hist. Feria 2. et 3. de coe. Feria 5. de scto David epo ix. lec. oia de coi bnius confesso. et pontifi. et me. de ieiunio. Feria 6. de s. cedda. ix. l. oia de coi. Sab. dnr R. fe.
5. G Dominica in l. tota dr histo. Feria. 2. et 3. de comme. Feria quarta de ieiunio et nihil de virgi. nisi tantum memoria ad vesperas et ad matuti. de sancta maria. In sab. dnr R. ia. fer.

Dnica in quinquagesima Ad vesperas an. Benedictus ps. Ipsum. Capitulum.

1. cor. 13 A Si linguis hominu loquar et angelorum, charitatem aute non habeam: factus sum velut es sonas, aut cymbalu tinniens. R. Reverenti abraha. Hy. Deus creator. V. Vespertina. Dum staret abraham ad radice mambre vidit tres pueros descendentes per viam: tres vidit et vnu adoravit. ps. Magt. Oro.

Preces nostras qs dne clementer exaudi: atque a peccatoru nostrorum vinculis absolutos, ab omni nos adversitate custodi. p. Invit. Om deus. ps. Venite. Hy. Primo dieru. In .i. noctur. an Servite. ps. Beat vir. V. Memor fui. Hac die et in .i. noc. et per tota hebdo. legantur le. de abraha quando de temporali agitur: nisi in .iiij. fe. usque ad Senuit isaac. Lectio .i.



Gene. 12. A Locutus est dns ad abraha dices Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram qua monstravero tibi: et facie te crescere in gente magna. Et benedica tibi et magnificabo nomen tuum: erisque bndictus. Benedica benedicentib tibi: et maledicam maledicentib tibi: atque benedicentur in te oes cognationes terre. R. Locut est dns ad abraha dicens: egredere de terra et de cognatione tua, et veni in terra quam monstravero tibi. Et facia te crescere in gentem magnam. V. Benedicens benedicam tibi et multiplica

uo te. Et faciã. Lectio secũda

Egressus est itaqꝫ abraham sicut preceperat ei dñs: et iuit cum eo loth. Septuaginta quinqꝫ annorum erat abrahã cum egrederetur de harã. Tulitqꝫ sarai uxorẽ suam: et loth filiũ fratris sui: uniuersamqꝫ substantiã quã possederant et aias quas fecerãt in harã. Et egressi sunt ut irent in terrã chanaan. Cũqꝫ uenissent in eã: pertransiuit abrahã terram usqꝫ ad locum sichẽ: et usqꝫ ad cõuallẽ illustrem. Chananeus autẽ tunc erat in terra. Apparuit dñs abrahã: et ait illi. Semini tuo dabo terrã hanc. R. Reuertẽti abrahã a cede quatuor regũ occurrit rex salẽ melchisedech offerẽs panem et uinũ Erat enim dei sacerdos et benedixit illi. V. Benedict⁹ abraham deo altissimo: qui creauit celum et terram. Erat. Le. iij.

2

Qui edificauit altare ibi dño qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montẽ qui erat contra oriẽtẽ bethel, tetẽdit ibi tabernaculum suũ: ab occidente habẽs bethel, et ab oriente hai. Perrexitqꝫ abrahã uadens et ultra ꝓgrediẽs ad meridiẽ. Facta est aũt fames in terra. Descẽditqꝫ abrahã in egyptum: ut peregrinaretur ibi. Preualuerat eñi fames i terra. Cũqꝫ ꝓpe esset ut ingrederetur egyptũ: dixit sarai uxori sue. Noui q̄ pulchra sis mulier: cum uiderint te egyptij dicturi sũt q̄ uxor mea sis: et interficient me, et te reseruabũt. R. Eduxit dñs abrahã foras et ait illi. Suspice celum et numera stellas si potes: sic erit semen tuũ. V. Credidit abrahã deo et reputatũ est ei ad iustitiã. Suspice. Gl̃ia. Su. In. ij. noc. an Bonorum. ps. Conserua. R⁹. Media nocte. Med. lec. de ser. beati ioannis epi. Lc̃tõ. iiij.

3

Fides est religiõis sctissime fundamentũ, charitatis uinculũ, amoris subsidiũ. Hec sanctitatem firmat, castitatem roborat, dignitatẽ exornat. In pueris splẽdet, in iuuenib⁹ floret, in puectis apparet. Gubernat sex⁹, grad⁹ promouehit, officia custodit. In paupere grata est: i mediocri leta, in locuplete honesta. Fides amicitias seruat, collegia copulat, artes cõmendat. R. Dixit aũt dñs ad abrahã: ego sum et pactũ meũ tecum: sanctificetur in uobis omne masculinũ. Et erit signũ inter me et semen tuũ. V. Ex te namqꝫ egredietur in quo omnes gentes benedicentur. Et. Lc̃tõ. v.

4

Fides aũt nullũ despicit, nullũ cõtẽnit, nulli deest nisi q̄ ei forte defuerit. Fides mãdata tenet, precepta seruat, ꝓmissa cũsummat. Fides eñi familiares efficit deo amicos cõstituit chro. Neqꝫ enim quisq̄ fidei ꝓmissa perficiet nisi professionẽ actibus seruet: aut premiorum potest compos existere, qui promissam fidem noluerit cõseruare

Ut iam aut impleta fide merces homini recōpensetur: aut violate pena competens tribuatur. ℟ Dum staret abraham ad radicem mambre: vidit tres pueros descendētes per viam. Tres vidit et vnū adorauit. ℣ Cumq3 vidisset eos cucurrit in occursum illorum adorans dominum. Tres vidit. Lectio sexta.

5

Huius fidei ab abraham ducamus exordiū. Qui cum in occidua constitut⁹ etate filium a deo promissum se crederet accepturum: & fidei precium in filio conspexit, & in stellarum numerum suam sobolem redundantem fide eadem comparauit. Denique vnus abrahe filius exoptatur: & immensa ei multitudo promittitur. Solatium vni⁹ heredis conqueritur: & innumerabilis soboles destinatur Nescis (inquit dominus) nescis abraham quod destinatū sit tibi. Sed idcirco nescis: q2 quod merearis non respicis. ℟ Clamor (inquit dominus) sodomorum et gomorre venit ad me. Descendam & videbo vtrum clamorem opere compleuerint. ℣ Abraham stabat coram deo et ait: absit a te domine, vt perdas iustum cum impio. Descēdam. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Descendam et videbo.

6

¶ In tertio nocturno a͂ Preceptum. ps. Celi enarrant. ℣ Exaltare domine.

¶ Secundum Lucam.

Cap. 18

In illo tempore. Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos: & ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā: & cōsummabūtur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et reliqua. Homel. beati grego. pa. x. vii

Redemptor noster preuidēs ex passione sua discipulorum animos perturbandos: eis lōge ante et eiusdem passionis penam, et resurrectionis sue gloriam predixit. Ut cum morientem sicut predictū est cernerent: etiam resurrecturum nō dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterij: venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cec⁹ lumen recepit: vt qui celestis mysterij verba non caperent, eos ad fidem celestia facta solidarent. ℟ Ait autem abraham ad dominum: obsecro domine mi ne deleas omnem locū propter iustos decem. Respondit dominus deus, nō delebo propter decem. ℣ Ne queso domine irascaris si loquar semel: quid facies si inuenti fuerint decem? Respondit dominus. Lectio octaua.

7

Sed miracula domini et saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres mei: vt in veritate credantur facta, et tamen per significationē nobis aliquid innuant. Opera quippe eius per potentiam aliud ostendunt: & per mysterium aliud loquuntur. Ecce

enim quis iuxta historiam ce cus iste fuerit ignoram⁹: sed tamē quid per mysteriū signi ficet nouimus. Cecus quippe est genus humanum: quod in parente primo a gaudiis pa radisi expulsum, claritatem superne lucis ignorans dam natiōis sue tenebras patitur.
8 ℟. Ascendens ergo deus ab abraham: pluit ignem et sul phur super sodomam. Abrahā mane cōsurgens stetit et euer sas vrbes a longe conspexit. ℣. Recordatus est deus abra ham: et liberauit loth de sub uersione sodome. Abrahā ma ne consurgens. Lectio nona.

SEd tamen per redem ptoris presentiam illu minatur: vt iterne lucis gau dia iam per desideriū videat: atq; in via vite boni operis gressus ponat. Notandum ve ro est q cum iesus hierico ap propinquare dicitur: cecus il luminatur, Hierico quippe interpretatur luna. Luna ve ro in sacro eloquio ꝓ defectu ponitur carnis. Quia dū men struis momentis decrescit: de fectum nostre mortalitatis de signat.
9 ℟. Tentauit de⁹ abra ham & dixit ad eum: tolle fi lium tuumquē diligis isaac: et offeres illum mihi in holo caustum Super vnum mon tium quem dixero tibi. ℣sus. Immola deo sacrificium lau dis: et redde altissimo vota tua. Super vnum. Glozia pa tri. Super vnum. ℟ecia. ℟. Angel⁹ domini vocauit abra ham dicens. Ne extendas ma num tuam super puerum, eo q timeas dominum. ℣. Cum q; extendisset manum vt im molaret filium, ecce angelus domini clamauit dicens. Ne.
℟. Deus domini mei abrahā dirige vias meas. Vt cum salute reuertar in domum do mini mei. ℣⁹. Deus in cuius conspectu ambulauerunt pa tres mei: domine qui pascis me a iuuentute mea. Dirige. Gloria patri. Vt. ℣. Excelsus
¶ In laudibus. Antiphona.
1 Auerte domine faciem tuā a peccatis meis: et omnes ini quitates meas dele. ps. Mise rere mei deus. an. Fortitudo
2 mea & laus mea domin⁹ fact⁹ est mihi in salutem. ps. Con
3 fitemini dño. an. In matuti nis domine meditabor in te, quia factus es adiutor meus
4 ps. Deus deus meus. an. Be nedicamus patrem et filiū in
5 secula cum sancto spiritu. ps Benedicite omnia. an. Iuue nes & virgines et senes cū iu nioribus laudent nomen dñi ps. Laudate. Capm. Si lin guis. Hy⁹. Eterne rerum. ℣⁹ Domine refugium. a. Ecce as cendimus hierosolymam: et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. ps. Benedict⁹. Oratio. Preces nostras.
¶ Ad primam an. Iter facien te iesu dum ambularet hieri co, cecus ad eum clamabat vt lumen recipere mereretur. ps Deus deus meus respice.

¶Ad tertiam añ. Transeunte domino clamabat cecus ad eum: miserere mei fili dauid. ps. Legem pone Caþm Si singulis & ꝟ. sicut in dñica in lxx. ad omnes horas dñr.

¶Ad sextam añ. Cecus sedebat secus viam, et clamabat miserere mei fili dauid. ps. Defecit. Capitulum.

I. cor. 13 B

Charitas patiens est, benigna est: charitas non emulatur, non agit perperã, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt.

¶Ad nonam añ. Cecus magis ac magis clamabat vt eũ dominus illuminaret psalm. Mirabilia testimonia Caþm.

I. Cor 13 C

Charitas non irritatur: non cogitat malum: nõ gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati.

¶Ad vesperas ã Sede a dextris meis ps. Dixit dominus Cþm. Si singulis, hy⁹. Lucis creator optime ꝟ. Dirigatur añ. Stans autem Jesus iussit cecum adduci ad se, et ait illi, quid vis faciam tibi? domine vt videam: et Jesus ait illi: respice, fides tua te saluum fecit: et confestim vidit et sequebatur illũ magnificans deum ps. Magnificat. Oratio vt supra.

¶Feria secunda de fest. loci euũ festum ix. lc. hoc impedierit: vel cõmemo. beate marie de qua in hac. ij. fe. fiet plenũ seruitium quandocunqz in iij fe. sequente festum ix lc. euenere. Hac die erunt vespere de sancta maria: cum pleno seruitio in crasti. si a fest. vacaue. Sinantẽ, fiat seruit. in ij. fe.

¶Feria tertia. Ad vesperas añ. Omnis plebs vt vidit dedit laudem deo ps. Magt. Oratio vt supra. De festis iij lectionum nihil fiat vsqz cra. octauarum pasche nisi memoria ad vesperas & matutinas de sancta Maria ante memoriam de sancto spiritu.

¶Feria quarta in capite ieiunij ad matutinas inuitatorium hymnus, antiphone ps. & ꝟ. illius fe. Lectio prima.



Misericordia (fratres charissimi) peccatorum sunt remedia. Ipsa est que a morte liberat: & non patitur hominem ire in interitũ Hec enim sola patrocinatur in die iudicij: dicente iacobo apostolo. Superexaltat misericordia iudicium. Judicium enim sine misericordia erit illi qui non facit misericordiã. Talis enim debet esse mia q̃ suscipiatur non que repellatur: que peccata expurget nõ que animam grauet: per quã tibi facias debitorem deum, non que te reũ faciat ante deũ De iustis laboribus tuis fac eleemosynã: non de reb⁹ alienis. ℟. Paradisũ portas aperiet nobis ieiunij tẽp⁹: suscipiamus illud orãtes & deprecantes. Vt in die resurrectionis cum domino gloriemur. ꝟ. Ecce nunc tempus acce-

ptabile, ecce nunc dies salutis: commendemus nosmetipsos in multa patiētia. Vt. I. ij

Audi salomonem dicentem Honora dominum de tuis iustis laboribus: non de rebus alienis. Quid dicturi sūt qui aliena rapuerunt & eleemosynas fecerunt. O domine, in nomine tuo misericordias fecimus, pauperes pauim⁹, nudos vestiuimus, peregrinos hospitio recepimus. Quibus dicturus est dominus. Quod dedistis dicitis: rapinam quā fecistis quare non dicitis? Quos pauistis memoramini & quos necastis non recordamini. ℟. Scindite corda vestra et non vestimenta vestra Et conuertimini ad dominū deum quia benignus & misericors est. ℣. Reuertimini vnusquisque a via sua mala: & a pessimis cogitationibus suis. Et re. Lectio tertia.

2

Quos vestistis gaudent: et quos expoliastis plangunt. Quos hospitio recepistis retinetis: & q̄tos de suis habitationibus exclusistis non retinetis. Ego misericordiā fieri iussi: non fraudes, non rapinas mādaui. Vnus repletur: & alius fame torquetur. Non enim scit pauper ille vnde sit quod de manu tua accepit. Ille miser necatus ingemuit: et eius gemitum dominus audiuit, qui vidit quod ei feceris. ℟. Abscondite eleemosynam in sinu pauperis: & ipsa orat pro vobis ad dominū. Quia sicut aqua extinguit ignem: Ita eleemosyna extiguit peccatum. ℣. Date eleemosinam dicit dominus: et ecce omnia munda sunt vobis. Quia sicut aqua. Gloria patri. Ita.

3

℣sus. Fiat misericordia. In lau. añe, & ps illius ferie. Cp.

Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & plāctu: & scindite corda vestra et non vestimenta vestra: ait dominus omnipotens. Hoc cap̄m dr quotidie in fe. ad laudes vsq ad passionem dn̄i: hy⁹ & ℣. illi⁹ ferie āη. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Psalmus. Benedictus Oro.

Joel. 2 C

Presta quesumus domine fidelibus tuis: vt ieiuniorū veneranda solennia, & congrua pietate suscipiant: & secura deuotione percurrāt. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum. Hec oratio dr ad oēs horas. Memo. pro penitentibus. āη. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & plāctu dicit dn̄s. ℣. Peccauimus cum patribus nostris. ℟. Iniuste egimus iniquitatem fecimus. Oratio.

Exaudi quesumus domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgētiā tribuas benignus & pacē. ¶ Ad primā & ad alias horas omnia fiāt sicut in precedentibus fe. Et sic fiat quotidie vsq ad pl. cū oratione de die.

Ad vesperas añe et ps. fer. Cap. **Domin⁹ autem dirigat.** Hy⁹ **Celi deus.** V. **Dirigatur dñe.** Añ. **Thesaurizate vobis thesauros in celis vbi nec erugo neqꝫ tinea demolitur.** Psal. **Magnificat.** Oratio.

INclinantes se domine maiestati tue propitiatus intēde: vt qui diuino munere sunt refecti, celestib⁹ semper nutriantur auxiliis. Per dominum nostrum Jesum.

Quotidie ab hac die vsqꝫ ad cenam dñi quādo de feria agitur: oratio que dr̄ ad missam super populum dr̄ ad vesperas nisi in sabbato. Memoria pro penitentibus añ. **Quis scit si conuertatur et ignoscat deus et relinquat post se benedictionem.** V. **Domine non secundum peccata nostra facias nobis.** R. **Neqꝫ secundū iniq̄tates nostras retribuas nobis.** Oratio. **Exaudi q̄s d.** Quotidie fiat memo. pro penitentib⁹ ad vesperas et ad matutinas ab hac die vsqꝫ ad cenam dñi supra dicto modo qñ de feria agitur. Quodcunqꝫ fes. ix. lc. licet dup. fue. aut dedicationis vel festū loci hac die contige. semper differatur Seruitium vero huius diei nullo modo debet mutari propter aliquod fest. Ab hac die vsqꝫ in crasti. oct. pasche nihil fiat de fes. iij. lc. nisi tantū memoria ad ves. et ad matuti. de sctā maria: que precedet memoriā de sancto spiritu. Quādocunqꝫ fest. ix. lc. ab hac die vsqꝫ ad cenā dñi celebratur: licet dupl. festum fuerit semper fiat solē. memo. de ieiunio ad vtrasqꝫ vesperas et ad matutinas sed non ad mis. Nam post mis. de fes. dr̄ missa de ieiunio vtraqꝫ ad princip. alta.

¶ Feria quinta. Inuita. hy⁹, añe, psalmi, et V⁹ illius ferie. R. vero de historia dominicali per ordinem dicantur: ita tamen q̄ R̄ia ferialia non omittantur. Lectio prima.



DIc ergo obsecro te q̄ soror mea sis: vt bene sit mihi propter te: et viuat aīa mea ob gratiam tui. Gene. 12. **Cū itaqꝫ ingressus esset abraham in egyptū viderunt egyptij q̄ esset pulchra nimis: et nunciauerūt principes pharaoni, et laudauerūt eā apud illum. Tu.** Lectio secunda.

Et sublata est mulier in domum pharaonis. Abrahā vero bene vsus est propter eam Fueruntqꝫ ei oues, et boues, et asini, et serui, familie, et cameli. Flagellauit autem dominus pharaonem maximis plagis et domum ei⁹ propter sarai vxorem abrahā. Le. iij

Uocauitqꝫ pharao abraham et dixit ei. Quidnam hoc est quod fecisti mihi? Quare nō indicasti mihi: q̄ sarai vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam: vt tollerem eam mihi vxorem? Nunc igitur ecce cōiunx tua: accipe eam et vade. vl⁹. **Fiat**

misericordia. In laudib9 añ. & ps. illi9 ferie cp. Convertimini. Hy9, & v. illi9 ferie. añ. Domine puer meus iacet paralytic9 in domo: & male torquetur, amen dico tibi ego veniam et curabo eum. Psalm9 Benedictus. Oratio.

Deus qui culpa offenderis: penitētia placaris preces populi tui supplicantis propiti9 respice: & flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur averte Per dominum. Ad vesp. añ. & ps. ferial. cp. Dominus autē dirigat. Hymn9. Magne de9. v. Dirigatur. añ. Domine nō sum dignus ut intres sub tectum meū: sed tantum dic verbo: & sanabitur puer me9. Ps. Magnificat. Oratio.

Parce domine parce populo tuo: ut dignis flagellationibus castigatus in tua miseratiōe respiret. Per.

¶ Feria sexta Invitato. hy9, añ. & ps, & v. illi9 ferie. R. de histo. do. dñr per ordinem: ita tamen quod R. ia ferialia nō omittantur. Lectio prima.



Recepitq3 pharao super abraham viris: & deduxerunt eum & uxorem eius, et omnia que habebat. Ascendit ergo abrahā de egypto: ipse & uxor eius & omnia que habebat: & loth cū eo ad australē plagam. Erat aūt dives valde in possessione auri & argenti. Lectio. ij.

Reversusq3 per iter quo venerat ascendit in bethel usq3 ad locū ubi fixerat tabernaculū inter bethel & hay in loco altaris quod fecerat pri9. Et invocavit abrahā ibi nomen domini: sed & loth erat cū eo. Fueruntque eis greges oviū & armenta & tabernacula nec poterat eos capere terra, ut habitarēt simul. Le. iii.

Erat quippe substātia eorū multa: & nequibant habitare communiter. Facta est autem rixa inter pastores gregum abrahā & loth. Eo autem tempore chananeus & phereseus habitabant in illa terra. Dixitq3 abrahā ad loth. Ne queso sit iurgium inter me & te: nec inter pastores nostros. añ. Cum facis elemosinā nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ps. Benedict9. Oratio

Inchoata ieiunia quesumus domine benigno favore prosequere: ut observantiam quam corporaliter exhibem9, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per. Ad vesp. añ, hy9, & v. illi9 fe. cp. Dominus autem dirigat. Hy9. Plasmator. v. Dirigatur domine. añ. Tu aūt cum oraveris intra in cubiculum: et clauso ostio ora patrē tuū. Ps. Magnificat. Oratio.

Tuere domine populum tuum: & ab omnib9 peccatis clemēter emunda: quia nulla ei nocebit adversitas, si nulla ei dominetur iniquitas Per dominū nostrū Iesum.

Sabbato inuit. Dominū deū. ps Venite. hy' Sūme dec'. In noc. ān. Quia mirabilia. ps Cātate. ij. ℣ Dn̄e exaudi orationē. ℟ dn̄r de hysto. do. suo ordine cū ℟ ferie. Lec. j.



Visitauit deus saram sicut promiserat: et impleuit que locutus est. Concepitq; et peperit filiū in senectute sua: tempore quo predixerat ei deus. Vocauitque abraham nomen filij quē genuit ei, isaac: et circuncidit eū octaua die sicut preceperat ei dominus cum esset centū annorum. Lectio secunda.

Dixit autem sara. Risum fecit mihi dominus. Quicunq; audierit: corridebit mihi. Rursumq; ait. Quis auditur' crederet abraham: q̄ sara lactaret filium quem peperit ei iā seni? Creuit ergo puer et ablactatus est. Fecitq; abraham grande conuiuiū in die ablactationis sue. Lectio tertia.

Quadam die cum vidisset sara filium agar egyptie ludentem cum isaac: ait ad abraham. Eijce ancillam et filium eius Non enim heres erit filius ancille cū filio meo isaac Dure accepit hoc p filio suo abraham. In lau. ān. Benigne. ℣ Miserere. cā Conuertimini. hy' Aurora iā. Si aliquod fes. nouē lec. in hoc sab. cōtigerit tūc p̄dicti tres hymni in illo anno omnino pretermittantur. ℣ In matu. ān. Quare ieiunauimus et nō aspexisti: humiliauimus animas nostras et nescisti. ps. Benedictus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris et cōcede: vt hoc solenne ieiuniū quod animabus corporibusque curandis salubriter institutum est: deuoto seruitio celebremus. Per dominum.

1. A ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur hysto. et in quarta feria et sabbato dicuntur ℟. fe. Feria tertia et quinta fiat memo. de sanctis ad vespe. et ad matuti. de sancta maria.

2. A ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur his. et in quinta feria dicitur ℟. fe. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in sabbato. Et tunc ab hoc sabbato vsque ad inchoationem hysto. In principio accipietur. 2. G. et inchoetur ad secundam dominicam quadragesime.

3. A ¶ Dominica prima quadragesime tota cantetur hyst. In secunda feria cantentur ℟. fe. Feria quarta et quinta de fest. nouem lectiones omnia de communi.

4. A ¶ Dominica. j. xl. tota cantetur hys. Fe. 4. et sab. vt ℟. fe.

5. A ¶ Dominica prima quadragesime tota cantetur historia et fest. sancti gregorij differatur in crasti, Ad, 2, vesp. que erit

de fest. fiat solen. memoria de dominica. & in. 5. fe. dr ℟. fe.

1. B ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur hystoria. In quarta feria & sabbato dicitur ℟. fe.

2. B ¶ Dominica prima. xl. seruit. de dominica & in sexta feria dicitur ℟. fe. In anno bissextili fiat serui. de sctō mathia in sexta fe. & ℟. fe. dicitur in quinta fe. & tūc ab hoc sab. vsque ad incep. hys. In principio accipietur. 2. A et inchoetur ad secundā dn̄icā quadragesime

3. B ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur his. Feria. 3. de sancto dauid nouem lectiones, omnia de communi vnius confessoris & pontificis. Feria quarta de sancto cedda nouem lectiones de communi vnius confesso. Feria sexta dr ℟. fe.

4. B ¶ Dominica prima. xl. de seruicio do. Feria. 4. dr ℟. fe.

5. B ¶ Dominica prima. xl. tota dicitur histo. Ad pri. vespe. que erunt de fes. et solen. me. de dominica & in. 4. fe. dr ℟ fe.

1. C ¶ Dominica prima quadragesime dicitur histo. et nihil de festo. Feria quarta & sabbato dicitur ℟. feriale.

2. C ¶ Dominica prima. xl. tota dicitur hist. & in sexta feria dicitur ℟. fe. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in. 5. fe. Et ab hoc sab. vsque ad inceptionem his. In principio accipietur. 2. G pro litera dominicali & inchoetur ad. 2. do. xl.

3. C ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur histo. Feria secunda de sancto dauid nouem lec. omnia de cōmuni vnius confes. & pontificis. Feria tertia de. s. cedda. ix. lec. omnia de communi vnius confesso. & ponti. & in sexta feria dr ℟. fe.

4. C ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur histo. Feria quarta dicitur ℟. fe. Feria sexta de sancto gregorio.

5. C ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur histo. Feria quarta dicitur ℟. fe. Feria quinta de sancto edvvardo. añ. Iste sanctus cōm. Beatus vir qui in sapiētia ℟. Beat⁹ vir qui suffert. Sabbato de sancto cuthberto nouem lectiones.

1. D ¶ Dominica prima xl. tota dicitur his. Fe. 4. & sab. dr ℟. fe.

2. D ¶ Dominica prima. xl. tota dr historia. Fe. 4. & sabba. ℟. fe.

3. D ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur historia et festum s. petri differatur in crasti. & in sexta feria dicitur ℟. fe. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in quarta feria. Et abhinc vsque ad. 2. diem augusti accipietur. 2. C pro litera dominicali & inchoetur ad secundā dominicā. xl.

4. D ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur histo. & fes. s. dauid differatur vsque ad tertiā feriā. Feria. 2. de sctō cedda ix. lectio. Oratio &c. de communi vnius confessoris & pontificis. Feria 3. de sctō dauid. ix. lec. oīa de cōi. In 6. fe. dr ℟. fer.

5. D ¶ Dominica prima quadragesime tota dicitur historia et in quarta feria dicitur ℟. fe. Feria quinta de sancto gregorio.

1.E ¶ Dominica prima xl.de serui.do.Feria quarta.& sabbato dicitur R.fe.Me.de fes.ad vesperas & ad matutinas bte ma.

2.E ¶ Dominica prima xl.tota dicitur hystoria in quarta feria dicitur R.fe.& sabba.ves.erunt de do.& solen.memo.de apsto.

3.E ¶ Dominica prima.xl.de serui.do.2.ves. erunt de apostolo: & solen.me.de do.& in.5.fe.dr R.fe. In anno bissextili fiat serui.de apostolo in.3.fe.& ves.in do.erunt de do.Et abhinc vsq ad inceptionem hys. In principio accipietur.3.D.pro litera dominicali & sabbato de sancto Dauid nouem lectiones Or.&c.de communi vnius confessoris & pontificis.

4.E ¶ Do.1.xl.tota dr hys.& fes.s.cedde.differatur in crasti.& ibi stant.ix.le.de cōmuni vnius cōfes.& pontifi. Fe.5.dr R.fe.

5.E ¶ Dominica prima quadragesime serui.dominice in quinta feria dr R.fe.Feria quarta de.s.grego.cf. Ecce sacerdos.

1.F ¶ Dominica prima.xl.de serui do. in quarta feria & sabba. dicitur R.fe.& memoria de sancto ad vespe.de sancta maria.

2.F ¶ Dominica prima.xl.tota dicitur hys.& in 4.fe.dr R.fe.

3.F ¶ Dominica.1.xl.de serui.do..2 ves.erūt de.s.mathia cū pleno serui.in crasti.& solen.me.de do. Feria.5.dr R.fe. Fe.6. de sancto dauid omnia de cōi vnius confes.& ponti. Sabba. de sancto cedda. omnia de cōi vnius confesso.et pontifi. Si fuerit bissextus:tunc in do.vespe.erunt de dominica,de apostolo in tertia feria. Et abhinc vsq ad inceptionem hysto. In principio accipietur 3. E. pro littera dominicali & inchoetur ad dominicā secundā quadragesime

4.F ¶ Dominica prima xl.de serui.do.Feria quarta et sabbato dicitur R.fe.In.5. fe.memoria de fes. ad vesperas et ad matu.de sancta maria.

5.F ¶ Dominica prima quadragesime de serui.do.Feria quinta dicitur R.fe.Feria tertia de. s.Grego cf. Ecce sacerdos.

1.G ¶ Dnica prima.xl.de seruitio do. Feria. 4.& sab.dr R fe.

2.G ¶ Dominica prima.xl.totum de serui.do.& in.4.fe.dr R. fe. Sabbato de sancto mathia secunde vespere erunt de apostolo:& solen. memoria de dominica. In anno bissextili fiat serui.de sctō mathia:in secunda feria sequen. & tunc ad primas vesperas fiat solen. memoria de dominica et abhinc vsque ad inceptionem histo. In principio accipietur.2.F. pro litera dominicali & inchoetur ad secundā dominicā xl.

3.G ¶ Dominica prima xl. de serui.do. & in quarta feria dicitur R. feria. Feria quinta et sexta de sanct. nouem lectiones. Oratio &c.de communi vnius & confessoris & pontificis.

4.G ¶ Dominica prima.xl.de serui.do.in.4.fe. & sab.dr.R.fe.

5.G ¶ Dnica prima.xl.de serui.do.2.vesp.erunt de sancto grego. cfm. Ecce sacerdos. solen.memoria de do.in.5.fe.dr R.fer.

¶ Dominica prima quadragesime. Ad vesperas an. Benedictus. ps. Ipsum. Cpm.

1. cor. 6 a

Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis: ait enim, tempore accepto exaudiui te, et in die salutis adiuui te. Rn. Emendemus. Hymnus.

Ex more docti mystico, seruemus hoc ieiuniũ: deno dierũ circulo, ducto quater notissimo.

Lex et prophete primitus, hoc pretulerunt, postmodum christus sacrauit, omniũ rex atq; factor temporum.

Utamur ergo parcius, verbis cibis et potib9: somno iocis et arctius perstemus in custodia.

Uitemus autem pessima, que subruunt mẽtes vagas: nullumq; demus callido, hosti locum tirannidis.

Dicamus omnes cernui, clamemus atq; singuli: plorem9 ante iudicem, flectamus iram vindicem.

Nostris malis offendimus, tuam deus clemẽtiam: effunde nobis desuper, remissor indulgentiam.

Memento q sumus tui licet, caduci psalmatis: ne des honorem nominis tui precamur alteri.

Laxa malum quod gessim9, auge bonum quod poscim9: placere quo tandem tibi possimus, hic et perpetim.

Presta beata trinitas, concede simplex vnitas: vt fructuosa sint tuis, ieiuniorum munera. Amen.

Vsus Angelis suis deus mãdauit de te. R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. an. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nũc dies salutis, in his ergo diebus exhibeamus nos sicut dei ministros i multa patientia, in vigiliis, in ieiuniis, et in charitate non ficta. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuã annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operib9 exequatur Per. Ad completoriũ an Signatum est. ps. Cum inuocarem. Cpm Tu in nobis. Rn In pace. Hy9. Christe qui. V9 Custodi. an. Cum videris nudum. ps. Nunc dimittis. quere hec omnia ad complet. post psal. Ad matuti. Inuita.

Non sit vobis vanum mane surgere ante lucem: Quia promisit dñs coronam vigilantibus. ps. Venite. Hymnus.

Summi largitor premii, spes qui es vnica mundi: preces intende seruorum, ad te deuote clamantiũ.

Nostra te conscientia, graue offendisse monstrat: quam emundes supplicam9, ab omnibus piaculis.

Si renuis quis tribuet, indulge quia potens es: te corde rogare mundo, fac nos precamur domine.

Ergo acceptare nostrũ, qui

sacrasti ieiunium: quo mystice paschalia, capiamus sacramenta.

Summa nobis hoc cõferat, in deitate trinitas: in qua gloriatur vnus, per cuncta secula deus. Amen.

¶ In primo nocturno. Aña. Seruite. Ps. Beatus vir. ℣. Dicet domino. ℟. Susceptor meus es tu et refugium meum deus meus. Non dicitur vlterius. Sex prime lectiones de sermone beati leonis pape legantur. Lectio .i.



Licet nobis dilectissimi appropinquãte, pascha ieiunium quadragesimalis obseruantie ipse legitimi temporis cursus indicet: cohortatio tamen etiam nostri sermonis adhibẽda est que auxiliãte domino nec inutilis sit pigris: nec onerosa deuotis. ℟. Ecce nunc temp⁹ acceptabile ecce nunc dies salutis: cõmendemus nosmetipsos in multa patientia, in ieiuniis multis. Per arma iustitie virtutis dei. ℣. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros vt non vituperetur ministerium nostrum. Per arma. Lectio .ii.

Cum enim omnẽ obseruantiam nostram ratio istorum dierũ poscat augeri: nemo est vt confido de vobis qui se ad opus horum nõ gaudeat incitari. Natura enim nostra adhuc manente mortalitate mutabilis: etiam si ad summa queq3 virtutũ studia prouehatur: semper tamen sicut potest habere quo crescat: ita potest habere quo recedat. ℟. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros i multa patientia. Vt non vituperetur ministerium nostrũ. ℣. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis nemini dantes vllam offensionẽ Vt non. Lectio tertia.

Hec est perfectorum vera iustitia vt nunq̃ presumant se esse perfectos: ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes ibi incidat deficiendi periculum: vbi proficiendi posuerunt appetitum. Quia ergo nemo nostrum dilectissimi tam perfect⁹ et sanct⁹ est: vt perfectior sanctiorq3 esse non possit: omnes simul sine differẽtia graduum, sine discretione meritorum ab his in que peruenim⁹: in ea que nondũ apprehendim⁹ pia auiditate curramus: et ad mensurã consuetudinis nostre necessariis aliquid addam⁹ augmentis. ℟. Emẽdemus in melius que ignoranter peccauimus: ne subito preoccupati die mortis queram⁹ spaciũ penitẽtie et inuenire non possimus. Attende dñe et miserere quia peccauimus tibi. ℣. Peccauimus cum patribus nostris iniuste egim⁹ iniquitatem fecimus. Attende. Gloria Attende. ¶ In .ii. noc. an. Bo-

nostrum. Ps Conserva. V. Ipse liberavit me. Rm De laqueo venantium et a verbo aspero. Lectio iiii

Parum enim religiosus alio tempore demonstratur: qui in his dieb' religiosior non invenitur. Unde opportune lectio apostolice predicationis auribus nostris insonuit: dicens. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullam offensionem: ut non vituperetur ministerium nostrum. R Paradisi porta. V Scindite. et R. Abscondite. quere hec tria R. in quarta feria in capite ieiunii. Lectio quinta.

Quid acceptius hoc tempore? Quid his dieb' salubrius in quibus bellum vitiis indicitur: et omnium virtutum profect' augetur? Semper quidem tibi o anima christiana vigilandum contra salutis tue adversarium fuit: ut nullus existeret locus tentatoris insidiis. Sed modo maior tibi cautio, et sollicitior est assumenda prudentia: quando idem hostis tuus acriori sevit invidia. Lectio sexta.

Nunc enim in toto mundo potestas ei antique dominationis aufertur: et innumera illi captivitatis vasa rapiuntur. Renunciatur atrocissimo predoni a populis omnium nationum, omniumque linguarum: et nullum tam genus hominum reperitur, quod non tyrannicis legibus reluctetur. Dum per omnes fines terrarum regeneranda in christo multorum milium milia preparantur: et appropinquante nove creature ortu, spiritualis nequitia ab his quos possidebat extruditur. Fremit ergo expoliati hostis impi' furor: et novum querit lucrum, quia ius perdidit antiquum. Captat indefessus et pervigil si quas reperit oves a sacris gregibus negligentius evagantes, quas per proclina voluptatum, et devexa luxurie in diversoria mortis inducat.

In tertio nocturno. Antiph. Preceptum domini. Psalm'. Celi enarrant gloriam dei. Vsus. Scapulis suis obumbrabit tibi. Rm Et sub pennis eius sperabis.

Secundum Mattheum.

In illo tempore. Duct' est Jesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et reliqua. Cap. 4 A

Homelia beati Gregorii pape. Lectio septima.

Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu ductus est iesus in desertum, propter hoc quod subditur. Assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem. Et rursum. Assumpsit eum in montem excelsum. Sed vere et absque ulla dubitatione convenienter accipitur ut a spiritu sancto in desertum ductus credatur, ut illuc eum suus spiritus duceret, ubi

hunc tentandum malign⁹ spiritus inueniret. V. In ieiunio et fletu orabant sacerdotes dicentes. Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in perditionem. V. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes dicentes. Parce. Lectio octaua.

Sed ecce cum dicitur deus homo vel in excelsum montē vel in sanctam ciuitatē a diabolo assumptus, mens refugit, humane hoc audire aures expauescunt. Que tamen non esse incredibilia ista cognouimus, si in illo etiam alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium diabolus caput est, et huius capitis membra sunt omnes iniqui. Nonne membrum diaboli fuit pilatus? Iudei etiam persequentes: et milites christum crucifigentes? Quid mirum fratres si se dominus ab illo permisit in montem duci: qui se pertulit a membris eius crucifigi. R. Tribularer si nescirem misericordias tuas domine: tu dixisti nolo mortē peccatoris: sed magis vt conuertatur et viuat. Qui chananeā et publicanum vocasti ad penitentiam. V. Et petrum lachrymantem suscepisti misericors domine. Qui. Lectio .ix.

Non est ergo indignum redemptori nostro q̄ tētari voluit: qui venerat occidi. Iustum quippe erat vt sic tentationes nostras suis tentationib⁹ vinceret: sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Sed sciendū nobis est quia tribus modis tētatio agitur: suggestione, delectatione, consensu. Et nos cum tentamur: plerumq̄ in delectationem labimur. R. ix. Ductus est Iesus in desertū a spiritu vt tentaretur a diabolo. Et accedens tentator dixit ei. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. V. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Et. Gloria patri. Si filius. Vel. R. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te. Ne vnq̄ offendas ad lapidem pedem tuum. Vers. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et cōculcabis leonem et draconem. In manib⁹. Gloria patri. Ne vnq̄. Hoc R. erit tertium quotiens dicatur de .iij. noc. per hebd. scz de temporali V. Ipse liberauit. R. De laqueo venātiū.

In laudibus. Antiphona.

Cor mūdum crea in me de⁹: et spiritum rectū innoua in visceribus meis. ps. Miserere. an. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare. ps. Confitemini. an. Sic benedicam te in vita mea domine: et in nomine tuo leuabo man⁹ meas. ps. Deus deus meus. an. In spiritu humilitatis et in animo cōtrito suscipiamur domine a te: et sic fiat sacrificium nostrum vt a te suscipia

5 tur hodie, et placeat tibi domi ne deus. ps. Benedicite. aña. Laudate deum celi celorum et aque omnes. ps. Laudate. Cpm Hortamur. Hymnus.

AVdi benigne conditor, nostras preces cum fletibus: in hoc sacro ieiunio, fusas quadragenario.

Scrutator alme cordium, infirma tu scis virium: ad te reuersis exhibe, remissionis gratiam.

Multum quidem peccauimus, sed parce cõfitentibus: ad laudem tui nominis, confer medelam languidis.

Sic corpus extra conteri, dona per abstinentiam: ieiunet vt mens sobria: a labe prorsus criminum.

Presta beata trinitas. Vsus Scuto circundabit. Rx Non timebis. ãn. Ductus est iesus in desertum a spiritu vt temptaretur a diabolo: et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esurit. ps. Benedictus. Oratio, Deus qui ecclesiam.

¶ Ad primam an Jesus autẽ cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esurit. Psalmus. Deus deus meus respice.

¶ Ad terciam an. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. ps. Legem pone. Cpm Hortamur. Rm. Participem Chorus prosequatur me fac deus omnium timentium te. Et custodientiũ mandata tua Clericus dicat versum. Aspice in me et miserere mei secũdum iudicium diligentium nomẽ tuum. Et. Gloria patri. Participem. Vsus. Dicet domino. Rm. Susceptor meus.

¶ Ad sextam ã Tunc assumpsit eum diabolus in sanctã ciuitatem et statuit eum supra pinnaculum templi, et dixit ei: si filius dei es mitte te deorsum. ps. Defecit. Capitulũ. 2. cor. 6 B

ECce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Rx. Ab omni. Chorus prosequatur totum Rx vias mala prohibui pedes meos. Vt custodiã mandata tua domine. Clericus Vsus. A iudiciis tuis nõ declinaui: quia tu legem posuisti michi. Vt custodiam. Gloria patri et filio. Ab omni Vsus. Ipse liberauit me.

¶ Ad nonam ãn. Vade sathana: non tentabis dñm deum tuum. ps. Mirabilia. Cpm. Vbi supra

IN omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, in ieiuniis multis. per arma iustitie. Rm. Declara. Chorus prosequatur Rx. super nos domine Tuam misericordiam. Vsus. Declaratio sermonum tuorũ dat intellectum domine. Tuã Gloria patri et filio. Declara. Vsus. Scapulis suis.

¶ Ad vesperas ã. Sede a dextris. ps Dixit dñs. Cp. Hortamur. Rm. Esto nobis dñe.

chorus prosequatur ℟. Tur=ris fortitudinis. clericus di=cat ℣sum A facie inimici. Turris fortitudinis. Gloria Esto nobis. Hoc ℟. dicitur quotidie ad vesperas per xv. dies nisi in sabbato et i festis sanctorum. Hymnus. Ex more docti mystico. ℣sus. Angelis suis. an. Reliquit eum tenta=tor: et accesserunt angeli et mi=nistrabant ei. ps. Magnificat Oratio Deus qui ecclesiam. Supradictus ordo versu. hu=ius dominice ad utrasque ve=speras et ad matutinas et ad alias horas servetur usque ad passionē domini tam in feriis quam in dominicis quando de tē=porali agitur: excepto quod quā do ℣sus Ipse liberavit. dici=tur ante lectio. tunc ante lau. dicitur ℣sus Scapulis suis.

¶ Feria secunda prime heb=domade xl. Ad matutinas. In vitatorium. Venite exultemus domino. ps. Ipsum. Hymnus Summi largitor. ¶ In no=ctur. an. Dominus defensor. ps. Dominus illuminatio. et cetere ane cum suis psis il=lius fer. Quotidie per hebd. dicuntur ℣. et ℟. ad matutin. secundum ordinem noctur. hi stor. do. quando de temporali agitur: ita tamen quod ℟. feria=lia non omittātur. Nota quod si festum ix. lectio. hac die conti gerit tunc omittantur lect. de hac secunda feria illo anno. Eodem modo fiat per totam hebdoma. Lectiones de sermo=ne beati maximi epi. Lectio .j.



Ante dies deuo=tionis quadrage sime predicātes sacrarum litte=rarum exempla protulimus, qui bus approbaremus hunc qua=dragenarium numerum non esse ab hominibus constitu=tum: sed diuinitus consecra=tum. Nec terrena cogitatione initiatum: sed celesti maiesta=te preceptum. Lectio secunda

Atque ideo qui constitutum numerum una die manducan do preterit: non unius diei violator accusatur, sed et to=tius quadragesime transgres sor arguitur. Lectio tertia.

Unde bonum est homini ut ad diem sine labore ieiunet: et totius quadragesime consequa=tur pariter sanctitatem. Hec autem non tam sacerdotū pre cepta quam dei sunt. Atque ideo qui spernit non sacerdo=tem spernit: sed christum qui in suo loquitur sacerdote. ℟. Ipse liberavit me. In lau. ane et ps illius fer. Cap. Conver timini. Hy. Audi benigne. ℣. Scuto circundabit. an. Ve nite benedicti patris mei: per cipite regnū quod vobis pa=ratum est ab origine mundi. ps. Benedictus. Deinde di=cūtur preces fer. cum ps. Mi=serere. et cum ps. Dñe ne in fu rore. j. q dicetur post psal. Mi serere. Et sciendū est quod per o=mnes hor. per totam xl. quādo de fer. agitur unus de septem psis penitētialibus suo ordi=

ne post psalmum Miserere, dicetur, nisi in sextam: tunc enim dicetur psal. **Deus misereatur nostri**, loco psalmi **Miserere**. Et si festum ix. lc. in crastino sequatur: tunc ad nonam tres ultimi psalmi dicuntur. Similiter fiat in sabbato. Oratio.

Convecte nos deus salutaris noster: et ut ieiunium nobis quadragesimale proficiat, mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per

¶ Ad primam an. **Vivo ego dicit dominus: nolo mortem peccatoris: sed magis ut convertatur et vivat.** ps. **Deus in nomine.** Cetera omnia que ad j. pertinent expleantur. Omni die per totam xl. usque ad cenam domini quando de fer. agitur: statim post j. ante missam capitalem dicitur commendatio animarum nisi in crastino duplicis festi. Et dicitur sine nota quando **Dirige** sine nota precesse, hoc modo. Super psalmos ant. **Requiem eternam.** ps. **Beati immaculati.** ut scriptum est in j. dominica aduen. domini post ij. vesper.

¶ Ad tertiam ant. **Per arma iustitie virtutis dei commendemus nosmetipsos in multa patientia.** ps. **Legem pone.** Cap.

Jobel. 2 C

Convertimini ad dominum deum nostrum, quia benignus et misericors est: patiens et multum misericors et prestabilis super malitiam. R. **Participem.** Ab hac die usque ad iiij. fer. ante pascha quando de fer. agitur post iij. dicitur xv. psalmi graduum pro omni populo dei hoc modo. ant. **Ne reminiscaris.** ps. **Ad dominum cum tribularer.** usque ad psalmum **Laudate nomen domini.** Hic numquam dicitur ps. **Laudate dominum in sanctis eius.** post psalmum **Ecce nunc.** et dicitur post unumquemque ps. **Gloria patri,** cum letania et collectis subsequentibus. Et quicquid dicat sacerdos de letania: chorus idem repetat plene et integre usque ad prolationem V. **Ut pacem nobis dones.** Tunc respondeat chorus tantum **Te rogamus audi nos.** et sic de singulis usque ad **Fili dei Te rogamus audi nos.** tunc enim respondeat chorus idem. et sic de singulis usque dum dicitur **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne.** Et notandum est quod omni die fer. dicitur leta. sicut in ij. fer. usque ad martyres, et a **Propitius.** usque ad finem. Preces et collecte que hac die ceteris etiam fer. dicuntur et hec omnia in prostratione tam a sacerdo. quam a toto choro sine nota dicuntur.

¶ Ad sextam an. **Commendemus nosmetipsos in multa patientia: in ieiuniis multis per arma iustitie.** ps. **Defecit.** Cap.

Esaie. 55 B

Derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas et revertatur ad dominum et miserebitur eius: et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. R. **Ab omni via.** Et sciendum est quod omni die per totam xl. scilicet in diebus fer. dicuntur omnes hore ante missam

¶ Ad nonam. Antiphona.

Aduenerunt nobis dies peni tentie ad redimenda peccata et saluandas animas. Psalm. Mirabilia. Capitulum.

Esaie 58

FRange esurienti panem tuum: et egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum: et carnem tuam ne despexeris, ait dominus omnipotens.

Rem. Declara super nos. Hec predicte ane super hoc. quotidie dicuntur quando de fer. agitur vsque ad passionem dni Cp. vero et R. per xv. dies dicuntur. Quotidie per totam xl. de quocunque fit seruit. dicuntur vesp. post mis. ante prandium: nisi solummodo in do. diebus. In omnibus fer. per totam xl. vsque ad. iiij. fer. ante pascha post mis. ante vespe. dr Placebo. nisi in sequenti die fiant. ix. lc. et nisi quando corpus in crasti. sepeliendum fue. Si vero tale corpus fuer. dr Placebo. et Dirige. post prandium ante completorium more solito scilicet vsque ad laud.

¶ Notandum quod quando in dupli ci fes. non dicitur Placebo. et Dirige. in sequen. fer. non dr comendatio nec missa pro defunctis. Ad vesperas ane et psalmi feriales. Capitulum.

Ezech 18 B

ANima que peccauerit ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filij: ait dominus omnipotens. Hoc capm. d quotidie ad vesperas vsque ad passionem dni quando de feria agitur. Rem.

Esto nobis. Hym. Ex more. V. Angelis suis. an. Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis dicit dominus. ps. Magnificat. Oratio.

ABsolue quesumus domine nostrorum vincula omnium delictorum: et quicquid pro eis meremur propitiatus auerte. Per dominum

Predicti hym. precedentis domini. dnr in suis locis per xv dies. Pulsato bis ad collationem: sed et vtraque vice tam in duplici fes. quam in aliis cum vna sola campana dnr vigi. mor. scz Dirige. vsque ad laud. sed post vlti. R. dicitur Kyrie ele. Christe eleison. Kyrie eleison Pater noster. sine pronunciatione Et ne nos. dr ps. Exaltabo deinde preces cum coll. vts in aduentu. Postea immediate legatur collatio: scz liber pastoralis beati grego. pape qui sic incipit Pastoralis cure vel dialogus eiusdem grego. de miraculis sanctorum patrum qui sic incipit Quadam die nimis que quidem collatio abhinc quotidie vsque ad cenam dni ante completo. exceptis tantum diebus do. in pulpito legetur habitu non mutato: sic Iube domine benedicere. Excellentior qui eit in choro dicat benedictionem: et cum pro discretione satis lectum fuerit: dr Tu autem. Lector vero prosequatur domine miserere nostri. Ad quam etiam collationem legendam ita scribantur clerici quod semper fiat

inceptio ab excellentiore ex parte chori: et legatur in superiori gradu usque ad passionem dñi. Sabbato autem in passione dñi et deinceps legatur in.ij.forma: ita tamen qd in.iiij.fe.ante pascha in.j.forma legatur. In festis tamen dnicis.que infra passionem celebratur: in superiori gradu legatur. Finita collatione statim pulsatur ad comple. cum unica campana: sed in dnicis festis cum duabus: et hoc semper semel: et sequatur compler.ut supra. Sciendum est quod quotienscunque dr Placebo.post missam ante vespe. per totam xl. dr Dirige.ante collationem usque ad laud.tantum in congregatione cleri. Laudes vero dnr post matu. de die et de scta Maria, et post lau.mortu. dr ps Ad te leua.

¶ Feria.iij. Inuitato.et.c.vts

¶ Lectiones de sermone beati augustini epi. Lectio prima.



Enitentes penitentes penitentes (si tamen estis penitentes, et nõ estis irridentes) mutate vitam,corrigite mores,et reconciliamini deo. Et vos enim cum catena pascitis. Qua(inquit) catena que ligaueritis in terris: erunt ligata et in celis. Audis ligaturã: et deo te putas facere impostura. R. ij.

Penitentiam agis,genu flectis: et irrides et subsannas patientiam dei. Si penitens es: penitet te. Si non penitet te, penitens non es. Si ergo penitet te: quare facis quod male fecisti? Si fecisse penitet, noli iterum facere. Si adhuc facis: vere penitẽs nõ es. R. iij

Agens penitentiam et recõciliatus dũ sanus est: et postea bene viuens securus hinc transit et exit. Agens vero penitentiam ad vltimũ et reconciliatus: si securus hinc exit ego securus non sum. Unde securus sum dico: et do securitatem. Unde securus nõ sum. penitentiam dare possum: securitatem dare non possum.

an. Intrauit iesus in templũ dei: et eiciebat omnes vẽdentes et ementes, et mẽsas nummulariorum et cathedras vendentium columbas euertit. ps Benedictus. Oratio.

Respice domine familiã tuam: et presta vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, que se carnis maceratione castigat. Per dominũ.

¶ Ad vesperas.an. Abiit Jesus foras extra ciuitatem in bethaniam: ibique docebat eos de regno dei. ps. Mgt. Oratio

Ascendant ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per dominum nostrum iesum christum filium

¶ Feria quarta. Lectiones de sermone beati Leonis pape. Lectio prima.



Redicaturus vobis dilectissimi sacratissimū maximūq ieiuniū: quo aptius vtar exordio q̄ vt verbis apostoli in quo christ⁹ loquebatur incipiam : dicamq quod lectum est, ecce nunc tēp⁹ acceptabile: ecce nunc dies salutis. Lectio secunda.

Quamuis enim dilectissimi nulla sint tempora que diuinis non sint plena muneribus, et semper nobis ad misericordiam dei per ipsius gratiam prestetur accessus: nunc tamen omnium mentes maiori studio ad spiritales profectus moueri, & ampliori fiducia animari oportet : quando ad vniuersa pietatis officia illius nos diei in quo redēpti sumus recursus inuitat. l. iij.

Ut excellens super omnia dominice passionis sacramētum, purificatis corporibus & animis celebremus. Non enim in sola abstinentia cibi stat nostri summa ieiunij, aut fructuose corpori esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocetur: & ab obtrectationibus cohibeatur. an. Generatio hec praua & peruersa signum querit, & signū non dabitur ei nisi signū ione pphete. ps. Benedictus. Oratio.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduersantia, dexterā tue maiestatis extende. Per dominū nostrum Jesum christum.

¶ Ad vesperas a. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit fili⁹ hominis in corde terre. ps. Magnificat. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sunt, & que recta sunt agere valeam⁹ Per dominum nostrum.

¶ Feria quinta. Lectiones de sermone beati Leonis pape. Lectio prima.



Apostolica dilectissimi doctrina nos admonet: vt deponentes veterem hominem cum actib⁹ suis de die in diem sancta conuersatione renouemur. Si enim templum dei sumus: et mentium nostrarum spiritussanctus habitator est dicēte apostolo (vos enim estis templū dei viui) multa nobis vigilātia laborandum est, vt cordis nostri receptaculum tāto hospite non sit indignū. Lctō. ij.

Et sicut in domibus manufactis laudabili diligentia puidēdum est vt si quid aut infusione imbrium, aut turbine procellarū, vel ipsa fuerit antiquitate corruptū cito in integrum cura restituat: ita iugi oportet precaueri sollicitudine ne quid in nostris animis incompositum, ne quid inueniatur immundum. Tu autem domine. Lectio tercia.

Quamuis enim edificiū nostrum sine ope sui non subsistat artificis: nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei protectio prefuerit conditoris: tamen quia rationabiles lapides sumus & viua maceries, sic nos auctoris nostri extruit manus: vt cum opifice suo etiam is qui reparatur operetur. ā. Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Psalmus Benedictus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui in obseruatione ieiunij & eleemosynarum largitione, nostrorum posuisti remedia peccatorum: concede nos mente & corpore semper tibi esse deuotos. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Ad vesperas ān. Ego enim ex deo processi & veni: neque enim a meipso veni: sed pater meus ille me misit. Psalm⁹. Magnificat. Oratio.

Da quesum⁹ domine populis tuis christianis, & que profitentur agnoscere: & celeste mun⁹ diligere quod frequentant. Per dominum

¶ Feria sexta. Lectiones de sermone beati Maximi episcopi. Lectio prima.



Audistis fratres charissimi (sicut euangelica tuba cecinit) dominū ac redemptorem nostrum aduers⁹ tentamenta diaboli reluctantem quidem verbis, sed spiritu dimicantem. Sermone eīm certamē agit: sed peragit maiestate victoriam. Tu. Lec. ij.

Nec sine ingēti mysterio huiusmodi putemus esse conflictum: in quo aut accessus diabolus in verbo prorupit, aut rerum dn̄s omnium tentatori suo verbis nihilominus respondere dignatur. Lctō. iij.

In his autem omnibus nostre salutis est ratio. Pro nobis saluator esuriit: p nobis tētari voluit. Nos in illo vincim⁹: quia nos sumus ei causa vincendi. Nam quis ambiget vnigenitū patris (cui nulla obuiare poterat creatura) pro illis inisse certamē quorum carne se vestiuit? ān. Angelus domini descendebat de celo, mouebatur aqua & sanabatur vnus. ps Bn̄⁹. Oratio

Esto domine propitius plebi tue: & quam tibi facis esse deuotam benigno refoue miserat⁹ auxilio. Per.

¶ Ad vesperas ā Qui me sanum fecit ille mihi precepit, tolle grabatum tuum & ambula in pace. ps Magt. Orō.

Exaudi nos misericors deus: & mentibus nostris gratie tue lumen ostende. Per dominum nostrū Jesum christum filium tuum.

¶ Sabbato. Lectiones de sermone beati Maximi episcopi. Lectio prima.

Conflict⁹ iste mirabilis, quē inter celi regem et

regis celestis tyrannum fuisse charitatis vestre auribus sancti euangelij lectio decursa testata est: dominice incarnationis nobis triũphale mysterium sonat. Lectio secũda.

Itaqȝ cum videret leo ille feralis agnum dei post longissimum atqȝ continuũ quadraginta dierum ac noctium ieiunium esurire, et esurientẽ deum esse non crederet, arte illum callidissime tentationis aggreditur dicens. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Lectio tertia.

Cogitabat (vt estimo) apud se tanti artifex doli, et dicebat. Si hic est cuius precepto esurientibus per deserta populis manna fluxit celo, poterit nunc in panem lapides trãsfigurare, et si non mea petitione, sua tamen necessitate qui esurit. Quod si fecerit, deum probabo, si nequiuerit, hominem deprehendam. An. Assumpsit Jesus discipulos suos, et ascendit in montem: et transfiguratus est ante eos. ps. Benedictus. Oratio.

Populum tuum quesumus domine propitiatus respice, atqȝ ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum nostrũ Jesum christum filium tuum Qui tecum viuit.

1. A ¶ Dominica secunda xl. tota cantetur hist. Feria quinta cantetur. 1. Rx. fe. et aliud in sabba. cum Rx. Pater peccaui. Tamen in anno bissextili fiat seruitium de apostolo in sabba. et tunc. 2. Rx. fe. in sexta fe. dicitur: et Rx. Pater peccaui in hoc anno pretermittatur. Et tũc ab hoc sabbato vsqȝ ad inceptionem historie. In principio accipietur. 1. G. pro litera dominicali et inchoetur ad tertiam dominicam quadragesime.

2. A ¶ Dominica secunda. xl. de seruitio do. Feria quarta et quinta de fes. ix. lc. omnia de cõi vnius confessoris et pontificis. Feria 6. dicitur 1. Rx. fe. et aliud in sab. cũ Rx. Pater peccaui

3. A ¶ Dominica secunda quadragesime tota cantetur historia. Feria quarta dr. 1. Rx. fe. et aliud in sab. cũ Rx. Pater peccaui

4. A ¶ Dominica secũda xl. tota cantetur historia et fes. sancti gregorij differatur in crasti. et ad 2. vespe. que erunt de fes. fiat solen. memoria de dominica. In quinta feria. dr. 1. Rx. feriale et aliud in sexta feria et Rx. Pater peccaui eo anno pretermittatur. Sab. de sancto edvvardo. cp. Beatus vir qui i sapientia.

5. A ¶ Dominica secunda xl. de seruit. do. Secunde vespere erũt de sancto cuthberto et solen. memoria de dñica. In sexta feria dicitur. 7. Rx. histo. cum 2. Rx. fe. et Rx. Pater peccaui pretermittitur. Sab. de annũ. Scde ves. erũt de fes. et solẽ. me. de do.

1. B ¶ Dominica secunda xl. de seruitio dñi. In sexta feria dr. 1. Rx. fe. et aliud in sabbato cũ Rx. Pater peccaui. Feria quinta

de. s. mathia. In anno bissextili fiat servi. de apl'o in 6. fe. ℞. i. ℞. fe. in. 5. dicitur. Et tūc ab hoc sabbato usq; ad inceptionē histo. In principio accipietur i. A ℞ inchoetur ad. 3. do. xl.

2. B ¶ Dominica secunda quadragesime tota dicitur histo. Feria tertia ℞ quarta de fest. nouem lec. omnia de communi unius confessoris et pontificis. Primum ℞. fe. in. 6. feria cantetur ℞ aliud in sabbato cum ℞. Pater peccaui.

3. B ¶ Dominica secunda quadragesime de servi. do. Feria quarta dicitur. i. ℞. fe. et aliud in sexta feria ℞ ℞. Pater peccaui pretermittitur. Sabbato de sancto gregorio capm. Ecce sacerdos. Secunde vespere erunt de fest. ℞ solen. memoria de dominica.

4. B ¶ Dominica secunda. xl. de servi. do. In quarta fe. dicitur. i. ℞. fe. ℞ aliud in sabba. cum ℞. Pater peccaui. Feria sexta de sancto edwardo. capm. Beatus vir qui in sapientia ℞. Beatus vir qui suffert an Iste sanctus.

5. B ¶ Dominica secunda quadragesime de servi. dominicali ℞ fest. sancti cuthberti usque in tertiā feriā differatur, ℞ in quinta feria dicitur. i. ℞. fe. ℞ alia duo in sabbato. Feria sexta de annuncia. ℞ solē. memoria de ieiunio ad utrasq; vesperas sed non ad missam.

1. C ¶ Dñica secunda. xl. de ser. do. Secunde ves. erunt de sancto petro ℞ solen. memo. de dominic. In sexta feria dicitur. i. ℞. fe. ℞ aliud in sabbato cum ℞. Pater peccaui. Feria quarta de apostolo. Tamen in anno bissextili fiat servi. de apostolo in. 5. fe. Et ab hoc sab. usq; ad inceptionē hist. In principio accipietur. i. B. pro litera dominicali. ℞ inchoetur ad. 3. do. xl.

2. C ¶ Dominica secunda quadragesime de servitio do. Feria. 2. tertia de sancto nouem lec. omnia de cōi unius confes. ℞ pontifi. Feria. 6. dr. i. ℞. fe. ℞ aliud in sab. cū ℞. Pater peccaui

3. C ¶ Dominica secundaquadragesime de servi. dominice ℞ nihil de virgi. nisi memoria ad matutinas et ad vesperas de sctā maria. Feria quarta dicitur. i. ℞. feriale ℞ aliud in sab. cū ℞. Pater peccaui. Feria 6. de s. Grego. cp̄. Ecce sacerdos

4. C ¶ Dominica secunda. xl. de servi. do. In quarta fe. dr. i. ℞. fe. ℞ aliud in sexta feria ℞ ℞. Pater peccaui. pretermittitur

5. C ¶ Dominica secunda quadragesime tota dicitur histo. ℞ fes. sancti benedicti differatur in crasti. In sexta feria dicitur i. ℞. feria. ℞ aliud in sabbato cum ℞. Pater peccaui. Feria quinta de annuncia. et memoria de ieiunio ad utrasque vesperas et ad matutinas et non ad missam.

1. D ¶ Dominica secunda quadragesime de servi. do. Feriaquarta dicitur. i. ℞. fe. ℞ aliud in sabbato cū ℞. Pater peccaui.

2. D ¶ Dominica secūda quadragesime de ser. do. ℞ fes. sancti petri differatur in crasti. Feria sexta dicitur. i. ℞. fer. aliud in

sabbato cum ℟. Pater peccaui. In anno bissextili fiat serui. de sancto mathia in quarta feria. Et abhinc vsque ad inceptionem histo. In principio accipitur. 1. C. pro litera dominicali et inchoetur ad tertiam dominicam quadragesime.

3. D ¶ Dominica secunda quadragesime de seruitio do. et fest. sancti dauid differatur vsque ad tertiā feriā. Feria secunda et tertia de fes. ix. lect. Oratio etc. de cōi vni⁹ cōfessoris et ponti. In. vj. feria dr. 1. ℟. fe. et aliud in sab. cū. ℟. Pater peccaui.

4. D ¶ Dominica secunda quadragesime de seruitio. do. In. 4. fe. dicitur. 1. ℟. fer. et aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui.

D5. ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. In quinta fe. dñr. ℟. fe. et ℟. Pater peccaui in hoc anno pretermittitur.

1. E ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. in. 4. fe. dr. 1. ℟. fe. et aliud in. 6. fe. et ℟. Pater peccaui pretermittitur

2. E ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. 2. vē. erunt de apostolo: et solen. memoria de dominica. Feria quinta dicitur. 1. ℟. fe. et aliud in sexta fe. et. ℟. Pater peccaui in hoc anno pretermit. Sabbato de. s. dauid. nouem lec. omnia de cō muni vnius confessoris et ponti. In anno bissextili fiat serui. de apostolo in tertia feria. Et abhinc vsque ad inceptionem histo In principio accipietur. 2. D pro littera dominicali et inchoetur ad tertiam dominicam quadragesime.

3. E ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. et fes. s. cedde differatur in crasti. Feria secunda de sancto cedda nouem lectiones omnia de communi vnius confessoris et pontificis. Feria. 5. dr. 1. ℟. fe. et aliud in sabba. cū ℟. Pater peccaui.

4. E ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. in quinta feria dicitur. 1. ℟. fe. et aliud in sabba. cū ℟. Pater peccaui.

5. E ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. in quarta feria dicitur. 1. ℟. fe. et aliud in sabba. cū ℟. Pater peccaui.

1. F ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. in quarta feria dicitur. 1. ℟. fe. et aliud in sabb. cum ℟. Pater peccaui.

2. F ¶ Dominica secunda. xl. de ser. do. et fes. apostoli diffe. in crasti. secunde vesp. erunt de apostolo et solen. me. de do. Feria quinta ℟ia fe. cantētur: et ℟. Pater peccaui pretermittetur Feria sexta et sab. de fes. ix. lec. omnia de communi vnius cō fessoris et pontifi. Si fuerit annus bissextilis: tunc ab hoc sabbato vsque ad inceptionem hist. In principio accipietur. 2. E. pro littera dominicali et inchoetur ad tertiā dñicā. xl.

3. F ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. ad primas vespe. fiat me. de. s. cedda. Fe. 4. d. 1. ℟. fe. et aliud in sab. cū ℟. Pater peccaui. Fe. 6. me. de ℣gi. ad ves. et ad ma. de s. ma.

4. F ¶ Dominica secūda quadragesime de serui. do. Feria quin-

ta dicitur. i. ℟. fe. et aliud in sabbato cū. ℟. Pater peccaui.

5. A ¶ Dominica secunda quadragesime. de ser. do. Feria sexta dicitur ℟. feriale ⁊ aliud in sabbato cū. ℟. Pater peccaui.

1. G ¶ Dominica secunda quadragesime de serui do. Feria quarta dr. i. ℟. fer. ⁊ aliud in sexta feria. Et ℟. Pater peccaui. pretermittitur. In anno bissextili fiat serui. de apostolo in secunda feria proxime sequenti. ⁊ in sabbato cantetur ℟. fe. cum ℟. Pater peccaui. Et tunc ab hoc sabbato vsque ad inceptionem histo. In principio accipietur. .E. pro littera dominicali et inchoetur ad tertiam dominicam quadragesime.

2. G ¶ Dominica secunda quadragesime. de serui. do. Feria. 4. dr. i. ℟. fe. ⁊ aliud in sab. cū ℟. Pater peccaui. Feria quinta ⁊ sexta de sancto. ix. lec. omnia de cōi vni⁹ confes. ⁊ ponti.

3. G ¶ Dominica secunda quadragesime de seruitio do. Feria quarta dicitur. i. ℟. fe. ⁊ aliud in sab. cū. ℟. Pater peccaui.

4. G ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. 2. ves. erūt de sancto gregorio epm. Ecce sacerdos. Feria quinta dicitur i. ℟. feriale ⁊ aliud in sabbato cum ℟o. Pater peccaui.

5. G ¶ Dominica secunda quadragesime de serui. do. ⁊ fes. sancti edvvardi differatur in crastinū: et in sexta feria dicitur primum ℟. fe. et aliud in sabbato cum ℟. Pater peccaui.

¶ Dominica secunda quadragesime ad vesperas. an. Benedictus. ps. Ipsum capm.

1. thessalo. 4 A

Rogam⁹ vos ⁊ obsecramus in domino iesu vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare ⁊ placere deo: sic ⁊ ambuletis vt abundetis magis. ℟. Det tibi deus. Hy⁹. Ex more docti. Vsus Angelis suis. an. Domine bonum est nos hic esse si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū moysi vnum: et helie vnum. ps. Magnificat. Oratio.

3

Deus qui conspicis omni nos virtute destitui interius exteriusque custodi: vt et ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum nostrū iesum christū.

¶ Ad matutinas Inuitato. Deus magnus dominus. Et rex magn⁹ super omnes deos ps Venite. Hymnus. Summi lar. ¶ In primo nocturno an. Seruite. ps. Beatus vir. Vsus. Dicet do. Hac die. in primo nocturno ⁊ per hebdoma. legantur lectio. de ysaac: quando de temporali agitur vsqz ad ioseph. Lectio prima.

Gen. 27. A



Senuit isaac ⁊ caligauerunt oculi eius: ⁊ clare videre non poterat. Vocauitque Esau filium suum maiorem: et ait illi, fi-

li mi. Qui respondit. Assum. Cui pater. Vides inquit quod senuerim: et ignore diem mortis mee. Sume arma tua et pharetram et arcum: et egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis: fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti: et affer vt comedam, et benedicat tibi anima mea antequam moriar. ℟. Tolle arma tua et pharetram et arcum: et affer de venatione tua vt comedam. Et benedicat tibi anima mea. ℣. Cumque venatu aliquid attuleris: fac mihi inde pulmentum vt comedam. Et benedicat. Lectio secunda.

1

Quod cum audisset rebecca et ille abiisset in agrum vt iussionem patris expleret: dixit filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo: et dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, et fac mihi cibos vt comedam et benedicam tibi coram domino antequam moriar. ℟. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dominus. Crescere te faciat deus meus sicut arenam maris: et donet tibi de rore celi benedictionem. ℣. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Crescere. Lectio .iij.

2

Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: et pergens ad gregem affer mihi duos hedos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur: quas cum intuleris et comederit benedicat tibi priusquam moriatur. Respondit iacob matri sue. Nosti quod esau frater meus homo pilosus sit: et ego lenis. Si attractauerit me pater meus et senserit, timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat super me maledictionem pro benedictione. ℟. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam: seruiant tibi tribus populi. Esto dominus fratrum tuorum ℣. Et incuruentur ante te filij matris tue. Esto. Gloria patri. Esto. In secundo no. ant. Bonorum. ps. Conserua. ℣. Ipse liberauit me. Medie le. de sermo beati ioannis episcopi. Lectio quarta.

3

Portabat rebecca geminos in vtero fratres ante ortus principia bellatores Certantes filios mater ante sentit quam nouit: ante patitur quam videt, ante sustinet quam agnoscit. Licuit filiorum bella sentire: quos nondum licuit generare. Certamen inter fratres in vtero geritur: bellum inter innatos committitur, materna viscera quatiuntur nec ad ortus principia properatur: sed ante principia noua certamina celebrantur. ℟. Dum iret iacob de bersabee et pergeret haran: locutus est ei deus dicens. Terram in qua dormis tibi dabo et semini tuo. ℣. Edificauit iacob ex lapidibus altare in honorem domini fundens oleum de su

4

per et benedixit ei deus dicens Terram in. Lectio quinta.
Vellem tamen causas tanti certaminis noscere: vellem istius pugne negocia tractare. Quid intercesserat, quid factum fuerat, que pugnandi ratio, que causa vincēdi, quo spectatore ingeritur: quo iudice celebratur, quid victori promittitur, quid victo econtrario denegatur? Quis certare docuerat, quis pugnare monstrarat? Sed notum est cunctis istorū certamine fratrum causas duorum exprimi populorū. Vult enim deus ante ostendere futura quā veniant. Sed futurorū prescius deus: monstruosum certamen voluit exerceri. ℟. Dum exiret iacob de terra sua vidit gloriam dei et ait: quā terribilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Versus. Vere dominus est in loco isto: et ego nesciebā. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Lectō. vj

5

De certandi affectus: vincēdi vota ostendit. Sed mater certamen sentire potuit: videre non potuit. Denique interrogat dominum: quid est (inquit) domine istud quod geritur? Quid est quod in vtero meo te teste tractatur? Duo sunt (inquit) dominus populi in vtero tuo: et due gentes de ventre tuo egredientur, et populus populum superabit: et maior seruiet minori. ℟. Si dominus deus meus fuerit mecū in via ista qua ego ambulo et custodierit me: et dederit mihi panem ad edendum, et vestimentum quo operiar: et reuocauerit me cum salute Erit mihi dominus in refugium et lapis iste in signum. Versus Surgens autem mane iacob tulit lapidem quem supposuerat capiti suo: et erexit in titulum fundensque oleū desuper: ait. Erit mihi dominus. Gloria patri. Erit mi.

6

¶ In tertio noctur. ān Preceptum dñi. ps. Celi enarrant. Versus. Scapulis suis. Secundum Mattheum. xv.

In illo tempore. Egressus iesus secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamabat dicens. Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Et reliqua.

Matt. 51 C

Homelia vti hieronymi presbyteri. Lectio septima.
Scribis et phariseis calūniatoribus derelictis transgreditur dominus in partes tyri et sydonis: vt tyrios sydoniosque curaret. Mulier autem chananea egreditur de finibus propriis clamans vt filie sue impetraret sanitatē. Obserua quod in quintodecimo loco filia chananea sanatur. ℟m. Erit mihi dominus in deum: et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus dei et de vniuersis que dederis mihi. Decimas et hostias pacificas offeram tibi.

7

Fit moyse orante victo- ria: cessante mesticia. Potentior hostis efficitur: in isti corpore fatigato. Desinit israel vincere: moyse desisten te in prece. Ut dū diuersa po pulis exhibentur: orationis nobis potentia demonstretur Deniq3 tādiu ista diuersitas valuit: q̄diu moysi iugis ora tio defuit. Perseuerante pre- ce: perseuerans victoria robo ratur. Iam geritur pugna cū hoste: iam amalech precibus debellatur. ℟. Moyses famu- 6 lus domini ieiunauit quadra ginta diebus et quadraginta noctibus. Ut legē domini me reretur accipere. ℣. Ascen- dit moyses in montem sinay. Ut legem. Gloria. Ut legem.

¶ In tertio noct. āñ Prece- ptum. ps. Celi enarrant. ℣. Scapulis suis.

¶ Secundum Joannem. Cap. 6

In illo tempore. Abijt Jesus trans mare gali- lee quod dicitur tyberiadis. Et sequebatur eum multitu- do magna, quia videbant si- gna que faciebat super his q̄ infirmabantur. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio septima.

Qui signa et miracula domini ac saluatoris recte cum legunt vel audiunt accipiũt: nõ tam in his quid foris stupeant attendunt: q̃ quid horum exemplo int⁹ agere, quid ipsi in his mysticum perpendere debeant inspiciunt. ℟ *7* Splẽdida facta est facies moysi dum aspiceret in eum dominus. Vidẽtes seniores claritatem vultus eius admirantes timuerunt valde. ℣ Descendit moyses de monte portans duas tabulas lapideas in manib⁹ suis: scriptas vtrasq̃ digito dei. Viden. Lec. viij

Ecce enim appropinquante pascha die festo iudeorum: sequentem se multitudinem dominus verbo salutis pariter & opere curationis erigebat. Nam (sicut alius euangelista scribit) loquebatur illis de regno dei: & eos qui cura indigebant sanabat. Eadem etiam doctrina & sanatione completa: paucis de cibarijs eos abundantissime refecit. ℟ *8* Ecce mitto angelum meum qui precedat te & custodiat semper. Obserua & audi vocem meam: & inimicus ero inimicis tuis, & affligentes te affligam: & precedet te angelus meus. ℣ Israel si me audieris nõ erit in te deus recens, neq̃ adorabis deum alienum ego enim dñs. Obserua. Lectio nona.

Nos ergo omnes fratres charissimi huius exemplo facti appropinquante pascha die festo nostre redemptionis: adiuncta fratrum caterua dominam toto corde sequamur. Quo actionum itinere ingressus sit, diligentissime cõtemplemur: vt vestigia ei⁹ sequi mereamur. Qui enim dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Quicquid in nobis imperitie nocentis inesse deprehendimus: crebra illius verbi auditione tergamus. ℟ *9* Audi Israel precepta domini & ea in corde tuo quasi in libro scribe. Et dabo tibi terrã fluentem lac & mel. ℣ Obserua igitur & audi vocem meã: & inimicus ero inimicis tuis. Et. Gloria. Et. ℟. fer. Attendite popule meus legem meã. Inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣ Aperiã in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio seculi. Inclinate aurem. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Inclinate aurem vestram.

Hoc ℟. fer. erit. iij. quotiens dicetur de. iij. noctur. per hebdoma. quando de temporali dicitur. ℣ Ipse liberauit me.

¶ In laudibus. Antiphona.

1 Tunc acceptabis sacrificiũ iustitie si auerteris faciem tuam a peccatis meis. ps. Miserere mei deus. an. *2* Bonum est sperare in domino q̃ sperare in principibus. ps. Confitemini domino. an. *3* Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus. ps. Deus deus meus. An. *4* Potens es domine

eripere nos de manu mortis: libera nos israel. ps. Benedicite omnia. an. Reges terre et omnes populi laudate deum. ps. Laudate dominum. Cpm Scriptu est. Hy Jesu quad. Vsus. Scuto circundabit. an. Abiit iesus trans mare galilee: et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa que faciebat: erat autem proximum pascha dies festus iudeoru. ps. Benedictus dns. Oratio. Concede quesumus.

¶ Ad primam an. Subiit ergo iesus in montem et ibi sedebat cu discipulis suis: erat autem proximu pascha dies festus iudeorum. Psalmus. Deus deus meus respice.

¶ Ad tertiam an. Accepit ergo iesus panes: et cu gratias egisset distribuit discumbentibus, similiter et ex piscibus quantum volebant. ps. Legem pone. Capm. Scriptum est. Rsa: et V. sicut in proxima dominica precedenti ad omnes horas dicuntur.

¶ Ad sextam an. De quinque panibus et duobus piscibus satiavit dominus quinque milia hominu. ps. Defecit. Cpm

Galat. 4 D

Letare sterilis que non paris: erumpe et clama que non parturis: quia multi filij deserte, magis quam eius que habet virum.

¶ Ad nonam an. Satiavit dominus quinque milia hominu de quinque panibus et duobus piscibus. Psalmus. Mirabilia. Capitulum.

Nos autem fratres secundum isaac promissiois filij sumus, et quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eu qui secundum spiritum, ita et nuc: sed quid dicit scriptura? eijce ancillam et filium eius.

¶ Ad vesperas a. Sede a dextris. ps. Dixit dominus. Ch. Scriptum est. Rm. Adduxit. chor prosequatur totum R. Eos dominus: et in fortitudine magna cibavit eos nascentijs agrorum. Suxerunt mel de petra et oleum de firma petra. Clericus V. Cibavit eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturavit eos. Suxerunt. Gloria patri. Rm Ad. Hoc R. dicitur quotidie ad vesperas usque ad passionem dni quado de feria agitur hy Ecce tempus. V. Angelis. an Illi homines cum signu vidissent quod factu fuerat glorificabant deum: et dicebant quia hic est salvator mundi. ps Magt. Oratio. Concede.

¶ Feria secunda et quotidie per hebdoma. dicutur V. et R. ad matuti. secudum ordinem noc. histo. do. ita tamen quod R. fer. non omittantur. Lectio. i.

Exodi I C



Derat autem filios israel egyptij: et affligebant illudentes et inuidetes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris, omnique famulatu quo

in terre operibus premebantur. Lectio secunda.

Dixit autem rex egypti obstetricibus hebreorum: quarum vna vocabatur sephora, et altera phua: precipiens eis Quando obstetricabitis hebreas, et partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina reseruate. Tu. Lectio tertia.

Timuerunt autem obstetrices deum: et non fecerunt iuxta preceptũ regis egypti: sed conseruabant mares. Quibus accersitis ad se: ait rex. Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Que responderunt. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Ipse enim obstetricandi habẽt scientiam: et priusquam veniamus ad eas pariunt. aña. Auferte ista hinc (dicit dominus) et nolite facere domũ patris mei domum negociationis. Ps. Benedictus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, et corpore tibi placeamus et mente. Per.

¶ Ad vesperas añ. Soluite templum hoc (dicit dominus) et post triduum reedificabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis sui. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Deprecationem nostram quesumus domine benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas effectum, tribue defensionis auxiliũ. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Feria tertia. Lectio prima.

Exod. I D



Bene ergo fecit deus obstetricibus: et creuit populus, confortatusque est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deum: edificauit eis domos. Precepit ergo pharao omni populo suo, dicens. Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid feminini seruate. Tu. Lectio secunda.

Egressus est post hec vir de domo leui: et accepit vxorem stirpis sue. Que concepit et peperit filium: et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Lectio tertia.

Cumque iam celare non posset sumpsit fiscellam scirpeam: et liniuit eam bitumine ac pice. Posuitque in ea infantulum, et exposuit eũ in carecto ripe fluminis: stante procul sorore eius, et considerante euentum rei. añ. Quid me queritis interficere, hominem qui vera locutus sum vobis. Ps. Benedictus. Oratio.

Sacre nobis quesumus domine obseruationis ieiunia: et pie conuersationis augmentum, et tue propitiationis continuum prestet auxilium. Per dominum.

¶ Ad vesperas. Antiphona. Vnum opus feci et admiramini quia totum hominem sanum feci in sabbato. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Miserere domine quesumus populo tuo: et continuis tribulationibus laborantem propitius respirare concede. Per dominum nostrum Jesum christum.

Feria quarta. Lectio.j.



Ecce autem descendebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine: et puelle eius gradiebantur per crepidinem aluei. Que cum vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam e famulab⁹ suis: et allatam aperiens cernensque in ea paruulum vagientem, miserta eius ait. De infantibus hebreorum est. Lctõ.ij.

Cui soror pueri. Vis(iquit) vt vadam: et vocem tibi mulierem que nutrire possit infantulum? Respondit vade. Perrexitque puella: et vocauit matrem suam. Ad quam locuta est filia pharaonis. Accipe (ait) puerum istum: et nutri mihi. Ego dabo tibi mercedem tuam. Lectio tertia.

Suscepit mulier et nutriuit puerum, adultumque tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij: vocauitque nomen eius moyses dicens, quia de aqua tuli eum. An. Rabbi, quis peccauit hic aut parentes ei⁹ quod cecus natus est? respondit iesus et dixit: neque hic peccauit neque parentes eius: sed vt manifestentur opera dei in illo. Psalm⁹ Benedictus. Oratio.

Deus qui et iustis premia meritorum, et peccatoribus per ieiunium veniam prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgētiam valeat percipere delictorum. Per d.

Ad vesperas ā. Ille homo qui dicitur Jesus lutum fecit ex sputo et liniuit oculos meos et modo video. Psalm⁹. Magnificat. Oratio.

Pateant aures misericordie tue domine precib⁹ supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas, fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum.

Feria quinta. Lectio.j.



In diebus illis. Postquam creuerat moyses: egress⁹ est ad fratres suos. Viditque afflictionem eorum: et virum egyptium percutientem quendam de hebreis fratribus suis. Cumque circunspexisset huc atque illuc et nullum adesse vidisset: percussum egyptiū abscondit sabulo. Lec.ij.

Exod. 3 B

Et egressus die altero: cōspexit duos hebreos rixātes. Dixitque ei qui faciebat iniuriā. Quare percutis proximū tuū? Qui respondit. Quis constituit te principē et iudicem super nos? Num occidere me tu vis sicut heri occidisti egyptium? Lectio tertia.

Timuit moyses: et ait. Quomodo palam factum est verbū istud? Audiuitque pharao ser-

monem hunc: et querebat occidere moysen. Qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra madian: et sedit iuxta puteum. an. Pater diligit filium: et omnia demonstrat ei que ipse facit. ps. Benedictus. Ora.

Presta quesumus omnipotens deus ut quos ieiunia uotiua castigant: ipsa quoque deuotio sancta letificet: ut terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per.

¶ Ad vesperas an. Sicut pater suscitat mortuos et uiuificat: sic et filius quos uult uiuificat. ps. Magnificat. Oratio.

Populi tui deus institutor et rector peccata quibus impugnatur expelle: ut semper tibi placitus, et tuo munimine sit securus. Per dominum.

¶ Feria sexta. Lectio prima.

Exodi 2 C



Erant autem sacerdoti madian septem filie que venerant ad hauriendam aquam: et impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores: et eiecerunt eas. Lectio secunda.

Surrexit itaque moyses: et defensis puellis adaquauit oues earum. Et cum reuertissent ad raguel patrem suum: dixit ad eas. Cur uelocius venistis solito? Responderunt. Uir egyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper et hausit aquam nobiscum potumque dedit ouibus. Lectio tertia.

At ille. Ubi est inquit? Quare dimisistis hominem? Uocate eum ut comedat panem. Iurauit ergo moyses quod habitaret cum eo. Accepitque sephoram filiam eius uxorem: que peperit ei filium quem vocauit gersam dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterum uero peperit quem vocauit eliezer, dicens Deus enim patris mei adiutor meus: et eripuit me de manu pharaonis. an. Lazarus amicus noster dormit: eamus et a somno excitemus eum. ps. Benedictus. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis: presta quesumus, ut ecclesia tua eternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxiliis. Per do.

¶ Ad vesperas an. Domine si hic fuisses lazarus non esset mortuus: ecce iam fetet quatriduanus in monumento. ps. Magnificat. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: ut qui infirmitatis nostre conscij de tua virtute confidimus: sub tua semper protectione gaudeamus. Per

¶ Sabbato. Lectio prima.



Post multum vero temporis mortuus est rex egypti. Ingemiscentes filij israel propter opera: vociferati sunt. Ascenditque clamor eorum ad deum ab operibus: et audiuit gemitum eorum: ac recordatus est federis quod pepigit cum abraham,

isaac, et iacob. Et respexit dominus filios israel: et liberauit eos. Lectio secunda.

Moyses autem pascebat oues ietro soceri sui sacerdotis madian. Cumque minasset gregem ad interiora deserti: uenit ad montem dei oreb. Apparuitque ei dominus in flamma ignis de medio rubi: et uidebat quod rubus arderet et non combureretur. Dixit ergo moyses. Vadam et uidebo uisionem hanc magnam: quare non comburatur rubus. Lectio tertia

Cernens autem dominus quod pergeret ad uidendum: uocauit eum de medio rubi et ait. Moyses moyses. Qui respondit. Assum. At ille. Non appropies (inquit) huc. Solue calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait. Ego sum deus patris tui: deus abraham, deus isaac, et deus iacob. an. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen uite dicit dominus. ps. Benedictus. Oro

Fiat quesumus domine per gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tue sint placita pietati. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum.

Ab hac die usque ad crastinum octauarum pasche nihil fiat de festo nouem lectionum nisi solummodo de festo duplici, et hoc abhinc usque ad cenam domini tantum. Si aliquod dupl. fes. in hoc sabbato uel in sabba. sequenti contigerit: uespere fiant de dominica et solennis memoria de festo.

1. A ¶ Dominica in passione tota dicitur historia: et festum sancti gregorij differatur in crasti. Ad secundas uesperas que erunt de festo fiat solennis memoria de dnica. Histo. do. dicitur per hebdo. incipiendo cum duobus Rijs et in quinta feria dicitur 7. respon. histo. cum duobus R. ijs fe. Festa uero sanctorum edvvardi, cuthberti, et bndicti differantur usque ad trans. eorundem

2. A ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. Ad primas uesperas fiat memoria de sancto edvvardo: et festa sanctorum cuthberti et benedicti differantur usque ad trans. eorundem. Feria quarta dicitur octauum R. histo. cum, 2, R. fer. Sabbato de annunciatione. Secunde uespere erunt de dominica et solennis memoria de festo licet fest. loci fuerit.

3. A ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. Ad primas uesperas fiat solen. memoria de annunciatione. Feria quarta dicitur octauum R. cum duobus responsorijs fer.

4. A ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. Feria tertia de sancto ambrosio. cap. Ecce sacerdos, et festum sancti Richardi

disse. vsqz ad transla. eius. Feria. 5. dr 8. R. cu. 2. Rijs fer.

5.A ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. Feria quarta & sabbato dicitur 8. R. cum duobus responsoriis ferialib⁹.

1.B ¶ Dominica in passione de seruitio do. Ad pri. vesperas que erunt de dominica fiat solen. memo. de sancto gregorio & fes. sanctorum differantur vsque ad trans. eorum. Et in quarta feria & sabbato dicitur 8. R. cum 2. responsoriis ferialibus.

2.B ¶ Dominica in passione de seruitio do. et fes. sanctorum differan. vsqz ad tras. eoru. Feria quarta dr 8. R. cu 2. Rijs fe.

3.B ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. Feria quarta et sabbato dicitur 8. R. cum duobus responsoriis ferialib⁹.

4.B ¶ Dominica in passione de seruitio do. & nihil de sancto richar. vsqz ad tra. eius. Secunde vespe erunt de sancto ambrosio & solen me. de dnica & in. 5. fe. dr. 8. R. cu. 2. Rijs fe.

5.B ¶ Dominica in passioe de seruitio do. In quarta feria et sabbato dicitur. 8. R. cu 2. Rijs fe. In quinta feria dicitur me. de sancto tyburtio ad vesperas et ad matu. de sancta maria.

1.C ¶ Dominica i passione de serui. do. & festa sanctoru edvvardi cuthberti, & benedicti disse. vsque ad trans. eorum: & in quarta feria & sabbato dicitur. 8. R. cum responsoriis ferialibus

2.C ¶ Dominica in passione de seruitio do. & festum sancti benedicti disse. vsqz ad trans. eius: et in 4. fe dr 8. R. cu Rijs fe.

3.C ¶ Dominica in passione de seruitio do. et in quarta feria et in sabbato dicitur. 8. R. cum Rijs fer. et festum sancti richardi disse. vsque ad transla. eius.

4.C ¶ Dominica in passione de seruitio do. et fes. sancti ambrosij differ. in crastl. Secude ves. erunt de sancto ambro. et solen. memoria de dominica. Feria quinta dr. 8. R. cum Rijs fe.

5.C ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. Feria quarta & sabbato dicitur octauum R. cum responsoriis ferialibus.

1.D ¶ Dominica in passione de seruitio dominic. Feria quarta dicitur. 8. R. cum Rijs fe. Feria quinta de sancto gregorio.

2.D ¶ Dominica in passione de seruitio do. & fes. sanctoru disse. vsqz ad tras. eorum. Feria quarta & sab. dr. 8. R. cu Rijs fe.

3.D ¶ Dominica in passione de seruitio do. & in. 6. fe. dicitur. 8. R. cu Rijs fe. Feria quarta de annucia. & sol. me. de ieiunio.

4.D ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali: et festum s. richardi dif. vsqz ad tras. ei⁹: & i. 4. fe. dr. 8. R. cu Rijs fe.

5.D ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali. Ad primas vesperas solen. memoria de festo. In quarta feria et sabbato dicitur octauum R. cum responsoriis ferialibus.

1.E ¶ Dominica in passione de seruitio dominicali. In. 5. fe. dr 8. R. cu Rijs ferialib⁹. Fe. 4. de sctō greg. cp. Ecce sacerdos

2.E ¶ Dominica in passione de servitio dominicali. Feria quarta et sabbato dicitur octauum respon. cum responsoriis fe. Festa differantur usque ad translationem eorum.

3.E ¶ Dominica in passione de servitio dominicali. Feria quinta dicitur .8. responso. cum Rǔiis ferialibus. Feria tertia de annunciatione et solennis memoria de ieiuni.

4.E ¶ Dominica in passione de servitio dominicali: et in quarta feria .8 R℞. cum responsoriis ferialibus. Festum sancti richardi differatur usque ad translationem eius. Feria sexta de sancto ambrosio capitulum. Ecce sacerdos.

5.E ¶ Dominica in passione de servitio dominicali & in quarta feria & sabbato dicitur R℞. cum responsoriis ferialibus.

1.F ¶ Dominica in passione de servitio dominicali. Feria quinta dicitur octauum responsorium cum responsoriis ferialib⁹ Feria tertia de sancto gregorio capitulum. Ecce sacerdos.

2.F ¶ Dominica in passione de servitio dominic. Feria .4. & sab. d᷑ .8. R℞. cum R℞iis fe. et festa differantur usq̧ ad trāſ. eorū.

3.F ¶ Dominica in passione de servitio dominicali. Secūde vespere erūt de sancta maria: et solennis memoria de dominic. Feria secunda de annunciatione & solennis memoria de ieiunio. Feria quinta dicitur .8. respon. cum R℞iis ferialibus.

4.F ¶ Dominica in passione de servitio dominicali: & nihil de sancto richardo usque ad translationem eius. Feria quinta de sctō āb͛rosio. cp̄. Ecce sacerdos. Fe. 4. d᷑ 8. R℞. cū R℞iis fe.

5.F ¶ Dominica in passione de servitio dominicali. Feria quarta et sabbato dicitur .8. responso. cum responsoriis ferialibus

1.G ¶ Dominica in passione de dominicali. Secunde vespere erunt de sancto gregorio cp̄m. Ecce sacerdos. & solennis memoria de dominica. Feria quinta dicitur R℞. cum R℞iis fer.

2.G ¶ Dominica in passione de dominicali. Festum annunciatio. differatur licet fest. loci fuerit. Secunde vespere erunt de annunciatione & solennis memoria de do. In .4. fe. & sabba. d᷑ 8. R℞. cū R℞iis fe. Fes. sanctorū differantur usq̧ ad trāſ. eorū.

3.G ¶ Dominica in passione de dominica. Feria secunda de annunciatione et solennis memoria de ieiunio. Feria quinta dicitur octauum responsorium cum responsoriis ferialibus.

4.G ¶ Dominica in passione de dominicali & nihil de sancto richardo usque ad translationem eius. Feria quarta de sancto ambrosio capitulum. Ecce sacerdos et solennis memoria de ieiunio. Feria quinta dicitur octauum responsorium cum responsoriis ferialibus.

5.G ¶ Dominica in passiōe de dominicali. In quarta feria et sabbato dicitur octauum respon. cum responsoriis ferialibus.

¶ Dominica in passione domini ad vesp. an. Benedictus. Ps. Ipsum. Deinceps nulla dicitur neuma in fine a. vsque ad octa. pasc. R. tamen et Benedica. & Kyrie el. & grad. &c. huiusmodi cum neuma dicuntur more solito vsque ad cenam dni. Kyrie eleison. vero semper cum sua neuma dr. Cpm.

Vindica domine causam anime mee: defensor vite mee domine deus me⁹. R. Circundederunt me viri mendaces sine causa flagellis ceciderunt me. Sed tu domine defensor vindica me. V. Quoniam tribulatio proxima est & nō est qui adiuuet. Sed tu. Non dr. Glia. sed repetatur R. Circundederunt. Hymnus

Thre. 3 F

Vexilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium: quo carne carnis cōditor, suspensus est patibulo.

Confixa clauis viscera, tendens manus vestigia, redemptionis gratia hic immolata est hostia.

Quo vulnerat⁹ insuper mucrone dire lancee: vt nos lauaret crimine, manauit vnda sanguine.

Impleta sunt que concinit dauid fidelis carminē: dicendo nationibus, regnauit a ligno deus.

Arbor decora et fulgida, ornata regis purpura: electa digno stipite, tam sancta membra tangere.

Beata cuius brachiis, precium pependit seculi: statera facta est corporis, predamque tulit tartari. Ad istum V. O crux aue, conuertat se chorus ad altare vsque ad inceptionem psalmi. Magnificat.

O crux aue spes vnica, hoc passionis tempore: auge piis iustitiam, reisque dona veniā.

Te summa de⁹ trinitas, collaudet omnis spiritus: quos per crucis mysterium saluas rege per secula. Amen. V. Dederunt in escam meā fel. R. Et in siti mea potauerunt me aceto. ān. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso et testimoniū perhibet de me qui misit me pater. Psalm⁹. Magnificat. Oratio.

Quesumus omnipotēs deus familiā tuā propitius respice: vt te largiente regatur in corpore, & te seruāte custodiatur in mente. Per.

¶ Ad completorium an. Miserere. ps. Cum inuocarem. Capm. Tu in no. R. In manus tuas. Hymn⁹. Cultor dei. & cetera omnia sicut notatur ad completorium post psalte.

¶ Ad matutinas Inuitato. Hodie si vocē domini audieritis. Nolite obdurare corda vestra. ps. Venite. & dicitur in Gloria sed post .i. iij. et. v. versus, repetatur. Nolite obdurare. post .ij. et. iiij. versus totum repetatur inuitatorium et sic fiat quotidie vsque ad cenam domini ad matutinas de temporali tantum: & causa subest quia non dr Gloria. in fine psalmi. Venite. Hy⁹.

Pange lingua gloriosi, prelium certaminis: et super crucis tropheũ dic triũphum nobilem: qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.
De parẽtis protoplasti fraude facta cõdolens: quando pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignũ tunc notauit, damna ligni vt solueret.
Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat: multiformis proditoris ars vt artem falleret: et medelam ferret inde, hostis vnde leserat.
Quãdo venit ergo sacri plenitudo temporis: missus est ab arce patris nat⁹ orbis cõditor: atq̃ vẽtre virginali caro factus prodijt.
Gloria & honor deo, vsq̃quo altissimo: vna patri, filioque inclyto paraclito: cui laus est & potestas per eterna secula. Amen. ¶ In primo noct. ãn. Vulpes foueas habent & volucres celi nidos: filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet. ps. Beat⁹ vir. Hec sola ãn. dicitur in. j. noct. super oẽs psalmos ante lec. & finiãtur psalmi cũ Gloria. sicut in preceden. dominicis: ita tamen quod quotiensciũq̃ dicitur. Gloria post psal. exaltetur si necesse fue. & sic fiat in sequentibus noc. huius do. & in sequentibus diebus vsq̃ ad cenam do. ℟. Et de manu. &c. Erue a fra. &c. Hac die incipiatur hiere. & legatur quoti. vsque ad pasc. quando de tẽporali agitur. Tamen cũ fuerint noue le. de temporali: tũc in. j. noc. tantum de prophetia hieremie legantur. Lectio. j.



Verba hieremie filij helchie de sacerdotib⁹ qui fuerunt in anatoth in terra bẽiamin: quod factum est verbũ domini ad eum in diebus iosie filij amon regis iuda, in terciodecimo anno regni ei⁹. Et factum est in diebus ioachim filij iosie regis iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni sedechie filij iosie regis iuda: vsq̃ ad transmigrationem hierusalem in mense quinto. Et tunc finiãtur omnes lec. de prophe. cum hac cła. Hec di. nisi in tribus noctibus ante pasc. ℟. Isti sunt quos obseruare debetis temporibus suis. Quartadecima die ad vesperum pascha domini est & in quintadecima solennitatem celebrabitis altissimo domino. ℣. Locutus est domin⁹ ad moysen dicẽs, loquere filiis israel et dices ad eos. Quartadecima die. Hoc predictũ ℟. non dicitur per hebdo. sequen. sed ad hagmatu. tantum. Lectio secũda.

Hiere. I. A

Et factũ est (inquit hieremias) verbum dñi ad me: dicens. Priusq̃ te formarem in vtero noui te, et antequã exires de vulua sanctificaui te: et prophetam in gentibus dedi te. Et dixi A. a. a. domine deus, ecce

nescio loqui: quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me Noli dicere quia puer sum: quoniam ad omnia que mittam te, ibis: et vniuersa quecunque mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum sum vt eruam te: dicit dominus. Hec dicit.

℟. Multiplicati sunt qui tribulant me: et dicent, non est salus ipsi in deo ei⁹. Exurge domine saluum me fac deus meus. ℣. Nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Exurge. Lec. iij.

ET misit dominus manum suam: et tetigit os meum. Et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo ecce constitui te hodie super gentes et super regna: vt euellas et destruas, et disperdas et dissipes, et edifices et plantes. Et factum est verbum domini ad me dicens. Quid tu vides hieremia? Et dixi. Virgam vigilantem ego video. Et dixit domin⁹ ad me. Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbum meū vt faciam illud. ℟. Qui custodiebant animam meam consiliū fecerunt in vnum: dicentes. Deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eū: quia non est qui liberet eum Deus meus ne elongeris a me, deus meus in adiutoriū meum intende. ℣. Omnes inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mādauerunt aduersum me dicentes. Deus me⁹.

Hunc ℣. non sequatur Gloria patri. sed ℟. reincipiatur. Idem modus seruetur in vj. et ix. ℟. et in quotidianis ℟. super hoc. et in iij. ℟. ad ma. et quotidie fiat hoc modo vsque ad pascha quando de temporali agitur tantum.

¶ In secundo nocturno aña. Sicut exaltatus est serpēs in eremo: ita exaltari oportet filium hominis. ps. Conserua. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et a cornib⁹ vnicornium humilitatem meam.

Sermo beati Joannis episcopi. Lectio quarta.

MAgnum hieremie sanctissimi meritum: magnum in eum collatum est diuinitus donum. Magnum (inquit) hieremie est meritum: qui ante promeretur quam nascitur, ante sanctificatur quam editur, ante propheta constituitur quam mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita: et ab eo necdū exercentur officia. Dona narrantur: nec tamen donorum cause tractantur. Promotio dicitur: et necdum promotionis negocium aperitur ℟. Deus me⁹ es tu: ne discedas me. Quoniam tribulatio proxima est et non est qui adiuuet. ℣. Deus deus meus respice in me. Quoniam. Lec. v.

NOli (inquit dominus) putare hieremia quod hodie te prophetam cōstituo: aut nunc primum ad istam gentē corrigendam premitto. Olim

enim mihi probat⁹ ac not⁹ es: olim consecrat⁹ ac dign⁹, olim propheta gentibus institut⁹. Te mihi aptum: te idoneum prescientia ipsa monstrauit. Tibi prophetandi presagiũ: et fiduciam predicandi attribui. Per te prophete officia: et mee dispositionis nuncia perferri ad illos institui. ℟ Tota die contristatus ingrediebar domine: quoniam anima mea impleta est illusionibus Et vim faciebant qui querebant animam meã. ℣sus Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates et dolos tota die meditabãtur. Et vim faciebant. Lectio sexta.

ET em̃ nemo exterreat: nemo tibi formidinem vanam immittat. Inter me et ipsos tu eris medius: qui iussa perferas, precepta ostẽdas mandata edicas. Nec poteris reticere que loquor: ne silendo possis afferre perniciem, qui predicando poteris conferre salutem. Quid est (inquit) dominator domine? Cur iuniori tam onerosum pondus imponis? Cur ad corrigendum populum etatem paruulã dirigis? Cur prophetandi mihi tantam operam credis? Ego enim nec ad exequendũ idoneus: qui etate premor, sermone impedior, officio terreor. Noli (inquit dominus) dicere quia iunior ego sum. Hoc enim per te fieri volui: hoc enim per te impleri precepi vt iunior senes, et ineloquẽs eloquentes obiurges. ℟m. Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patiẽtia mea ℣sus. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me. Quoniam tu es patientia.

In tertio nocturno añ Recordare mei domĩe et erue me ab his qui persequuntur me. ps Celi enarrant gloriã dei. ℣sus. Ne perdas cum impiis deus animam meam. ℟m Et cum viris sanguinum vitam meam. Secundum Joannem Cap. 8

IN illo tempore. Dixit Jesus turbis iudeorũ: et principibus sacerdotum Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Et reliqua.

Homelia beati Gregorii pape. Lectio septima.

PEnsate fratres charissimi mansuetudinem dei. Relaxare peccata venerat: et dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde quod subditur. Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. ℟m. Adiutor et susceptor meus es tu domine: et in verbum tuum sperauit. Declinate a me maligni

& scrutabor mandata dei mei. ℣ Esus. Iniquos odio habui & legem tuam dilexi. Declinate a me. Lectio octaua.

SI enim ipse verba dei audit qui ex deo est: et audire verba dei non potest quisquis ex illo nō est: interroget se vnusquisque si verba dei in aure cordis percipit & intelligit vnde sit. Celestem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria conterere, mundi gloriam declinare, aliena non appetere. propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisque nostrū, si hec vox dei in cordis eius aure cōnaluit: & quia iam ex deo sit agnoscit. ℟ In te iactatus sum ex vtero: de vētre matris mee deus meus es tu: ne discedas a me. Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. ℣ Salua me ex ore leonis: & a cornibus vnicorniū humilitatem meam. Quoniā tribulatio. Lectio nona.

NAm sunt nonnulli qui precepta dei nec aure cordis percipere dignantur. Et sunt nōnulli qui hec quidem corporis aure percipiūt: sed nullo ea mentis desiderio amplectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba dei suscipiunt, ita vt etiam fletibus cōpungantur: sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba dei non audiunt: quia hec exercere in opere contēnunt. Vitam ergo vestram fratres charissimi ante mētis oculos reuocate: & alta cōsideratione pertimescite hoc quod ex ore veritatis sonat. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. ℟ In proximo est tribulatio mea domine (& non est qui adiuuet) vt fodiāt manus meas & pedes meos: libera me de ore leonis. Vt enarrem nomen tuū fratribus meis ℣ Erue a framea deus animam meam: & de manu canis vnicam meam. Vt enarrem. ℟ In proximo. ℟ fer. Ne perdas cum impiis deus animam meam & cum viris sanguinum vitā meam. Redime me dn̄e. ℣ Eripe me dn̄e ab homine malo: a viro iniquo libera me. Redime. ℟ Ne auertas faciē tuā a puero tuo dn̄e. Quoniam tribulor velociter exaudi me. ℣ Intende anime mee & libera eam, propter inimicos meos eripe me Qm̄. Hec duo ℟ ia ferial. semper dn̄r pariter in vno die: et quotiens dicetur de .iij. noct. per hebd. de fer. tēporali. ℣ Intende anime mee & libera eam. ℟ Propter inimicos meos eripe me. Iste ℣ dr quotidie an̄ lau vsque ad cenā dn̄i qn̄ de tēpali agitur In lau. an̄.

Uide domine afflictionem meam: quoniam erectus est inimicus meus. ps. Miserere mei deus. an̄ In tribulatione inuocaui dominum & exaudiuit me in latitudine. ps. Confitemini dn̄o. an̄ Iudicasti dn̄e causam anime mee, defensor

vite mee domine deus meus. ps. Deus deus meus. Aña.
4 Popule meus quid feci tibi? aut quid molestus fui? respōde mihi. ps. Benedicite omnia. añ.
5 Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam anime mee? Psalm⁹. Laudate. Capitulum.

Heb. II. C

Christus assistens pontifex futurorum bonorum peramplius et perfecti⁹ tabernaculum non manu factum: id est non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, eterna redemptione inuenta. Hymn⁹.

Lustra sex qui iam peracta temp⁹ implens corporis, se volēte natus ad hoc passioni deditus, agnus in cruce leuatur immolādus stipite.

Hic acetum fel arundo sputa claui lancea, mite corpus perforatur sanguis vnda profluit: terra. pontus. astra mundus quo lauantur flumine.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talem profert fronde flore germine: dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet.

Flecte ramos arbor alta, tēsa laxa viscera, et rigor lentescat ille quem dedit natiuitas: vt superni membra regis miti tendas stipite.

Sola digna tu fuisti, ferre seculi precium, atq; portum preparare nauta mundo naufrago: quem sacer cruor perūxit fusus agni corpore.

Gloria et honor deo. Vsus. Eripe me de inimicis meis deus meus. R. Et ab insurgētibus in me libera me. añ. Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatē dico, quare vos nō creditis mihi? qui est ex deo verba dei audit, propterea vos non auditis quia ex deo non estis. ps. Benedictus. Oratio. Quesumus omnipotens de⁹. etc. Ad primam añ. Ego demonium non habeo, sed honorifico patrē meū dicit dominus. ps. De⁹ deus meus respice. Ab hac die et deinceps vsq; ad octa. pasche nō dr R. Jesu christe sed post ch statim dr ab vno solo puero ex parte cho. loco nec habitu mutato: Vsus. Exurge domine adiuua nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.

Hoc eodem modo dicitur quotidie vsq; ad cenam dñi quando de temporali agitur tantū.

¶ Ad tertiam añ. Ego gloriā meā nō quero: est qui querat et iudicet. ps. Legē pone. Cō. Christus assistens. R. Erue a framea. Chorus prosequatur totum deus animā meam Et de manu canis vnicā meā Clericus V. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. Et de manu. Vsus De ore leonis.

¶ Ad sextam an Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortē non

gustabit in eternum. Psalm⁹ Defecit. Capitulum.

Hebr. II D

Sanguis christi qui per spiritū sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo: emundabit conscientiam nostram ab operib⁹ mortuis: ad seruiendum deo viuenti. ℟. De ore leonis. Chorus prosequatur totum. Libera me domine. Et a cornib⁹ vnicornium humilitatem meam. Clericus ℣. Erue a framea deus animam meam: & de manu canis vnicam meam Et a cornibus. ℣sus. Ne perdas cum impiis deus animam.

¶ Ad nonam ā. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meū, vidit & gauis⁹ est. ps. Mirabilia. Capitulum

Vbi s

In deo fratres christ⁹ noui testamenti mediator est: vt morte intercedente repromissionē accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. ℟. Principes. Chorus prosequatur persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meū. Letabor ego super eloquia tua. Clericus ℣. Quasi qui iuenit spolia multa. Letabor. ℣⁹. Eripe me domine ab homine malo. ℟m. A viro iniquo libera me. Ad vesperas ān Sede a dextris meis. ps Dixit dominus dño meo. Cpm Christus assistens ℟ Vsqquo. Chor⁹ prosequatur totum exaltabitur inimicus meus super me. Respice & exaudi me domine de⁹ me⁹ Clericus ℣sus Qui tribulāt me exultabunt si mot⁹ fuero: ego autem i misericordia tua speraui. Respice. non dicitur Gloria sed ℟. reincipiatur. Hoc ℟m. dicitur quotidie ad vesperas per hebd. quando de temporali agitur. Hymnus. Vexilla regis prodeunt. ℣⁹ Dederunt in escam meam fel ān Amen amen dico vobis: anteq̄ abrahā fieret ego sum sustulerunt lapides iudei vt iacerent in iesum: Jesus autē abscondit se & exiuit de templo. ps. Magnificat. Oratio. Quesumus omnipotens de⁹.

¶ Feria secunda in passione domini. Ad matut. Inuitato. Adoremus dominū. Qui nos redemit per crucem. ps. Venite exultemus domino. Hoc inuitato. dr quotidie ad matuti. vsq ad cenam dñi quando de feria agitur. Hy⁹ Pange lingua gloriosi. Ad noctur. Aña. Dominus defensor. ps. Domin⁹ illuminatio. & alie añe cum suis psal. de noctur. more solito dñr: & sic stat in singulis noct. quotidie vsq ad cenam domini: quando de feria agitur. Quotidie per hanc hebdomadam dicūtur ℣. & ℟. ad matuti. secundum ord. noc ℟. & ℣. hist. de. excepto. i. resp. quod non dicetur: ita tamē q̄ respō. fer. nō omittātur. Le. i.

Et factum est verbum domini secūdo ad me dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ollā succēsam ego video: & faciem ci⁹

a facie aquilonis. Et dixit do-
minus ad me. Ab aquilone
pandetur malū super omnes
habitatores terre. Quia ecce
conuocabo omnes cognatio-
nes regnorum aquilonis: di-
cit dominus. Et venient & po-
nent vnusquisqꝫ solium suū
in introitu portarum hierusa
lē: & super omnes muros eiꝰ
in circuitu: & super vniuersas
vrbes iuda. Et loquar iudi-
cia mea cum eis super omnē
malitiam eorum qui dereli-
querūt me: & libauerunt diis
alienis, & adorauerunt opus
manuum suarum. Lectio .ii.

Dixit ergo dominꝰ. Tu ac-
cinge lumbos tuos: & surge
& loquere ad eos omnia que
ego precipio tibi. Ne formi-
des a facie eorum: nec enim
timere te faciam vultum eorū
Ego quippe dedi te hodie in
ciuitatem munitam, & in colū
nam ferreā, & in murum ereū
super omnem terram: regibꝰ
iuda & principibus eius & sa
cerdotibꝰ & populo terre. Et
bellabunt aduersus te & non
preualebunt: quia ego tecum
sum (ait dominus) vt libe-
rem te. Lectio tertia.

Et factum est verbum domi
ni ad me dicens. Vade & cla-
ma in auribꝰ hierusalem, di-
cens. Recordatus sum tui mi
serans adolescentiam tuam:
& charitatem desponsationis
tue quando secuta est me in
deserto, in terra que non semi
natur. Sanctus israel dño:
primitie frugum eiꝰ. Oēs qui
deuorant eū delinquūt: mala
venient super eos dicit dñs.

¶ In laudibus añe & psalmi
iiii ferie. Capitulum.

Domine demōstrasti mi-
hi & cognoui: tu osten-
disti mihi studia eorū, & ego
quasi agnus mansuetus qui
portatur ad victimam. Hyꝰ.
Lustra sex qui. Vsus. Eripe
me de inimicis. ā. In die ma-
gno festiuitatis stabat Iesus
& clamabat dicens: si quis si-
tit veniat ad me & bibat. Ps.
Benedictus. Oratio.

Hiere 11 D

Sanctifica quesumꝰ do-
mine nostra ieiunia: &
cunctarum nobis propitius,
indulgentiam largire culpa-
rum. Per dominum nostrum.

¶ Ad primā ā. Anime impio-
rum aduersum me: & grauatū
est cor meum super eos. Ps.
Deus in nomine tuo saluum

¶ Ad terciam añ. Iudicasti do
mine causam anime mee de-
fensor vite mee domine deus
meus. Ps. Legem. Capitulū.

Faciem meam nō auerti
ab increpantibꝰ et con-
spuentibus in me: dominus
deus auxiliator meus, & ideo
non sum confusus. R. Erue a
framea. Vsus. De ore leonis.

Esaie. 50 C

¶ Ad sextam añ. Popule meꝰ
quid feci tibi? aut quid mole-
stus fui: responde mihi. Ps.
Defecit. Capitulum.

Dominus deus auxilia-
tor meus: & ideo non
sum confusus: ideo posui fa-
ciem meam vt petram durissi
mam, & scio quoniam non cō-

Vbi s

dar. ℟ iii. De ore leonis. ℣. Ne perdas cum impiis.

¶ Ad nonam aña. Nunquid redditur pro bono malū: quia foderunt foueam anime mee. ps. Mirabilia. Capitulum.

Hiere 17 G

CONfundantur qui me persequuntur & non cōfundar ego, paueant illi & nō paueam ego, induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos domine deus noster. ℟. Principes ℣. Eripe me domine ab homine malo. Supradictus ordo hym, cp. & ā. seruetur quotidie vsq ad cenā domini ℟. & ℣. ad omnes hor. per hebd. dicantur a capite ieiu. vsq ad cenam dñi in fer. dieb9 tantū.

¶ Ad vesperas añe & psalmi fer. Caphm Iudicasti domine. Hoc cp. dicitur ad ves. vsq ad iiij. fer. ante pascha quando de feria agitur ℟. Vsqquo. Hy9 Vexilla regis prodeūt. ℣sus Dederunt. ān. Si quis sitit veniat & bibat: & de ventre eius fluent aque viue. ps. Magnificat. Oratio.

DA quesum9 domine populo tuo spiritum veritatis & pacis: vt te tota mēte cognoscat, & que tibi placita sunt pia deuotiōe exerceat Per dominum nostrum.

¶ Feria tertia. Lectio prima



Audite verbum domini domus Iacob, et omnes cognationes domus israel. Hec dicit dominus. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis quia elongauerunt a me, & ambulauerunt post vanitatem. & vani facti sunt. Et nō dixerunt. Vbi est dominus qui ascendere nos fecit de terra egypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilē & inuiā, per terrā sitis et imaginem mortis, et per terram in qua non ambulauit vir neq habitauit homo. Hec dicit. Lectio secūda.

Et induxit vos in terrā carmeli, vt comederetis fructum ei9 & bona illius. Et ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Hec dicit dominus. Lectio tertia.

Sacerdotes non dixerunt vbi est dominus, et tenentes legem nescierunt me, & pastores preuaricati sunt in me. Et prophete prophetauerunt in baal, & idola secuti sunt. Propterea adhuc iudicio cōtendam vobiscum ait dominus, & cum filiis vestris disceptabo. Hec dicit domin9 omnipotens. ān. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Psalmus. Benedict9 dominus. Oratio.

NOstra tibi domine quesumus sint accepta ieiunia, que nos & expiando gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant eterna. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū.

Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate.

¶ Ad vesperas añ Vos ascẽdite ad diem festum hunc: ego non ascendam quia tempus meum nondum aduenit. ps. Magnificat. Oratio.

Da nobis quesumus domine perseuerantem in tua voluntate famulatum, vt in diebus nostris ⁊ merito et numero populus tibi seruiẽs augeatur. Per dominum.

¶ Feria quarta. Lectio. j.



Ransite ad insulas cethim ⁊ videte, ⁊ in cedar mittite ⁊ cõsiderate vehemẽter: ⁊ videte si factũ est huiuscemodi: si mutauit gens deos suos. Et certe ipsi non sunt dij. Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Hec dicit. Lectio. ij.

Obstupescite celi super hoc: ⁊ porte eius desolamini vehementer dicit dominus. Duo enim mala fecit populꝰ meus Me dereliquerunt fontem aque viue: ⁊ foderunt sibi cisternas dissipatas, que continere non valent aquas. L. iij.

Nunquid seruus est israel: aut vernaculus? Quare ergo factus est in predam? Super eum rugierunt leones ⁊ dederunt vocem suam: posuerunt terram eius in solitudinem. Ciuitates eius exuste sunt: et nõ est qui habitet in eis. Hec dicit. Aña Oues mee vocem meam audiunt, ⁊ ego dominꝰ agnosco eas. Psalmus. Benedictus. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra: et quibus deuotionis prestas affectum, prebe supplicantibus pium benignus auditũ. Per dominum nostrum.

¶ Ad vespe. añ. Multa bona opa operatꝰ sum vobis: propter quod opus vultis me occidere? ps. Magt. Oratio.

Adueniat quesumus domine misericordia tua sperata supplicibus, ⁊ eis celestis munificẽtia tribuatur: quatenus ⁊ recte petenda postulent, ⁊ postulata percipiãt Per dominum nostrum.

¶ Feria quinta. Lectio. j.



Ilij quoqꝫ mempheos ⁊ taphneos constuprauerunt te vsqꝫ ad verticem. Nunquid non istud sanctum est tibi: quia dereliquisti dominum deum tuum, eo tẽpore quo ducebat te per viam? Hec. Lectio secunda.

Et nunc quid tibi vis ĩ via egypti: vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via assyriorum: vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua: ⁊ auersio tua increpabit te. Hec. Lectio tertia.

Scito ⁊ vide quia malum ⁊ amarum est reliquisse te dominum deum tuum, ⁊ non esse timorem eius apud te: dicit dominus deus exercituum. A se-

culo confregisti iugum meũ: rupisti vincula mea & dixisti Non seruiam. Hec dicit. Aña Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Psalmus. Benedictus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humane per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimonie studio reformetur. Per dominum.

¶ Ad vesperas aña. Mittens hec mulier in corpus meum hoc vnguentum, ad sepeliendum me fecit. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Esto quesumus domine propitius plebi tue: vt que tibi non placent respuẽs, tuorum potius repleatur delectationibus mandatorum. Per dominum.

¶ Feria sexta. Lectio prima.



In omni em colle sublimi: & sub omni ligno frõdoso tu prosternebaris meretrix. Ego autem plãtaui te vineã electam: omne semen verum. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauũ vinea aliena? Hec dicit. Lectio secunda.

Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbã borith: maculata es in iniquitate coram me, dicit dominus deus. Quomodo dicis non sum polluta: post baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle: scito quid feceris. Hec dicit. Lectio tertia.

Cursor leuis explicãs vias suas onager assuetus in solitudine: in desiderio anime sue attraxit ventum amoris sui. Nullus auertet eam. Omnes qui querunt eam nõ deficiẽt: in menstruis eius inuenient eam. Hec. aña. Appropinquabat autem dies festus & querebant principes sacerdotum quomodo iesum interficerẽt: sed timebãt plebem. Psalm⁹. Benedictus. Oratio.

Cordibus nostris quesumus domine auxiliũ gratie tue benign⁹ infunde: vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes: tẽporaliter potius maceremur quam supplicijs deputemur eternis. Per dominum.

¶ Ad vesperas ã. Principes sacerdotum consilium fecerũt vt iesum occiderent: dicebant autem, non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. ps. Magnificat. Oratio.

Concede nobis quesumus domine veniã peccatorum & religionis augmẽtum: atq3 vt in nobis tua dona multiplices, tuis fac mandatis promptiores. Per d.

¶ Sabbato. Lectio prima.



Prohibe pedẽ tuũ a nuditate: et guttur tuũ a siti. Et dixisti. Desperaui: neqnaq̃ faciã Adamaui quip-

pe alienos: & post eos ābula ui. Quomodo cōfunditur fur quando deprehenditur: sic cō fusi sunt domus israel, ipsi et reges eorum, principes & sacerdotes & prophete eorum. Dicentes ligno: pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti Hec dicit dominus. Lectio .ii.

Verterunt ad me tergum et non faciem: & in tempore afflictionis sue dicent. Surge et libera nos. Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi. Surgant et liberent te in tēpore afflictionis tue. Secundum numerū quippe ciuitatum tuarum erant dii tui iuda. Hec dicit dominus. Lectio tertia.

Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me dicit dominus. Frustra percussi filios vēos: disciplinam non receperunt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros: quasi leo vastator generatio vestra. Hec dicit dominus. an. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum anteꝗ̄ patiar. ps. Benedictus. Oratio.

Proficiat quesumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: ut sacris actionibus erudita: quāto maiestati tue sit gratior: tāto donis potioribus augeatur Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula.

1. A ¶ Dñica in ramispalmarum de seruitio dñice. Et festū annunciationis differatur vsqꝫ ad 5. feriam post octa. pasche.

2. A ¶ Dñica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Ad primas vesperas que erunt de dominica. fiat solen. memoria de annunciatione beate marie: licet festum loci fuerit.

3. A ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali & festum sancti richardi differatur vsqꝫ ad transl. eius. Feria tertia de sancto ambrosio. cū. Ecce sacerdos. Feria secunda dñr exequie mortuorum cum ix. lec. & cum missa in crastino.

4. A ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do. & ceteris feriis de ieiunio: & nihil de martyribus nisi memoria ad vesperas & ad matutinas de sancta maria.

5. A ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dñr exequie mortuorum cum ix. le. cū missa in cra.

1. B ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. & festum annūciationis differatur vsqꝫ ad 5. fer. post octa. pasche

2. B ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dñr exequie mortuorum cum ix. le. cum missa i cra.

3. B ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali & festum sancti Richardi differatur vsqꝫ ad trans. eius. Secunde vespere in dominica erunt de festo & solen. memo. de dñica.

4.B ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum nouem lectioñ.

5.B ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominica. Festum sancti Georgij differatur in 9. diem mensis maij: sed caue de trans. sancti Nicolai: quia ubi celebratur: tunc festum sancti Georgij differatur usqz ad xj. diem maij.

1.C ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali, et festum annunciationis differatur usqz ad 5. fe. post octa. pas.

2.C ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cũ nouem lectionib9. Festum sancti Richardi differatur usqz ad trans. eius.

3.C ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali, et festum sancti Ambrosij differatur in crasti. Secunde vespere in dominica erunt de festo: & solen. memoria de dominica.

4.C ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do. In .4. feria fiat memo. de martyribus ad vespe. & ad matu. de sctã maria.

5.C ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali, et festum sancti Georgij differatur ad quintam diem maij.

1.D ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do. Feria quarta de annunciatione. Secunde vespere erunt de cena domini & solen. memoria de annunciatione.

2.D ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali, & festa sanctorum differantur usqz ad transla. eorum.

3.D ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali & festum sancti Richardi differatur usqz ad trans & festum sancti Ambrosij differa. usqz ad feriam tertiã post octa. pasche.

4.D ¶ Dñica in ramispalmarum de seruitio do. Ad primas ves. que erunt de dominica fiat solẽnis memo. de sancto Ambrosio

5.D ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum ix. lc. cum missa in crasti.

1.E ¶ Dñica in ramispalmarum de seruitio do. & festa sanctorũ Edvvardi, Cuthberti, & Benedicti diffe. usqz ad trans. eorũ

2.E ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. In do. dicuntur exequie mortuorum cum nouem lectionibus. Feria tertia festum annunciationis & solen. memo. de ieiuñ.

3.E ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio do. & festum sancti Richardi differatur usqz ad trans. eius: & festum sancti Ambrosij differatur usqz ad tertiam feriam post octa. pasche.

4.E ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dñr exequie mortuorum cum ix. lc. cum mis. ĩ crasti.

5.E ¶ Dominica in ramispalmarum de seruitio dominicali. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum nouem lectionibus cum missa in crastino.

1. A ¶ Dominica in ramis palmarū de seruitio dominice et festa sanctorum differentur vsq̄ ad trans. eorum.

2. A ¶ Dominica in ramis palmarū de seruitio dominice. Secū- de vespere erunt de annunciatione ⁊ solen. memoria de dn̄ica

3. A ¶ Dominica in ramis palmarū de seruitio dn̄ice ⁊ nihil de sancto Richardo vsq̄ ad trans. ⁊ festum sancti Ambrosij differatur vsq̄ ad tertiam feriam post octauas pasche.

4. A ¶ Dominica in ramis palmarū de seruitio dominice. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum missa in crasti.

5. A ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio dominice. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum missa in crastino.

1. G ¶ Dominica in ramis palmarū de seruitio dominice ⁊ festa sanctorum ix lectionum differantur vsq̄ ad trans. eorum.

2. G ¶ Dominica in ramis palmarū de seruitio dominice. Festum annunciationis differatur in crasti. ⁊ 2. ves. erunt de annunciatione ⁊ solen. memoria de dominica. Feria secunda de annunciatione. Feria 3. dnr̄ exequie mor. cū ix. lc. cū mis. i crast.

3. G ¶ Dominica in ramis palmarū de seruitio dominice, ⁊ festū sancti Richardi differatur vsq̄ ad trans. Feria quarta de sancto ambrosio ep̄. Ecce sacerdos ⁊ solen. memoria de ieiunio. Secunde vespere erunt de cena domini ⁊ solē. mēo. de dn̄ica

4. G ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio dominice. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum missa in crasti.

5. G ¶ Dominica in ramis palmarum de seruitio dominice. Feria tertia dicuntur exequie mortuorum cum nouem lectionib' ⁊ cum missa in crastino.

¶ Dominica in ramis palmarum. Ad vesperas ān. Benedictus. ps. Ipsum. Capm.

Phil. 2 A

Hoc fratres sentite in vobis quod ⁊ in christo iesu: qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens. R̄m. Circundederunt me. vt supra in hebd. proxima preceden. Hoc R̄. dr̄ quotidie ad vesperas vsq̄ ad cenam domini: nisi in secūdis vesperis huius do. Hymnus Vexilla regis prodeunt. V̄. Dederunt. ā Clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui priusq̄ mundus fieret. ps Magt. Oro.

Omnipotens sempiterne deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplū, saluatorem nostrū carnem sumere ⁊ crucem subire fecisti: concede propiti' vt ⁊ patientie ipsius habere documenta, ⁊ resurrectionis cōsortia mereamur. Per dn̄m.

Ad matutinas. Inuitato. Ipsi vero non cognouerunt vias meas. Quib' iuraui in

tra mea si introibūt in requiē meam. ps. Venite. Hymnus. Pange lingua gloriosi.

¶ In primo no. hec sola āñ. dicitur super oēs ps. āñ. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. ps. Beat⁹ vir. ℣. Erue a framea. Lectiōes in primo noct. de prophetia hieremie per ordinem legātur. Lectō. j.



Idete verbum domini. Nunqd solitudo factus sū israeli. Quare ergo dicit populus meus: recessimus, non veniem⁹ ultra ad te? Nūquid obliuiscetur virgo ornamenti sui: aut spōsa fascie pectoralis sue? Populus vero me⁹ oblit⁹ est mei diebus innumeris. Hec dicit. ℞m. In die qua inuocaui te domine dixisti: noli timere Iudicasti causam meam et liberasti me deus meus. ℣sus. In die tribulatiōis mee clamaui ad te, quia exaudisti me Iudicasti cau. Lectio secūda.

Quid niteris bonā ostēdere viam tuā ad querendam dilectionem: que insuper et malitias docuisti vias tuas, et in altis tuis inuent⁹ est sanguis animarū pauperum et innocentium? Non in fossis inueni eos: sed in omnibus que supra memoraui. Et dixisti. Absque peccato et innocens ego sum: et propterea auertatur furor tuus a me Hec dicit. ℞m. Fratres mei elongauerūt a me: et noti mei Quasi alieni recesserūt a me ℣. Amici mei et proximi mei. Quasi alieni. Lectio tertia.

Ecce ego iudicio contendam tecum, eo qꝙ dixeris, non peccaui. Quoniā vilis facta es nimis iterans vias tuas. Et ab egypto cōfunderis: sicut cōfusa es ab assur Nam et ab ista egredieris et manus tue erant super caput tuum: quoniam obtinuit dominus confidentiam tuam, et nihil habebis prosperū. Hec. ℞. Dominus iesus ante sex dies pasche venit bethaniam vbi fuerat lazarus mortuus. Quem suscitauit iesus. ℣. Conuenerunt autem ibi multi iudeorum vt lazarum viderent. Quē repetatur ℞. Dñs ies⁹.

¶ In secundo nocturno. añā. Mittens hec mulier in corp⁹ meum hoc vnguentum: ad sepeliendum me fecit ps. Conserua ℣⁹. De ore leo. Sermo beati maxi. epi. Lectio. iiij.

Psalmi vicesimi primi qui lectus est seriē decursuri, diligenter prius debemus intendere quid in superscriptione contineat: vt cognita eius origine intelligētiam ipsi⁹ facilius consequamur: et manifestato capite possint rectius mēbra distribui. Inscribitur enim ita. In finē pro susceptiōe matutina psalm⁹ ipsi dauid. Nisi fallor: susceptio matutina solis ortū sēper anteuenit Et priusqꝫ orbē radiorū clar⁹ splēdor illumi

net, matutinum noctium tene
bris terminum ponit: ac reso
luta sensim caliginum cecita
te rebus cunctis facies que-
dam ac lumen infunditur. R.
4 Insurrexerunt in me viri ini
qui, absq; misericordia quesie
runt me interficere: et nō pe-
percerunt in faciem meā spue
re, & lanceis suis vulnerauer-
runt me: et concussa sunt om
nia ossa mea. Ego autem esti-
mabam me tanquam mortuū
super terram. V. Et dederunt
in escam meā fel: & in siti mea
potauerunt me aceto. Ego au
tem estimabā. Lectio quinta.

ET cum veluti sub vna
macerie tenebrarū mun
dus in cōfusione iacuerit: in-
teruenientе matutino diuer-
sa specierum varietate distin
guitur. Hoc est, cum omnia
ceca ante fuerint: tunc oculi
omnium reparantur. Nox e-
nim quodammodo aufert ocu
los mundo: aurora restituit.
Ac ita ante matutina susce-
ptione perfruimur: vt glorio
sius postmodum solis splen-
dore potiamur. R. Noli esse
5 mihi domine alienus: parce
mihi in die mala: confundan
tur omnes qui me persequū-
tur. Et non confundar ego.
V. Confundantur omnes
inimici mei qui querunt ani-
mam meam vt auferant eam.
Et non con. Lectio sexta.

SEd quoniam (sicut di-
cit apostolus) lex spiri
tualiter data est, & spiritali-
bus spiritalia comprobanda
sunt: solem hic iustitie arbi-
tror designari. hoc est christū
dominum. Qui nobis ignorā
tie tenebris & peccatorū ceci-
tate submersis, celestis doctri
ne sue lumē īfudit: & quos nō
habebam⁹ oculos cordis in-
seruit. Et velut radios quos-
dam apostolos suos misit: qui
nos de nocte teterrima delin
quentie liberarent: & paula-
tim resolutis in nobis tene-
bris peccatorum, matutina
nos susceptione consuescerēt:
vt perfecti facilius possimus
tolerare solis ardorem. R. vi.
6 Cogitauerunt autem princi-
pes sacerdotum vt et lazarū
interficerent. Propter quem
multi veniebant et credebāt
in iesum. V. Testimoniū ergo
perhibebat turba que erant
cum eo quando lazarum vo-
cauit de monumento: & susci-
tauit eū a mortuis. Propter
quem multi ve. repetatur R.

¶ In tertio noc. ān. Magister
dicit, temp⁹ meum prope est
apud te facio pascha cum di-
scipulis meis. ps. Celi enar-
rant. V. Ne perdas cum im-
piis deus animam meam.

¶ Euangelium Secundum
Mattheum.

IN illo tempore. Cum
appropinquasset iesus
hierosolymis & venisset beth-
phage ad montē oliueti: tunc
misit duos discipulos dicens
illis. Ite in castellum quod
contra vos est: et statim inue
nietis asinam alligatam: et
pullum cū ea. Soluite et ad-

Cap. 21 3

ducite mihi. Et reliqua.
Homelia venerabilis bede presbyteri. Lectio septima.
Mediator dei et hominū homo christus iesus: qui pro humani generis salute passurus de celo descendit ad terras, appropinquante hora passionis sue hierosolymam venit: vt per hoc etiam clarescceret quia nō inuitus, sed spontaneus pateretur. In asino venire, et a turbis rex appellari ac laudari voluit: vt etiam per hoc quisqz eruditus agnosceret ipsum esse christū: quē sic illo venturum prophetia olim premissa signauerat. Dicite filie sion. Ecce rex tuus venit sedens super asinam et pullum filium subiugalis.
7
℟. Attende domine ad me: et audi voces aduersariorū meorum. Nunquid redditur pro bono malum: quia foderunt foueam anime mee. ℣. Re cordare quod steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum, et auerterem indignationem tuam ab eis. Nūquid redditur. Lectio octaua.
Ante quinque dies pasche venire voluit: sicut ex ioannis euangelio didicimus. Vt etiam per hoc ostenderet se esse agnum immaculatum: qui peccata tolleret mundi. Agnus quippe paschalis cuius immolatione populus israeliticus est de egyptiaca seruitute liberatus ante quinque dies pasche (id est terciadecima luna) iussus est tolli, et quartadecima luna ad vesperum immolari. Significans eum qui cum suo nos sanguine erat redempturus, ante quinque dies pasche (id est hodierna die) magno precedentiū sequentiumqz populorum gaudio ac laudatione deductus venit in templum dei: et erat quotidie docēs in in eo. ℟. Cōclusit vias meas inimicus: insidiator factus est mihi sicut leo in abscondito: repleuit et inebriauit me amaritudine: deduxerunt in lacū mortis vitam meam et posuerunt lapides contra me. Vide domine iniquitates illorum, et iudica causam anime mee, defensor vite mee. ℣. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. Vide domine iniquitates illorum. Lectio nona.
8
Quinta demum peracta die vbi veteris pasche sacramenta hactenus obseruata consummauit ac noua deinceps obseruanda discipulis sacramenta tradidit: egressus est in montē oliueti: et tentus a iudeis et mane crucifixus. Ipsa nos die a demoniaca dominatione redemit: qua antiquus ille hebreorum populus per immolationem agni iugum egyptie seruitutis abiecit. Ergo dominus ad instar agni paschalis ante quinque dies quam pati inciperet, locum passionis adire voluit. Respon. Cum audisset turba quia venit Je-
9

sus hierosolymam: Cum ramis palmarum processerunt ei obuiam. ℣ Et cum appropinquasset ad ascensum montis oliueti: oēs turbe gaudentes et deū voce magna collaudātes. Cum. repetatur ℟. Cū audisset. ℣ Intende aie mee.

¶ In laudibus. Antiphona.

1 Dominus deus auxiliator meus: et ideo non sum confusus. ps. Miserere mei. ān. 2 Circundantes circundederūt me: et in nomine domini vindicabor in eis. ps. Confitemini domino. ā. 3 Judica causam meā: defende quia potens es domine. ps. Deus deus meus. ān. 4 Confundantur qui me persequuntur et non cōfundar ego domine deus meus. ps. Benedicite omnia. ān. 5 Cum angelis et pueris fideles inueniantur triumphatori mortis clamātes osanna in excelsis. ps. Laudate dominum de celis. Ch Hoc fratres sentite. Hy⁹. Lustra sex. ℣. Eripe. ān. Turba multa que conuenerat ad diem festum clamabat domio: benedictus qui venit in noie dñi osanna in excelsis. ps. Benedictus dominus. Oratio. Omnipotens sempiterne de⁹.

¶ Ad primam ān. Osanna filio dauid: benedict⁹ qui venit in nomine domini, rex israel osanna in excelsis. Psalmus Deus deus meus respice.

¶ Ad terciam ān. Pueri hebreorum vestimenta psternebant in via et clamabant dicentes, osanna filio dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Psal. Legem pone. Caplm Hoc fratres. Rem. Fratres mei. chorus prosequatur totum elongauerunt a me: et noti mei Quasi alieni recesserunt a me. Clericus ℣ Amici mei et proximi mei. Quasi. repetatur ℟. Fratres mei. ℣si⁹. Erue a framea deus animā.

¶ Ad sextam ā. Pueri hebreorum tollentes ramos oliuarū obuiauerunt domino clamantes et dicentes: osanna in excelsis. ps. Defecit. Capitulū.

Humiliauit semetipsum christus pro nobis obediens vsq ad mortem: mortē autem crucis. Rem. Attende. Chorus prosequatur totū ℟. Clericus ℣sus. Recordare. require hoc ℟. supra ad matuti. ℣sus. De ore leonis. Phil. 2 B

¶ Ad nonam ān Omnes collaudant nomen tuū et dicunt: benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. ps. Mirabilia. Capitulū.

Deus pr exaltauit christum suum: et donauit illi nomē quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur, celestiū terrestrium et infernorum. ℟. Saluum me fac. Chorus prosequatur totum Deus: quoniā intrauerūt aque vsq ad aiam meam: non auertas faciē tuā a me. Quoniam tribulor exaudi me deus. Clericus ℣sus Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me, Quoniam tribulor. Vbi s

repetatur R. V. Ne perdas cum impiis. Ad vesperas an. Sede a dextris. Ps. Dixit dominus dño meo. Capm. Hoc fratres sentite in vobis. Rm Cogitauerũt autẽ principes. V. Testimonium ergo. repetatur R. Hy. Vexilla regis prodeunt. V. Dederunt. Aña. Occurrunt turbe cum florib⁹ & palmis redemptori obuiã & victori triumphanti digna dant obsequia: filium dei ore gẽtes predicant: & in laudes Christi voces tonant per nubila, osanna. Ps. Magnificat. Oõ. Omnipotẽs sempiterne.

¶ Feria secuda. Inuitatoriu. Adoremus. Ps. Venite. Hy. Pange lingua gloriosi. Ad nocturn. ane, & pr reriales V. Erue a framea. Lectio prima Hiere. 3 A



Vlgo dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam: et recedens ab eo duxerit virũ alterum: nunquid reuertetur ad eã vltra? Nunquid non polluta erit & cõtaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatorib⁹ multis: tamen reuertere ad me (dicit dominus) & ego suscipiam te. Hec R. Synagoga populorum circundedit me: & non reddidi retribuentibus mihi mala. Consumetur domine nequitia peccatorum, diriges iustum. V. Judica me domine secundum iustitiam meam super me. Consumetur dñe. Lectio secunda.

Leua oculos tuos in directum: & vide vbi nũc prostrata sis. In viis sedebas expectans eos: quasi latro insidians in solitudine. Et polluisti terram in fornicationibus tuis: & in malitiis tuis. Quamobrem prohibite sunt stille pluuiarum: & serotinus imber non fuit. Hec dicit domin⁹. R. Opprobrium fact⁹ sum nimis inimicis meis: viderunt me & mouerunt capita sua. Adiuua me domine deus meus. V. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: & sermonibus odii circundederũt me. Adiuua. Lectio tertia.

Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Ergo saltẽ a modo voca me, pr me⁹ dux virginitatis mee tu es. Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Hec. Rm. Viri impii dixerunt: opprimamus virum iustum iniuste, & deglutiamus eum tanq̃ inferi viuum: auferamus memoriã eius de terra: & de spoliis ei⁹ sortem mittamus inter nos: ipsi enim homicide thesaurizauerunt sibi malum, insipiẽtes & maligni oderunt sapiẽtiam. Et rei facti sunt in cogitationibus suis. Vius. Hec cogitauerunt & errauerunt: excecauit illos malitia eorum. Et rei facti sunt in cogitationib⁹ suis. V. Intende anime mee.

¶ In laudibus. Antiphona.

1 Faciem meam nõ auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. ps Miserere. aña. 2 Framea suscitare aduersus eos qui dispergunt gregem meum. ps Verba. ãn Appenderunt mercedem meam triginta argenteis quos appreciatus sum ab eis. ps. Deus deus meus. ãn 4 Inundauerũt aque super caput meum: dixi perii, inuocabo nomen tuum domine deus. ps Confitebor. 5 ãn Labia insurgentium & cogitationes eorum vide domine. ps Laudate. Cãm. O sic demonstrasti. Hy9 Lustra. ℣. Eripe me de inimicis. aña. Non haberes potestatem in me nisi de super tibi datum fuisset. ps Benedictus. Orõ.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum. ¶ Ad primam. ãn. Anime impiorũ. ps. Deus in no. ¶ Ad tertiã & ad alias horas dicũtur. ã. & cp. sicut in fe. preceden. proxime hebdo. ℟ia & ℣. sicut in dñica palmarum. Et sic fiat quotidie vsq3 ad cenam dñi, quando de feria agitur. Cetera omnia sicut in fe. preceden ti proxime hebdo. Ad vesperas ãn. Potestatem habeo po nendi animam meam: & iterum sumendi eam. Psalmus Magnificat. Oratio.

Adiuua nos de9 salutaris noster: & ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per dñm.

¶ Feria tertia ℣ De ore leonis. ℟ Et a cornib9. Lctõ. i.



Et dixit domin9 ad me: in diebus iosie regis. Nunquid vidisti q̃ fecerit auersatrix israel? abiit sibimet super omnem montem excelsum: & sub omni ligno frõdoso: & fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hec omnia: ad me reuertere, & non est reuersa. Hec dicit. ℟. Saluum me 1 fac, require in dñica palmarũ ad horam nonam. Lctõ scda.

Et vidit preuaricatrix soror eius iuda: quia pro eo q̃ mechata esset auersatrix israel dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij. Et nõ timuit preuaricatrix iuda soror ei9: sed abijt & fornicata est etiam ipsa. Et facilitate fornicationis sue contaminauit terram: & mechata est cum lapide & ligno. Hec. ℟ Deus israel pro 2 pter te sustinui improperiũ, operuit reuerẽtia faciem meã: extraneus factus sum fratribus meis & hospes filiis matris mee. Quoniam zelus domus tue comedit me. ℣9. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quoniam zelus. Lectio tertia.

Et in omnibus his non est reuersa ad me preuaricatrix soror eius iuda in toto corde suo: sed in mendacio, ait domi

nus. Et dixit dominus ad me Justificauit animam suam auersatrix israel comparatione preuaricatricis iuda. Hec dicit dominus. Rem. Dixerunt impii apud se non recte cogitantes: circumueniamus iustum quoniam contrarius est operibus nostris. Promittit se scientiam dei habere, et filiũ dei se nominat, & gloriatur patrem se habere deũ, videamus si sermones illi⁹ veri sunt, & si est verus fili⁹ dei liberet illum de manibus nostris: morte turpissima condẽnemus eum. Vsus. Tanq̃ nugaces estimati sum⁹ ab illo: et abstinet se a viis nostris tanq̃ ab immũdiciis, & profert nouissima iustorum. Promittit se scientiam. Vsus. Intende anime mee et libera.

¶ In laudibus. Antiphona.

Vide dñe & considera, quoniam tribulor velociter exaudi me. ps. Miserere. an. Discerne causam meam domine: ab homine iniquo & doloso eripe me. ps. Judica me deus. ana. Dum tribularer clamaui ad dominum, de ventre inferi exaudiuit me. ps. Deus de⁹ me⁹ an. Domine vim patior respõde p me quia nescio quid dicam inimicis meis. ps. Ego dixi domine. an. Dixerunt impii, opprimamus virum iustum quoniam contrarius est operibus nostris. ps. Lauda te dominum de celis. Capm. Domine demonstrasti. Hy⁹. Lustra sex. Vsus. Eripe me de inimicis meis. an. Nemo tollet a me animam meam: sed ego pono eam, & iterum sumo eam. ps. Benedict⁹. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis ita dominice passionis sacramẽta peragere, vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundẽ.

¶ Ad vesperas an. Quotidie apud vos eram in templo docens & non me tenuistis: & ecce flagellatum ducitis ad crucifigẽdum. ps. Magt. Oratio.

Tua nos deus misericordia: & ab omni surreptione vetustatis expurget, & capaces sancte nouitatis efficiat. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum.

Hac die dñr vigilie mortuorum cum ix. psis & ix. lectionibus solenniter in conuentu: & cum missa in crastino nisi aliquod festum duplex impedierit: & tunc fiat predi. ser. aliqua fer. preceden. istius heb. vtz in do. vel in secunda feria

¶ Feria quarta Vsus. Ne perdas cum impiis. Lectio.i.



Vade & clama sermones istos contra aquilonem: & dices. Reuertere auersatrix israel ait domin⁹: et non auertam faciem meam a vobis, quia sanct⁹ ego sum dicit dominus: & non irascar in perpetuum. Hec dicit dominus. Rem. Dominus mecum est tanq̃ bellator fortis: propterea persecuti sunt me & in

telligere non potuerunt: dñe probans renes & corda. Tibi reuelaui causam meam. Versus Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Tibi reuelaui. Lectio secunda.

Veruntamen scito iniquitatem tuam: quia in dominum deum preuaricata es. Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso: & vocē meam non audisti dicit dominus. Hec dicit. ℟. Noli esse. require in do. palmarū. Lectio iij.

2

Conuertimini filij reuertētes dicit dominus: quia ego vir vester. Et assumam vos: vnum de ciuitate, & duos de cognatione: & introducā vos in sion. Et dabo vobis pastores iuxta cor meum: & pascēt vos scientia & doctrina. Hec dicit. ℟. Contumelias & terrores passus sum ab eis qui erant pacifici mei, & custodiētes latus meum: dicētes. Decipiamus eum, preualeamus illi: sed tu domine mecum es tanquam bellator fortis: cadant in opprobrium sempiternum: & videam vindictam in eis quia tibi reuelaui causam meam. Versus Omnes inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandauerunt aduersum me dicentes. Decipiamus eum. Versus. Intende anime mee.

3

In laudibus. Antiphona.

1 Libera me de sanguinibus deus deus meus: & exaltabit lingua mea iustitiā tuam. ps Miserere. an Contumelias & terrores passus sum ab eis: et domin⁹ mecum est tanq̄ bellator fortis. ps. Te decet. an.

2

3 Ipsi vero in vanum quesierunt animā meam: introibūt in inferiora terre. ps. Deus deus meus. an Omnes inimici mei audierunt malum meū domine: letati sunt quoniam tu fecisti. ps. Exultauit. Aña.

4

5 Alliga dñe in vinculis nationes gentium: & reges eorum in compedibus. ps. Laudate. Capitulum Domine demonstrasti. Hy⁹ Lustra sex. ℣. Eripe me de. an Simon dormis? non potuisti vna hora vigilare mecum. ps Bñdictus. Oratio

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui ex nostris excessib⁹ incessanter affligimur, per vnigeniti filij tui passionem liberemur. Qui tecum viuit & regnat.

Si aliquod dupl. fes. in aliqua predictarū fe. istius heb. contigc. nihilominus ordo fe. de ℟. & lau. & añis super ps̄os Benedictus. et Magnificat. seruabitur in sequentib⁹ fes. & tunc ℟. & añe super laud. illius fe. scz in qua fes. contig. in illo anno omnino nō dnr: ℣. tamen ante fe. per ordi. dñe Hac die ad has vesp. & adhuc ad missam in crasti. pulsentur campane vt in do. & tunc post pulsationem ad mis. non pulsentur vsq̄ ad Gloria in excelsis. in vigil. pasche. Nec abhinc vsq̄ ad comple. in eadem vigil. luminaria vt i do. accendantur. Omnes añe su-

per hos. cum suis psalmis ad has vespe. in ij. forma incipiantur. Sacerdos vero ad orationem dicendam absque cappa serica et absque ceroferariis ad gradum cho. accedat habitu non mutato: cum solo puero sibi librum cum lumine ministrante. Cho. tamen non regitur. Ad vesperas añ **Beatus.** ps **Nisi dominus edificauerit.** Capitulum.

Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum: oblatus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum. ℟ **Circundederunt.** et dicitur in ij. forma ab vno solo clerico nec habitu mutato. Hymnus **Vexilla regis prodeunt.** ℣. **Dederunt in escam.** añ **Tanto tempore vobiscum eram docens vos in templo, et non me tenuistis: modo flagellatum ducitis ad crucifigendum.** ps **Magnificat.** Oratio.

Respice quesumus domine super hanc familiam tuam, pro qua dominus noster Jesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium: et crucis subire tormentum. Qui tecum. Hec oratio dicitur ad omnes hor. in his tribus noctibus sequen. nisi ad vesp. in cena domini et ad vespe. in vigilia pasc. Ad has vesper. non dicuntur preces, nulla fiat prostratio neque memor. pro penitentibus: nec incensetur altare: nec aliqua fiat memo. propter solennitatem cene, nisi aliquod festum dupl. in hac. iiij fer. celebrandum fue. Hac die non dicuntur vespere de sancta maria in conuentu: nec cetera que dici solent. nisi tantum seruit. diei vsque in crasti. octa. pasche Tamen extra conuen. dicentur ves. et matutin. quotidiane de sancta maria. Si festum annunciationis beate marie vel aliud dupl. fes. forte hac die contige. ibi solen. celebretur. Vesper. tamen de fer. supradicto modo dicuntur: et solen. memo. de fest. Si vero ab hac die vsque ad octa. pasche aliquod fes. dupl. contige. diffe. vsque post octa. pasche et vbi conuenientius possit celebrari celebretur. Ad completo. añ **Miserere.** et incipiatur in ij. forma ps **Cum inuocarem.** Capitulum **Tu in nobis.** ℟ **In manus tuas.** et dicitur in. ij. forma. Hymnus **Cultor dei.** ℣ **Custodi nos.** añ. **O rex gloriose.** et incipiatur in superiori gradu ps **Nunc dimittis.** deinde dicuntur. iij. ℣. in ij. forma. Sequantur preces et cetera omnia vt in do. diebus more solito absque prostra. et sine ps **Miserere.** propter sol. cene non dicitur ps. **Ad te leuaui oculos.** nec abhinc vsque ad inceptionem historie. **Deus omnium.**

¶ Feria quinta in cena domini. Ad matuti. xxiiij. candele ante altare preparentur: iuxta numerum xij. prophetarum et xij. apostolorum: et ante matu ti. accendantur: quarum singule ad inceptio. vniuscuiusque añe et ℟. extinguantur: quia totidem sunt candele quot an-

& R. in visto. & signat crudeli tatem iudeorum in prophetis & apostolis. Similiter fiat in vj. fer. & in sab. Ad has matu tinas & etiam deinceps vsq; in diem pasche non dicitur **Domine labia mea aperies.** nec **De⁹ in adiutoriū meum.** nec inuitatorium sed in superiori gradu incipiatur ā. sine genuflexione hac die propter solēnitatē cene. Oēs vero aste vsq; ad laud. in superiori gradu incipiātur que p̄is dimissis dn̄r: singuli ℣. a singulis pueris loco nec habitu mutato dicuntur: lectio. & R̄ia cū suis ℣sicnlis iuxta ordinem clericorum: vt in dn̄icis diebus dn̄r **Gloria.** omnino taceatur vsq; ad vigiliam pasche nisi tantum post vij. psalmos penitentiales in die cene: et post officium misse ipso die si episcopus celebrauerit.

¶ In primo nocturno. Aña. **Zelus dom⁹ tue comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.** ps. **Saluum me fac.** ij. ān. **Auertantur retrorsum & erubescāt qui cogitant michi mala.** ps. **Deus in adiutorium.** Aña. **Deus meus eripe me de manu peccatoris.** ps. **In te domine speraui.** ij. ℣l⁹ sine neuma ℣⁹ **Exurge deus.** Responsiones ℣. priuatim dn̄r R̄. **Et iudica causam meam.** sequatur **Pater noster.** absq; pronunciatione **Et ne nos.** nec clerici accipiant benedictionē ante lec. in his trib⁹ noctib⁹. Tres. j.

lc. de lamentationibus hieremie fiāt que a tribus pueris singulis per se cantando legātur hoc mō. Lctō. j. Aleph.



Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Facta est quasi vidua domina gentiū: princeps prouinciarum facta est sub tributo.

Beth **Plorās plorauit in nocte: & lachryme eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam: ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerūt eam: & facti sunt ei inimici. Hierusalem hierusalem: conuertere ad dn̄m deum tuū**

Et cū hac clausula terminentur oēs lc. de lamentationib⁹

R̄. **In monte oliueti oraui ad patrē: pater si fieri potest trāseat a me calix iste, spirit⁹ quidem promptus est, caro autē infirma. Fiat voluntas tua.** ℣ **Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Fiat voluntas.** Lectio scda. Gimel.

Migrauit iuda propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Habitauit inter gentes: nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam: inter angustias.

Deleth **Vie siō lugent: eo q̄ nō sint qui veniant ad solennitatem. Oēs porte ei⁹ destructe: sacerdotes eius gemētes. Virgines eius squalide: & ipsa oppressa amaritudine.**

He. **Facti sunt hostes eius in**

x

capite: inimici ei' locupletati sunt: quia dñs locutus est super eam propter multitudinẽ iniquitatum eius. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem: ante faciem tribulantis. Hierusalem. Rým. Tristis est anima mea usq; ad mortẽ, sustinete hic & vigilate mecum: nunc videbitis turbam que circundabit me. Vos fugam capietis & ego vadam immolari pro vobis. ℣. Ecce appropinquabit hora & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Vos. Lctõ. iij. Vau.

ET egress' est a filia syõ omnis dec or eius: facti sunt principes ei' velut arietes non inuenientes pascua. Et abierunt absq; fortitudine: ante faciem subsequentis Zai. Recordata est hierusalẽ dierum afflictionis sue: & preuaricationis omnium desiderabilium suorum que habuerat a diebus antiquis, cũ caderet populus eius in manu hostili: & non esset auxiliator Viderunt eam hostes & deriserunt sabbata eius.

Heth Peccatũ peccauit hierusalem: propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam spreuerunt illã: quia viderunt ignominiã ei' Ipsa autem gemens conuersa est retrorsum. Hierusalem. ℟. Ecce vidim' eũ non habentẽ speciem neq; decorem: aspect' in eo non est. Hic peccata nostra portauit & pro nobis dolens: ipse autem vulnerat' est propter iniquitates nostras. Cuius liuore sanati sumus. ℣. Vere languores nostros ipse abstulit: & infirmitates nostras ipse portauit. Cuius liuore sanati. repetatur Rým.

¶ In secundo no. ãn. Liberauit dñs pauperem a potente: & inopem cui nõ erat adiutor ps Deus iudicium. ãn Cogitauerunt impij & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt. ps. Quam bonus. ãn. Exurge domine & iudica causam meã. ps. Vt quid deus. ℣. Deus meus eripe me Rým. De manu peccatoris.

Tres medie lectiones fiãt de expositione psalmi: & legãtur sine Iube domine & sine pronunciatione. Et ne nos incipiatur. Lectio quarta.

EXaudi deus orationem meam cum tribulor: a timore inimici eripe animam meam. Nouerit sanctitas vestra dilectissimi, caput vestrũ esse dominum Iesum christũ: omnesq; illi coherentes, membra esse illius capitis. Eiusq; vocẽ iam habetis notissimã: qm̃ non ex solo capite, sed etiã ex corpore loquitur. Non dr Tu aũt. sed ex verbis lctõnis finem faciant lectores. Rým. Vnus ex discipulis meis tradet me hodie: ve illi per quẽ tradar ego Melius illi erat si natus non fuisset. ℣. Qui intingit mecum manum in paropside: hic me traditurus est in manus peccatorum. Meli' illi erat. Lectio quinta.

Dicamus ergo et nos: exaudi deus orationem meam cum tribulor: a timore inimici eripe animam meam. Seuierunt inimici in martyres: quid orabat ista vox corporis christi? Hec orabat ut eruerentur ab inimicis: non ut eos nō possent occidere inimici. ℟. Judas mercator pessimus osculo petiit dominū: ille ut agnus innocens non negauit iude osculum. Denariorum numero christum iudeis tradidit. ℣. Auaritie inebriatus veneno dum sitit lucrum: peruenit ad laqueū. Denariorum. Lectio sexta.

5

Ergo exauditi non sunt qui occisi sunt: et deseruit deus contritos corde seruos suos: et sperantes in se despexit? Absit. Exaudiebātur ergo et occidebantur: et tamē ab inimicis eruebātur. Ergo hec erat vox martyrum. A timore inimici eripe aīam meā non ut me non occidat inimicus: sed ut non timeam occidentem inimicum. Erue a timore inimici: et subde timori domini. Non timeam eū qui habet potestatē occidendi corpus: sed timeam eum qui habet potestatem corpus et animā mittere in gehennā ignis. ℟. Una hora non potuistis vigilare mecum qui exhortabamini mori pro me? Vel iudā non videtis quomodo non dormit: sed festinat tradere me iudeis? ℣. Dormite iam et requiescite: ecce appropinquabit qui me traditur est. Vel.

6

¶ In tertio nocturno ān. Dixi iniquis nolite loqui aduersus deum iniquitatem. ps. Confitebimur. ān. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus. ps. Notus in iudea. ān. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis. ps. Voce mea. ℣. Homo pacis mee. ℟. Ampliauit aduersum me supplātationem. Tres ultime lectiones de epistola pauli supradicto modo legantur et finiantur. Lectio septima.

Fratres: conuenientibus vobis in unum, iam nō est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducādum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum: aut ecclesiam dei cōtemnitis: et confunditis eos qui nō habent? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. ℟. Seniores populi consiliū fecerunt ut Jesum dolo tenerent et occiderent. Cum gladijs et fustibus exierūt tanquam ad latronem. ℣. Cogitauerūt iniquitatem sibi et egrediebātur foras. Cum. Lectio. viij.

7

Ego enim accepi a domino: quod et tradidi vobis. Quia dominus Jesus in qua nocte tradebatur accepit panem: et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meum quod

pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemoratione. Similiter et calicem: postquam cenauit dixit. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite in meam commemorationem. Quotienscumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Rem. O iuda qui dereliquisti consilium pacis et cum iudeis consiliatus es: triginta argenteis vendidisti sanguinem iustum. Et pacis osculum ferebas quod in pectore non habebas. V. Os tuum abundauit malitia: et lingua tua concinnabat dolos. Et pacis osculum. Lectio nona.

Itaque quicunque manducauerit panem vel biberit calicem dni indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo. et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi mãducat et bibit: non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: vt non cum hoc mundo damnemur. R. Reuelabunt celi iniquitatem iude: et terra aduersus eum consurget: et manifestum erit peccatum illius in die furoris domini cum eis qui dixerunt domino deo, recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus. V. In die perditionis saluabitur: et ad diem vltionis ducetur. Cum. repetatur R. Reuelabunt. Post repetitionem ix. R. non dr ps. ante laudes, sed statim inchoetur ãn. super laud. Similiter fiat duabus noctibus sequentibus. Omnes ãne super ps. in ij. forma incipiantur preter ãn. super ps. Benedict⁹. que in superiori gradu inchoetur.

In laudibus. Antiphona.

Iustificeris dñe in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. ps. Miserere. ãn. Dñs tanquam ouis ad victimam ductus est et non aperuit os suum. ps. Domine refugium. ãn. Contritum est cor meum in medio mei: et contremuerunt omnia ossa mea. ps. De⁹ de⁹ meus. ãn. Exhortatus es in virtute tua: et in refectiõe sancta tua dñe. ps. Cantem⁹. ãn. Oblatus est quia ipse voluit et peccata nostra ipse portauit ps. Laudate. Dum iste ps canitur lumen vbi videri nequeat abscondatur. Finita v. ãn. super lau. omnia luminaria per ecclesiam extinguantur. ãn super Benedictus. ab excellentiore incipiatur ãna. Traditor autem dedit eis signum dicens: quem osculat⁹ fuero ipse est tenete eum. ps. Benedictus. et omnia que sequuntur in tenebris dñr. Finita ãn. post ps. Benedictus. duo clerici de ij. forma ante altare ad chorum conuersi he-

bitu non mutato dicant trib⁹ vicib⁹ **Kyrie eleison.** Deinde duo diaconi de .ij. forma habitu non mutato ante introitũ cho. stantes conuersi ad altare dicant **Dñe miserere.** Chorus prosequatur **Christus dominus fact⁹ est obediens usq; ad mortem.** Item clerici ante altare vna voce dicant **Christe eleison.** Postea duo seniores ante grad. cho. stantes habitu non mutato conuersi ad altare dicãt ℣. **Qui passurus aduenisti propter nos.** Item clerici ante altare **Christe el.** Item seniores dicant ℣. **Qui expansis in cruce manib⁹ traxisti omnia ad te secula.** Clerici ante altare **Christe eleison.** Seniores **Qui prophetice promp̃sisti: ero mors tua o mors.** Item diaconi ante introitum chori dicant **Domine miserere.** Chorus **Christ⁹ dominus.** &c. Item clerici ante altare tribus vicibus dicant **Kyrie eleison.** & hoc pro vltimo. Deinde diaconi ante introitum chori stantes dicant **Domine miserere.** Chorus. **Christus dominus.** quo finito vnus paruul⁹ cũ syncera voce dicat hunc ℣. coram altari conuersus ad populũ hoc modo **Mortem autem crucis.** tũc prosternant se omnes & vnusquisq; per se dicat **Pater noster.** Deinde bini & bini priuatim dicant ps̃ **Miserere.** sine **Gloria.** sed cum orõne **Respice.** que similiter dr̃ priuatim sine **Dñs vobiscum.** ante orõ. & sine **Oremus.** sed cum **Qui te.** sine **Dñs vobiscum.** & sine **Benedicamus dño.** & surgãt omnes osculantes formulas. Percutiente seniore manu super librum tribus vicib⁹: lumen proferatur. Hac die ad hor. non prosternãt se clerici in cho. propter solennitatẽ cene nisi post matuti. Ad primã & ad alias horas non dr̃ **De⁹ in adiutoriũ.** nec hy⁹ sed statim post **Pater noster.** inchoetur in superiori gradu. Aña. **Christus fact⁹ est pro nobis obediens usq; ad mortẽ: mortem autem crucis.** ps. **De⁹ in nomine tuo.** ps **Beati immaculati.** ps. **Retribue.** Finitis ps̃ absq; **Gloria.** tota cantetur ãn. qua dicta absq; **Kyrie eleison.** & precibus & sine ps̃. **Miserere.** propter solennitatẽ cene: sacerdos dicat **Dñs vobiscum.** & **Oremus.** cum oratione **Respice q̃s.** cũ nota more dñicali ita consummando hor. **Qui tecum.** &c. **Dñs vobiscum.** & **Benedicamus dño** Hic ordo seruetur ad oẽs horas huius diei scz ad primam iij. vj. & ix. nisi ad vesp. Finita orõne ad primam intrent cp̃. Lectio & tabula more solito legantur & post primam sc. de martyrologio dicat sacerdos hũc ℣. **Preciosa est in cõspectu dñi.** cum hac oratione tantum **Sancta maria mater** cum **Dñs vo.** & **Benedicam⁹ dño.** & sic cp̃. quotidie finiatur usq; ad octa. pas. excepto q͂ in vj. fer. scz in die parasceues &

in vigi. pas. non itur ad chorum: tamen tabula quotidie scribatur. Hac die hore .iii. vi. et ix. ante missam in choro dicuntur cantando supradicto modo. Vespere etiam hoc die semel in cho. festive cantentur sine **Deus in adiu.** et sine **Gloria** et sine regimine chori. Cantata oratione incipiatur prima an. super ps. in superiori gradu et oes alie an. in eodem gradu incipiantur: et etiam super ps. **Magt an. Calicem salutaris accipiam, et nomen dni inuocabo.** ps. **Credidi. an. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: et cum loquebar illis impugnabant me gratis.** ps. **Ad dominum cum tribularer. an. Ab hominibus iniquis libera me dne.** ps. **Eripe me. an. Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: et a scandalis operantium iniquitatem.** ps. **Dne clamaui. an. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me.** ps. **Voce mea.** Finitis ps. et an. statim incipiatur an. **Cenantibus autem accepit iesus panem, benedixit ac fregit, dedit discipulis suis.** ps. **Magt.** His ita peractis dicat sacerd. ad populum conuersus **Dns vobiscum.** et **Oremus.** Deinde post orationem more solito dr Postcoio

Refecti vitalibus alimentis quesumus dne deus noster: ut quod tempore nostre mortalitatis exequimur, immortalitatis tue munere consequamur. Per dominum nostrum iesum christum. cum **Dominus vobiscum.** qua finita dicat diaconus **Benedicamus domino.** Si vero episco. celebrauerit: dicat diaconus **Ite missa est.** et sic missa et vespere simul finiantur.

¶ Post prandium peractis his que ad mandatum pertinent, chorum intrent et completorium sine nota secrete dicant In primis inchoetur ab executore officii an. **Christus factus.** ps. **Cum inuoca rem.** ps. **In te domine speraui.** ps. **Ecce nunc.** ps. **Nunc dimittis.** post ps. tota dr an. deinde dicat sacerdos **Dominus vobiscum.** et **Oremus.** Oratio. **Respice quesumus domine.** cum **Qui tecum.** et **Dns vobiscum** et **Benedicamus dno.** et sic compleatur totum seruitium huius diei

¶ Feria vi. in die parasceues ad matu. et in sancto sab. pas. idem modus et ordo in an. incipiendis et in lec. legendis et in V. et R. cum suis V. cantandis seruetur per oia que i prima noc. ita tamen quod incipiente seniore primam an. in .i. noc. oes prostrationes faciant. Similiter fiat in inceptione prime an. super lau. et vnumquemque V. nisi in sab. ante pronunciationem euange. tantum. In primo no. an. **Astiterunt reges terre et principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, et aduersus christum eius.** ps. **Quare fremuerunt.** an. **Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.** ps.

Deus deus meus respice.
Añ. Insurrexerũt in me testes iniqui: & mẽtita est iniquitas sibi. ℣s. Domin⁹ illu minatio ℟ Diuiserunt sibi. ℟. Vestimenta mea. Pater noster. Nõ ℣z Et ne nos. Tres prime lectiones de lamentationibus hieremie cantando suprradicto modo legantur Lectõ.j. Ioth.

The.i



Anum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit gẽtes ingressas sanctuarium tuum de quibus preceperas ne intrarent ecclesiam tuam. Caph. Omnis populus eius gemens & querens panem: dederunt preciosa queq; pro cibo ad refocillandam animam Vide domine et cõsidera quoniam factus sum vilis.
Lamech O vos omnes qui transitis per viam: attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me (vt locutus est) dominus in die furoris sui. Hierusalem hierusalem. ℟m Omnes amici mei dereliquerunt me et preualuerunt insidiantes mihi, tradidit me quẽ diligebam et terribilib⁹ oculis plaga crudeli percutiens Aceto potabant me. ℣sus. Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea. Aceto potabant.
Lectio secunda. Men.
De excelso misit ignem in ossibus meis: & erudiuit me. Expandit rete pedibus meis: cõuertit me retrorsum. Posuit me desolatam: tota die merore confectam.
Nun. Vigilauit iugum iniquitatum mearum: man⁹ eius conuolute sunt & imposite collo meo. Infirmata est virtus mea: dedit me domin⁹ in manu de qua non potero surgere Samech. Abstulit omnes magnificos meos domin⁹ de medio mei. Vocauit aduersum me tempus: vt contereret omnes electos meos. Torcular calcauit dominus virgini filie iuda. Hierusalem hierusalem. Respon. Tradiderunt me in manus impiorum & inter iniquos proiecerunt me: & non pepercerunt anime mee cõgregati sunt aduersum me fortes. Et sicut gygantes steterunt contra me. ℣. Astiterũt reges terre: & principes conuenerunt in vnũ. Et sicut gygantes. Lectio tertia. Ain.

2

Idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquam: quia longe factus est a me consolator cõuertens animam meam. Facti sunt filij mei perditi: quoniam inualuit inimicus.
Phe. Expandit sion man⁹ suas: non est qui consoletur eã. Mandauit domin⁹ aduersum iacob in circuitu eius hostes: facta est hierusalem quasi polluta mẽstruis inter eos. Hierusalem hierusalem. ℟. Caligauerũt oculi mei a fletu meo quia elongatus est a me qui consolabatur me: videte om-

3

nes populi. Si est dolor simi-
lis sicut dolor meꝰ. ℣. O vos
omnes qui transitis per viā:
attendite et videte. Si est do.
¶ In secundo nocturno aña.
Vim faciebant qui querebāt
animam meam. ps. Domine
ne in furore. ij. aña. Confun-
dantur et revereantur qui que-
runt animam meam: ut aufe-
rant eam. ps. Expectans. aña.
Alieni insurrexerunt in me et
fortes quesierūt animā meā.
ps. Deus in nomine. ℣sus.
Ab insurgentibus in me. ℟.
Libera me. Pater noster.
Nō dr Et ne. Tres med. lec.
de expositione ps. supradicto
modo legantur. Lectio. iiij.

Exacuerunt tanq̄ gla-
dium linguas suas: in-
tenderunt arcum rem amarā
Judei enim propterea iesum
dederunt iudici pilato: ut
quasi ipsi a morte eius vide-
rentur esse immunes. Nam
cum dixisset eis pilatus, vos
eum occidite: responderunt.
Nobis non licet interficere
quemquā. Iniquitatem faci-
noris sui in iudicem hominē
refundere voluerūt. Sed nū-
quid deum iudicem fallebāt?
Non plane. ℟m. Vinea mea
electa ego te plantavi. Quo-
modo conversa es in amaritu-
dinem ut me crucifigeres: et
barabbam dimitteres. ℣sus.
Ego quidem te plantavi vi-
nea mea electa: omne semen
verum. Quomodo conversa
es in amaritudinem ut me
crucifigeres. Lectio quinta.

Quod fecit pilatus, in
eo ipso quod fecit ali-
quātulum particeps fuit: sed
in cōparatione iudeorū mul-
to ipse innocentior. Institit
enim pilatus quantum po-
tuit: ut illum ex eorum ma-
nibus liberaret. Nam pro-
pterea flagellatū eum perdu-
xit ad eos. Non persequendo
iesum flagellavit: sed illorū
furori satisfacere volēs. Ut
vel sic iam mitescerent et de-
sinerent eum velle occidere:
cum flagellatum viderent.
Sed illi exacuerunt ut gla-
dium linguas suas: claman-
tes crucifige crucifige. ℟m.
Tanquam ad latronē existis
cum gladiis comprehendere
me: quotidie apud vos eram
docens in templo et nō me te-
nuistis: et ecce flagellatū du-
citis ad crucifigēdum. ℣sus
Filius quidem hominis va-
dit sicut scriptum est de illo:
ve autē homini illi per quē
tradetur. Ad crucifigendum.

Lectio sexta.

Non est pretermittendū
quod quidam evangeli-
sta dicit hora sexta crucifixū
dominum: et quidam hora ter-
tia. Etiam incipiēte hora sex-
ta dicitur pilatus sedisse pro
tribunali: et revera quando
levatus est dominꝰ in lignū,
hora sexta erat. Sed alius e-
vangelista intuens animum
iudeorū quia volebant se vi-
deri immunes a morte domi-
ni: narrando eos ostendit re-
os dicens dominum hora ter-

tia crucifixerunt. Cōsiderantes autem ordinem lectionis q̄ta agi potuerunt cum apud pilatum dominus accusaretur ut crucifigeretur: invenimus horam tertiam esse potuisse quando illi clamauerūt, crucifige crucifige. ℟. Jesum tradidit impius summis principibus sacerdotum: et senioribus populi. Petrus autē sequebatur a longe: ut videret finem. ℣sus. Et ingressus est petrus in atriū principis sacerdotum. Ut. ¶ In tertio nocturno. ān. Ab insurgentibus in me libera me domine: quia occupauerunt animam meā. ps Eripe me. ān. Longe fecisti notos meos a me: traditus sum et non egrediebar. ps Domine deus sa. ān Captabunt in animam iusti: et sanguinem innocentem condemnabunt. ps Deus ultio. ℣sus. Locuti sunt aduersum me. ℟ Lingua dolosa. Tres ultime lectiones de epla pauli legantur. Lectio septima.

Fratres, festinemus ingredi in illā requiē: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplū. Uiuus est enim sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti, et pertingēs usque ad diuisionem anime et spiritus. Compagum quoque et medullarum: et discretor cogitationum et intentionū cordis. Et nō est ulla creatura inuisibilis in conspectu dei. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius: ad quem nobis sermo. ℟. Barrabbas latro dimittitur: et innocens christus occiditur, nā et iudas armis doctus sceleris qui per pacem didicit facere bellum. Osculando tradidit dominum iesum christū. ℣sus. Ecce turba et qui vocabatur iudas venit: et dum appropiquaret ad iesum. Osculando tradi. Lectio octaua.

Habentes ergo pontificē magnum qui penetrauit celos iesum filium dei teneamus spei nostre confessionem. Non habemus pontificem qui non possit cōpati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratie eius: ut gratiam consequamur et gratiam inueniamus in auxilio opportuno. ℟. Velū templi scissum est et omnis terra tremuit: latro de cruce clamabat dicens. Memento mei domine dum veneris in regnū tuum. ℣sus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Memento mei domine dū veneris. Lectio nona.

Omnis itaq3 pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur in his que sunt ad deum: ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant et errant: quoniam et ipse circundatus est infirmitate. Et propterea

debet quemadmodum et pro populo: ita etiam et pro semetipso offerre sacrificia pro peccatis. Nec quisquam sumat sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanquam aaron. Rx. Tenebre facte sunt dum crucifixissent iesum iudei: et circa horam nonam clamauit iesus, dicens voce magna: deus meus ut quid me dereliquisti? Et inclinato capite emisit spiritum: tunc vnus ex militibus lancea latus eius perforauit et continuo exiuit sanguis et aqua. Versus. Cum ergo accepit acetum, dixit consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum: tunc vnus ex militibus lancea latus eius perforauit et cõtinuo exiuit sanguis et aqua.

¶ In laudibus. añ. Proprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. ps. Miserere. añ. Anxiatus est in me spiritus meus: in me conturbatum est cor meum. ps. Domine exaudi orationem .ij. añ. Ait latro ad latronem, nos quidẽ digna factis recipimus: hic autem quid fecit? memento mei domine dum veneris in regnum tuum. ps. Deus deus meus. añ. Dum conturbata fuerit anima mea domine misericordie memor eris. ps. Domine exaudi. añ. Memento mei domine deus dum veneris in regnũ tuum. ps. Laudate dominum. añ. Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Iesus nazarenus rex iudeorum. ps. Benedictus. Finita añ. sup psal. Benedictus ordo precedentis noctis seruetur cum his tribus versibus. V. Agno miti bassia cui lupus dedit venenosa. V. Vita in ligno moritur: infernus et mors lugẽs spoliatur. Versus. Teque vinci voluisti: nosque a mortis vinculis eripuisti. ita tamen quod in fine orationis Respice quesumus. non dicitur Qui tecum. hac nocte: nec in sabba. Hac die conueniant clerici ad ecclesiam: et hor. dici sub silentio sine nota in choro dicant hoc modo. Ad primam incipiat sacerd. añ. et interim vnus cum choro fiat genuflexio osculando formulas. añ. Christus factus est. ps. Deus in nomine. ps. Beati immaculati. ps. Retribue. Finitis ps. sine Gloria tota dicitur añ. Deinde sequatur Pater noster et prostratio cum ps. Miserere. qui totus dicitur in prostratione sine Gloria patri. quo finito dicat sacerdos orationem sine Dominus vobiscum. et sine Oremus. sed sic inchoetur. Respice quesumus. et sine Qui tecum. et sine Dominus vobiscum. et sine Benedicamus domino. Et sic surgant omnes a prostratione osculãdo formulas. Hic modus seruetur ad omnes horas scilicet ad primã tertiã sextã et nonã hac die: et in sabbato in vigilia pasche ita tamen quod in inceptione cuiuslibet hore

et quo dicitur Pater noster Post psa. usque post orationem fiat prostratio super formulas surgendo easdem osculando. Similiter fiat ad completorium huius diei.

¶ Ad primam nõ itur ad cap. hac die: nec in sabba. in vig. pasche, nec ulla lec. de martyrologio legatur: tamen vsus Preciosa est. cũ oratione Sancta maria dicitur: & finiatur cum. Dominus vobiscum. et Benedicamus domino. Loco nec habitu mutato fiunt ves. in hac die non cantando: sed priuatim dicendo ante altare hoc modo. aña. Calicem. ps. Credidi. et cetere ãe cum suis psis. sicut in die cene: & ã. sup ps. Magnificat ã. Cenantib⁹. que omnia priuatim dicũtur a choro alternatim coram altari. Finita ã. post ps. Magt. dicitur. Pater noster cum ps. Miserere. sine Gloria patri. Quo finito statim dicat sacerdos in audiẽtia sed sine nota Respice quesumus domine. sine Dominus vobiscũ. & sine Oremus. et sine Qui tecum. & sic missa & ves. simul finiatur. Nõ dicitur Benedicam⁹ domino. nec Ite missa est. Ad completo. incipiat sacer. ãn. & interim simul cum toto choro fiat genuflexio. ãn. Christ⁹ factus est. ps. Cum inuocarẽ. ps. In te domine. ps. Ecce nũc. ps. Nunc di. Post ps. tota dr ã. Deinde sequatur. Pater nr. cũ prostratione, & cũ ps. Miserere. sine Gloria pa. Quo finito dicat sacerd. Respice qs. sine Dñs vo. & sine Oremus. & sic inchoetur Respice qs. sine Qui te. & sic. Domin⁹ vo. & sine Benedicam⁹ domino. & sic cõpleatur hui⁹ diei offm.

¶ Sabbato in vigi. pas. Ad matutinas seniore incipiente ãn. omnes se prosternant.

¶ In primo noc. ãn. In pace in idipsum: dormiã & requiescam. ps. Cum inuocarem. ãn. Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet in monte sancto tuo. ps. Domine quis ha. aña. Caro mea requiescet in spe. ps. Conserua. ℣. In pace in idipsum. ℟. Dormiam et requiescã. Tres prime lectio. de lamẽtationibus hieremie supradicto modo cantando legantur. Lectio prima. Men.



Cui cõparabo te? vel cui assimilabo te filia hierusalem? Cui exequabo te: et consolabor te virgo filia sion? Magna enim velut mare cõtritio tua: quis medebitur tui? Nun. Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam vt te ad penitentiã prouocarent. Viderunt autem tibi assumptiones vanas: & eiectiones. Hierusalem. ℟. Sepulto domino signatũ est monumentũ voluẽtes lapidẽ ad ostium monumenti. Ponentes milites qui custodirent illud. ℣. sus. Ne forte veniãt discipuli eius et furentur

Thre. 2.

I

enim & dicant plebi surrexit a mortuis. Ponentes milites qui eu. Lectio scda. Samech

Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt et mouerunt capita sua super filiam hierusalem.

Ain. Fecit dominus que cogitauit: compleuit sermonem suum quem preceperat a diebus antiquis. Destruxit & nõ pepercit: & letificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum. Hierusalem hierusalem. ℟. Recessit pastor noster fons aque viue: ad cuius transitum sol obscuratus est, nam & ille captus est qui captiuum tenebat primũ hominem. Hodie portas mortis, et seras pariter saluator noster dirupit. ℣. Ante cuius conspectum mors fugit: & ad cuius vocẽ mortui resurgẽt: videntes autem eũ porte mortis confracte sunt. Hodie portas. Lectio tertia. Sade.

Clamauit cor eorum ad dominum: super muros filie sion. Deduc quasi torrentem lachrymas: per diẽ & noctẽ. Non des requiem tibi: neqꝫ taceat pupilla oculi tui.

Coph. Consurge lauda in nocte: in principio vigiliarum. Effunde sicut aquam cor tuũ: ante conspectum domini.

Sin. Jacuerunt in terra foris puer et senex: virgines mee & iuuenes mei ceciderũt in gladio. Interfecisti eos in die furoris tui: percussisti nec misertus es.

Tau. Vocasti quasi ad diem solennem qui conterrerent me in circuitu: & non fuit in die furoris domini qui effugeret & relinqueretur. Hierusalem hierusalem. ℟. Agnꝰ dei christus immolatus est pro salute mundi: nam de parentis protoplasti fraude facta condolens: quando pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignum tunc notauit, Dãna ligni vt solueret. ℣. Christus factus est pro nobis obediẽs vsqꝫ ad mortem: mortem autem crucis. Damna ligni.

¶ In secundo nocturno. Aña. Eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie. ps. Domini est terra. an. Credo videre bona domini in terra viuẽtium. ps. Dominus illuminatio. an. Domine abstraxisti ab inferis animam meam. ps. Exaltabo. ℣. Tu autem domine. ℟m. Miserere mei.

Tres medie lectiones de quodam sermone beati pauli legantur. Lectio quarta.

Admonet nos dilectissimi tanta ista & tam sancta solennitas: exhortari nos ad vigilandum & orandum. Dimicat enim fides nostra in seculi huius nocte: ne interiores oculi nostri in noctem cordis obdormiant. Jn quod malum ne incidamus, oremꝰ illa voce quam legimus: & dicamꝰ domino deo nostro. Jllumina oculos meos ne vnqꝫ obdormiam in morte: nequã

do dicat inimicus meus, preualui aduersus eum. ℟ Sicut ouis ad occisionem duct⁹ est: & dū male tractaretur non aperuit os suum, traditus est ad mortem Ut viuificaret populum suum. ℣ Ipse autem vulnerat⁹ est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Ut. Le. v.

4

Hic ille inimicus est qui aduersus dn̄m nostrum iesum christū insanos iudeos velut propria vasa & arma cōmouit: sed non preualuit aduersus eum. Uisi sunt ibi quidem preualuisse carnales inimici: sed spiritualis in eis superatus est hostis. Uictima enim mund', carnis: immund⁹ victus est spiritus. Et eo ipso quo inflammauit homines palam facere quod voluit: occulte passus est ipse quod noluit Nam christum occidēdo sanguinem fudit quo reuiuiscerent quos occidit: sed nec illum possidet in mortuis. ℟ Ecce quomodo moritur iust⁹ & nemo percipit corde, viri iusti tolluntur & nemo considerat, a facie iniquitatis ablat⁹ est iustus. Et erit in pace memoria eius. ℣ In pace fact⁹ est locus eius & habitatio ei⁹ in sion. Et erit. Lectio sexta.

5

Humiliter vigilem⁹: humiliter oremus. Pijssima fide, firmissima spe, feruentissima charitate. Cogitantes qualem nostra charitas habitura sit diem: si nostra humilitas noctem vertat in diem, Deus itaqȝ qui dixit de tenebris lumen clarescere, clarescat in cordibus nostris: vt aliquid intus simile faciam⁹ quale in domo hac orationis accensis luminaribus fecim⁹ Habitaculum vero dei (nostram scilicet cōscientiam) iustitie luminaribus exornem⁹ Non autem nos: sed gratia dei nobiscum. ℟ Hierusalem luge & exue te vestibus iocunditatis: induere cinere & cilicio. Quia in te occisus est saluator israel. ℣ Deduc quasi torrentem lachrymas: per diē & noctem non taceat pupilla oculi tui. Quia in te occisus.

6

¶ In tertio noct. an̄ Deus adiuuat me: dn̄s susceptor est anime mee. ps. Deus in noīe. an̄ In pace factus est locus eius, & in sion habitatio eius ps Notus in iudea. a. Fact⁹ sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. ps. Dn̄e deus salutis. ℣ Collocauit me. ℟ In obscuris. Hic non fiat genuflexio propter pronūciatio. euang. & pronuncietur sine titulo hoc modo incipiendo. Lectio septima.

Uespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene & altera maria videre sepulchrum. Et reliqua.

Hic tamen titulus de homelia debet pronūciari more solito, videlicet. Homelia venerabilis Bede presbyteri.

Uigilias nobis huius sacratissime noctis (sicut ex le=

ctione euangelica fratres cha
rissimi audiuimus) resurrectio
domini ac saluatoris nostri
dedicauit. Iuste etenim hanc
pro eius amore vigilijs cele
bramus et hymnis: qui pro
nostro amore in ea dormire in
morte, ac de morte voluit exci
tari. Nam (sicut apostolus ait)
mortuus est propter delicta
nostra: et resurrexit propter iu-
stificationem nostram. R. Plan-
7 ge quasi virgo plebs mea: vlu
late pastores in cinere et cili-
cio. Quia veniet dies domini
magna et amara valde. Versus.
Vlulate pastores, clamate, as
pergite vos cinere. Quia ve-
niet dies. Lectio octaua.

Quod autem in euange
lica lectione dictum est
(quia sancte mulieres vespere
sabbati que lucescit in prima
sabbati: venerunt videre se-
pulchrum) ita intelligendum
est. Quia vespere quidem ve-
nire ceperunt: sed lucescente
mane in prima sabbati ad se-
pulchrum peruenerunt. Id
est, vespere aromata quibus
corpus domini vngere deside-
rabant parauerunt: sed para-
ta vespere aromata mane ad
sepulchrum detulerunt. Quod
mattheus quidem breuitatis
causa obscurius posuit: sed
euangeliste alij quo ordine
sit factum euidentius osten-
8 dunt. Rem. Estimatus sum cum
descendentibus in lacum. Fa
ctus sum sicut homo sine ad-
iutorio inter mortuos liber.
Versus Posuerunt me in lacu
inferiori, in tenebrosis et in
vmbra mortis. Factus sum si
cut homo. Lectio nona.

Sepulto namque sexta fe
ria dno reuerse a monu
mento mulieres parauerunt
aromata quamdiu operari lice-
bat: et sabbato quidem silue-
runt secundum mandatum, si-
cut lucas aperte dicit. Cum
autem transisset sabbatum, ve
sperecque adueniente tempus ope
randi redisset: mox prompte
ad deuotionem emerunt que
minus parauerant aromata
(sicut marcus commemorat)
vt venientes vngerent iesum.
Et valde mane vna sabbato-
rum veniunt ad monumen-
tum: orto iam sole. Responso.
9 O vos omnes qui transitis
per viam: attendite et videte
si est dolor similis Sicut do-
lor meus. Versus. Attendite vni
uersi populi et videte. Si est
dolor similis sicut dolor.

¶ In laudibus. Antiphona.
1 O mors ero mors tua: mor-
sus tuus ero inferne. Ps. Mi-
2 serere mei. an. Attendite vni-
uersi populi, et videte dolorem
meum. ps. Bonum est confite
3 ri. an. O vos omnes qui transi-
tis per viam, attendite et vi-
dete Si est dolor sicut dolor
meus. ps. Deus deus meus.
4 an. A porta inferi erue domi-
ne animam meam. Psalmus.
Ego dixi in dimidio dierum.
5 Ana. Plangent eum quasi v-
nigenitum quia innocens do-
minus occisus est. Psalmus.
Laudate dominum de celis. an

Mulieres sedentes ad monumentum lamentabantur flentes dominum. ps. **Benedict⁹.** **Kyrie eleison.** & cetera omnia sicut in .i. nocte dñi, etiã **Mortem autem crucis.** tamen hic non dr **Qui te.** post orationẽ Hac die ornetur ecclesia solẽniter per omnia: exceptis imaginibus & crucibus que non discooperiantur usq̃ post resurrectionem dñi in die pasc. nam cum christo surrexerunt omnes sancti. Hore diei scz .i. iij. vj. & ix. priuatim dñr hac die sicut i fer. vj. in die paras.

¶ In vigilia pasche dũ diaconus cantet **Exultet iam angelica,** accendatur cereus pascha. & sic ardeat continue usq̃ post completo. in die pasc. Accendatur etiã quoti. per heb. pas. ad matuti. & ad mis. & ad vespe. Similiter fiat in octa. pa. Ab octa. pasc. usq̃ ad ascẽsionem dñi: ad missam de resurrectione tantum accendatur. In die autem ascen. dñi sicut in octa. pasc. Accendatur etiam in fes. sancti marci euangel. & sancti Georgij, & sancti ambrosij cum i tempore pasc. celebrantur: & in omnib⁹ do. diebus ab octa. pasch. usq̃ ad ascensio. dñi ad mis. tantum, & in die apostolorum philippi & iacobi ad mis. tantum. In annũciatione beate Marie. qñ post octa. pasc. celebratur: & etiam in inuentione sancte crucis sicut in oc. pas. accẽdat.

¶ Nota q̃ in die veneris in crastino ascen. domini dictus cereus mane deponetur. Officium hui⁹ diei sic incipiatur quatenus post horam nonam dicta missa dicatur. Sacerdote sic dicente **Pax domini.** et choro respondente **Et cũ spiritu tuo,** non dicitur **Agnus.** nec pax detur: sed facto internallo ad vespe. sine regimine chori alta voce in superiori gradu inchoetur ãn. **Alleluia alla alla alla.** ps. **Laudate dominum omnes gentes.** vsus. **Quoniam cõfirmata.** Finito ps cum **Gloria patri. & Sicut erat.** tota dr ã. Deinde statim ab excellentiore ex parte chori incipiatur ãn. **Vespere autem sabbati que lucescit i prima sabbati: venit maria magdalene & altera maria videre sepulchrum alla.** ps. **Magt.** cum **Gloria patri.** Finito ps tota dr an. quã dicta ad complendum omne seruitium dicat sacerdos ad populum conuersus **Dominus vobiscum.** et **Oremus.** Postcommunio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominũ. in vnitate eiusdem. & c. more solito. Postea dicat sacerdos. **Dominus vobiscum.** Deinde dicat diaconus **Ite missa est.** secundum cantum **Alleluia.** huius diei: & in vigilia penteco. eadem forma. Et chorus respondeat **Deo gratias.** & sic missa & vespe. simul finiãtur.

¶ Completorium hac die pul

tata bina vice i classicum: incipiat sacerd. hoc modo Deus in adiutoriu. cum Gloria patri. &c more solito sine Conuerte nos. & incipiatur in superiori gradu an. Alla alleluia alleluia alleluia. Psalmi. Cum inuocarem exaudiuit. In te domine speraui. Ecce nunc benedicite dominum. Nunc dimittis seruum tuu. & dicantur hi predicti psi sub vna voce nullum psalmu exaltando. Quod etiam obseruetur quotidie ad completoriu vsq ad octa. pasche. Finitis his cum Gloria patri. tota dr an. deinde dr Dominus vobiscum. & Oremus. Oratio. Spiritum nobis. Per eunde. in vnitate eiusdem. cum Dominus vobiscum. et Benedicamus domino. sine alleluia. dicitur ab executore officij. Et sciendum est q hec oratio dicetur quotidie ad completorium vsq ad octauas pasche.

Gratie in vigilia pasche.

Benedicite. Edent pauperes &c. Gloria pri. Sicut. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pater noster. Et ne nos. Sed. Oremus. Benedic. &c. Jube domine benedicere. Cibo spirituali &c. Si consurrexistis cum christo, que sursum sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Post prandiu Deus pacis &c. Memoriam Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. Agimus tibi gratias. Laudate dominu omnes gentes. Quoniam confirmata est. Gloria patri et filio: & spiritui sancto. Sicut erat in principio. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo Oremus. Spiritum nobis. Per dominum. in vnitate eiusdem. Dns vobiscum. Benedicamus dno. In die pasche. Benedicite. Hec dies quam fecit dominus. exultemus et letemur in ea. Gloria patri & Sicut. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pater noster. Et ne Sed li. Oremus. Benedic dne Jube dne. Mense celestis. &c. Expurgate vetus fermentu vt sitis noua conspersio sicut estis azymi: etenim pascha nostrum immolatus est christus: itaq epulemur in domino. Post prandium. Qui dat escam omni carni: confitemini deo celi. Tu autem dne miserere nostri. Deo gratias. Laudate dnm omnes gentes. Qm confirmata. Gloria Sicut. R. In resurrectione tua christe. Celi & terra letentur alleluia Oremus. Spiritu nobis. vts. Dns vobiscum. Benedicamus dno. Eodem modo dnr per totam hebdo. Et hec &c. scz. Expurgate vetus, dr in oibus w. vsq ad ascen. dni. Ad cenam. Cenam sanctificet qui nobis omnia prebet. In noie patris Post cenam vero per hanc hebd. hoc mo dr Hec dies qua fecit &c. R. In resurrectione tua xpe Celi & terra letentur alleluia Dns vobiscum. Oremus. Spiritum nobis, vts. Dns vobiscum. Benedicamus domino.

1 A ¶ In die sancto pasche et per totam hebdomadam totum servitium stat de solennitate festi.

2. A ¶ In die pasche et per totam hebdomadam totum servitiū stat de fest. et festum sancti Richardi differatur usqꝫ ad trāslationem eius: ⁊ festum sancti Ambrosij differatur usqꝫ ad tertiam feriam post octauas pasche.

3 A ¶ In die pasche et per totam hebdomadam totum servitium stat de solennitate festi: et nihil de marty.

4. A ¶ In die pasche et per totam hebdomadam totum servitium de festo et nihil de sancto alphego.

5. A ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de festo: ⁊ nihil de sancto vitale. Festum sancti georgij differatur usqꝫ ad nonam diem maij. Festum vero sancti Marci differatur usqꝫ ad undecimam diem maij.

1. B ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de solen. festi: ⁊ fes. annūcia. diffe. usqꝫ ad 5. fe. post octa. pasc.

2. B ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de solenni. fes. ⁊ nihil de sancto richardo, ⁊ festum sancti ambrosij differatur usqꝫ ad tertiam feriam post octauas pasche.

3. B ¶ In die pasche ⁊ per totā hebd̄. totum servi. de solen. festi.

4. B ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de solenni. fes. ⁊ fest. s. georgij diffe. usqꝫ in 4. fe. post oct. pas

5. B ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de solenni. festi: et festum sancti Georgij differatur usqꝫ ad nonam diem maij, ⁊ festum sancti marci differatur usqꝫ ad undecimam diem maij. Tamen ubi celebratur transl. sancti Nicolai: tunc festum sancti georgij differatur usqꝫ ad undecimā diem maij ⁊ festū sancti marci diffe. usqꝫ xiij. diē maij.

1. C ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de solenni. festi: et nihil de sancto Richardo.

2. C ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de solenni. festi: et festum sancti ambrosij differatur usqꝫ ad tertiam feriam post octauas pasche.

3. C ¶ In die pasche ⁊ per totam hebdomadam totum servitium de solenni. festi. ⁊ nihil de marty.

4. C ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam totum servitium de solennita. festi. ⁊ festū sancti georgij diffe. usqꝫ ad xj. diē maij.

5. C ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam totum servitium de solen. festi: ⁊ nihil de sancto vitale. Festum sancti marci differatur usqꝫ post xj. diem maij. Festum vero apostolorum Jacobi ⁊ Philippi differatur usqꝫ ad xiij. diem maij.

1. D ¶ In die pasche et per hebdomadam totum servitium de solen. festi: ⁊ fes. annūciationis diffe. usqꝫ ad iij. fe. post oc. pas.

2.D ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solen.festi: ⁊ festum sancti ambrosij differatur vsq; ad tertiam fer.post oct.pasche

3.D ¶ In die pasche et per hebdomadam de solennitate festi.

4.D ¶ In die pasche ⁊ per hebd. de solenni.festi; ⁊ nihil de mar.

5.D ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solēnitate festi: ⁊ nihil de sancto alphego: ⁊ festum sancti georgij differatur vsq; ad vigesimamnonam diem aprilis: ⁊ festum sancti Marci differatur vsq; ad quintam diem maij.

1.E ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solenni.festi, ⁊ festū annunciationis differatur vsq; in tertia fe.post octa. pasche.

2.E ¶ In die pasche ⁊c. vt supra ⁊ nihil de sancto richardo: ⁊ festum sancti ambrosij differatur vsq; ad .iij.fe.post oct.pasche.

3.E ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solennitate festi.

4.E ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solennitate festi.

5.E ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solēnitate festi ⁊ festū sancti georgij differatur vsq; ad octauam diem maij, ⁊ festū sancti marci differatur vsq; ad .xiij.diem maij.

1.F ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solēnitate festi: ⁊ festum annunciationis differatur vsq; ad nonam diem aprilis

2.F ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solennita. festi ⁊ nihil de sancto Richardo: et festum sancti Ambrosij differatur vsq; ad tertiam feriam post octauas pasche.

3.F ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solennitate festi.

4.F ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solennitate festi.

5.F ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solenni.festi: ⁊ festū sancti georgij differatur vsq; ad nonam diem maij: ⁊ festum sancti marci differatur vsq; ad xiiij.diem maij.

1.G ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solennita.festi: ⁊ festum annunciationis differatur vsq; ad sextam diem aprilis

2.G ¶ In die pasche et per hebdomadam de solenni.festi: ⁊ festū sancti ambrosij differatur vsq; ad nonam diem aprilis.

3.G ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solennitate festi.

4.G ¶ In die pasche et per hebdomadam de solenni.festi: et nihil de sancto alphego.

5.G ¶ In die pasche ⁊ per hebdomadam de solenni.festi: ⁊ festū sancti georgij differatur vsq; ad nonam diem maij: ⁊ festum sancti marci differatur vsq; ad vndecimam diem maij: ⁊ nihil de sancto vitale.



¶ In die pasche ante matutinas ante campanarum pulsationem conveniant omnes clerici ad ecclesiam: et accendantur luminaria per ecclesiam. Episcopus et decanus, vel duo excellentiores presbyteri in superpelliciis cum ceroferariis et thuribu. et clero ad sepulchrum accedant: et incensato prius sepulchro cum magna veneratione et reverentia (videlicet genuflectendo) statim post thurificationem corpus dominicum privatim super altare deponat. Iterum accipiat crucem de sepulchro: et incipiat excellentior persona. an.

Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim vivit, vivit deo. Alleluia alleluia. ℣. Dicant nunc iudei quomodo milites custodientes sepulchrum, perdiderunt regem ad lapidis positionem, quare non servabant petram iustitie, aut sepultum reddant, aut resurgentem adorent nobiscum dicentes. Alleluia alleluia. Finita antiphona cum suo ℣. a toto choro: dicat excellentior persona in ipsa statione conversus ad altare hunc ℣. Surrexit dominus de sepulchro. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno alleluia. Oratio.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis ut in resurrectionis eius gaudiis semper vivamus. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. nec precedat nec subsequatur. Dominus vobiscum. Finita oratione omnes cum gaudio genu flectant et ibidem ipsam crucem adorent in primis digniores persone: et tunc secrete sine processione in chorum redeant. His ita gestis: a dignioribus personis discooperiantur cruces et imagines per totam ecclesiam: et interim pulsentur campane ad ma. more solito.

¶ Ad matu. ℣sus. Domine labia. Deus in adiutorium. etc. Invitato. Alla alla. Christus hodie surrexit. Alleluia alla. ps. Venite. Hac die non dicitur hymnus nec ulla die per heb. sed statim post ultimam repetitionem invi. inchoetur an. in superiori gradu. an.

Ego sum qui sum et consilium meum non est cum impiis: sed in lege domini voluntas mea est alla. ps. Beatus vir. an.

Postulaui patrem meum alleluia: dedit mihi gentes alleluia: in hereditatem alla. ℣. Quare fre. an. Ego dormiui & somnum cepi & exurrexi qr dominus suscepit me alleluia alla. ps. Dne quid. ℣. Resurrexit dominus. ℟. Sicut dixit vobis alleluia. ab hac die vsq ad fest. sancte trinitatis omnes responsiones. ℣. cum alla. dnr de serui. diei: nisi ad j. cum dicitur ℣. Exurge dne post Jesu christe. & in cap. cu dicitur ℣. Preciosa. & ad completo. cum dicitur ℣. Custodi nos & post aspersionem aque in do. cu dicitur ℣. Ostende nobis. ¶ Scdm Marcu.

Cap. vltio.

In illo tempore. Maria magdalene & Maria iacobi & salome emerunt aromata vt venientes vngerent iesum. Om. v. greg. pa. Lec. j.

Audistis fratres charissimi q sancte mulieres que dnm fuerant secute, cum aromatibus ad monumentum venerunt: & ei quem viuentem dilexerant, etia mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia signat gerendum Sic quippe necesse est vt audiamus que facta sunt: quatenus cogitemus etiam ea que nobis sunt ex eorum imitatione facienda. ℟. Angelus domini descendit de celo & accedens reuoluit lapide & super eum sedit & dixit mulieribus, nolite timere: scio enim quia crucifixum queritis. Ja surrexit: venite & videte locu vbi positus erat dominus alla ℣. Angelus domini locutus est mulieribus dicens: quem queritis? an iesum queritis? Jam surrexit. Lectio secunda

Et nos ergo i eum qui mortuus est credentes, si odore virtutum referti cum opinione bonorum operu dominum querimus: ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. Ille autem mulieres angelos vidēt que cu aromatibus venerut: quia videlicet ille mentes supernos aspiciunt ciues, que cum virtutum odoribus semper ad deum per sancta desideria proficiscuntur. ℟. Angelus domini locutus est mulieribus dicens, quem queritis? an Jesum queritis? iam surrexit. Venite & videte alla alla. ℣. Jesum quem queritis nazarenum crucifixum surrexit: no est hic. Venite. Lectio tertia.

Notandu vero nobis est quidnam sit q in dextris sedere angelus cernitur. Quid naq per sinistram nisi vita presens: quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur? Vnde scriptum est. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. Quia igitur redēptor noster iam presentis vite corruptionem transierat: recte angelus qui nunciare perennē eius vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit: quis fe-

Unitatis nostre gaudia nunciavit. Candor enim vestis: splendorem nostre denunciat solennitatis ℟. Dum transiset sabbatum: maria magdalene et maria Jacobi et salome emerunt aromata. Ut venientes ungerent iesum Alleluia alleluia. ℣. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam sole. Ut venientes. Gloria. Alla. Hoc ℟. sit iij. singulis dieb⁹ per hanc hebd. similiter et in omnibus do. usque ad ascensio. dñi quando de dñica agitur. ℣s. Te deum. ℣. In resurrectione tua christe. ℟. Celi et terra letentur alleluia.

¶ In laudibus. Antiphona.

1 Angelus autem domini descendit de celo: et accedens revoluit lapidem et sedebat super eum alla alla. ps. Dominus regnavit.

2 ān. Et ecce terre motus factus est magnus: angelus autem domini descendit de celo alleluia. ps. Jubilate

3 ān. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: vestimenta eius sicut nix alleluia alleluia. ps. Deus deus. ān.

4 Pre timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui alleluia. ps. Benedicite.

5 ān. Respondens autem angelus dixit mulieribus: nolite timere, scio enim quod iesum queritis alleluia. ps. Laudate. Non dicatur cap. nec hymn⁹ per totam hanc hebd. sed statim post ān. duo pueri in superpelliciis dicant ℣. Surrexit dominus de sepulchro ℟. Qui pro nobis pependit in ligno alleluia. ℣. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole alla. ps. Benedict⁹. Oratio

Deus qui hodierna die per unigenitum tuum eternitatis nobis aditum devicta morte reserasti: vota nostra que preveniendo aspiras, etiam adiuvando prosequere Per eundem et dr Benedicamus, cum alleluia. Quandocunque autem dr Benedicam⁹ a duobus clericis semper dr cum uno alla tantum: et respondeatur cum uno alla tantum: et similiter primum Benedicamus quando invita. est triplex usque ad festum scte trinitatis.

¶ Ad primam. Deus in adiutorium. et statim post inchoetur an. et similiter ad alias horas ān. Angelus. ps. Deus in nomine. ps. Confitemini. hic ps. tantum hac die dr. ps. Beati immaculati. ps. Retribue. Post repetitionem ane statim incipiatur ℟. Hec dies quam fecit dominus exultem⁹ et letemur i ea. quod une ℣. et sine neuma dicatur quotidie ad omnes hor. usque ad sab. preterquam ad matu. Ad vesper. autem dicatur cum ℣. diei: et sine neu. Finito grad. sacerd. dicat ℣. Resurrexit dñs. ℟. Sicut dixit vobis alla. Sacerd. dicat Dñs vobiscū Orō. Deus qui ho. Dñs vobiscū. Bñdicam⁹. une alla. ℟m. Deo grās. sine alla. hec orō dicatur singulis

diebꝰ ad .i. per hebd. Hoc modo dicatur prima per totam septimanam. Cetere etiam hore diei eodē modo finiantur. Et sicut quotidie finiatur sic ℣. Preciosa est in conspectu. cū oratione Sancta maria or: et finiatur cum Dn̄s vobiscum. et Benedicamus. loco nec habitu mutato. ¶ Ad terciam Deꝰ in adiutorium. an̄. Et ecce. ps. Legem pone. Grad. Hec dies ℣. Surrexit dominus vere. ℟. Et apparuit simoni alla. ¶ Ad sextam an̄. Erat autem. ps. Defecit. Grad. Hec dies. ℣. Surrexit dominꝰ de sepulchro. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno alleluia. ¶ Ad nonam an̄. Pre timore. ps. Mirabilia. Grad. Hec dies ℣. In resurrectiōe tua christe. ℟. Celi et terra letantur alla ¶ Ad vesperas non dicatur Deus in adiutorium meum. sed ita incipiantur vesp. a rectore chori vsqz ad sab. Kyrie elei. iij. Christe el. iij. Kyrie el. iij. an̄ Alla alla alla alla. ps. Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Jjdem ps dic ad vespe. per hebd. Reperita an̄. post psalmos duo clerici de ij. forma statim incipiant grad. Hec dies sine neuma. Chorꝰ prosequatur. Clerici. ℣. Confitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculum mia eius. Et sic quotidie dr grad. cum ℣. qui dr ad missam vsqz ad sab. In primis quatuor diebus dicatur in .ij. forma: ceteris vero diebus in prima forma. Post-ea duo seniores cantent Alla cum ℣. Epulemur. ad gradū chori in superpelliciis. Alla. ℣. Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis. Postea repetatur Alla sine neuma. Eodē modo dr Alla. de die cum ℣. per totam hebd. ad vesp. His dictis dr a duobus pueris in superpelliciis ad gradū cho. hic ℣. Resurrexit dominus. Hucusqz non mutatur ordo predictus ad vesperas per totam hebd. an̄. Et respicientes viderunt reuolutum lapidē: erat quippe magnꝰ valde alleluia. ps. Magt. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui resurrectionis dominice solēnia colimus, innouatione spiritus tui a morte anime resurgamus. Per eundem. in vnitate eiusdem. Post orationem duo clerici dicant Benedicamus cum alla. Et tunc procedant ad fontes cū oleo et chrismate ordinata processione cū cruce et cerofer. et thuri. Deinde oleum et chrisma a duobus diaconis de .ij. forma deferatur qui induti sint albis: et a choro cātetur an̄. Alleluia alleluia alleluia alleluia. ps. Laudate pueri dn̄m: laudate nomen dn̄i alla. Deinde chorus ex parte decani primum ℣. psal. totum dicat cum alla Deinde chorus ex parte cantoris totum alium ℣. ps. cum alleluia et sic alternatim totū psalmum dicant: post vnumquemqz ℣. Alla. in vtraqz parte repetatur

primum alla. Finito ps̃o cum Gloria patri dicatur tota an̄. Deinde tres pueri in statione ante fontes in superpellicijs simul cantent Alla. ps̃. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. Post repetitionem Alleluia sine neuma incessatis prius fontibus dicat sacerdos. ℣. Surrexit dominꝰ de sepulchro. ℞. Qui pro nobis pependit in ligno. sine Dominus vobiscum. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui resurrectionis dominice solemnia colimus, ereptionis nostre leticiam suscipere mereamur. Per eundem christum dominum nostrum. Deinde eundo ad crucem dicatur an̄. et suus ps̃ hoc modo Alleluia. ps̃. In exitu israel de egypto: domꝰ iacob de populo barbaro alla et predicto modo totus ps̃ dicatur cū Gloria patri. et post vnumquęq; ℣. in vtraq; parte repetatur alla. Deinde incenset sacer. crucem. Quo finito dicat sacerdos ℣sum Dicite in nationibus. ℞m. Quia dominus regnauit a ligno alleluia. Oratio. Deus qui pro nobis filium. que terminetur sic. Per eundem christum. nec precedat nec subsequatur Dominus vobiscum. In introitu chori dr̄ aliqua an̄. de sancta maria videlicet an̄. Alma redemptoris mater que peruia celi porta manes et stella maris, succurre cadenti surgere qui curat populo: tu que genuisti natura mirāte tuū sanctum genitorem, virgo prius ac posterius. gabrielis ab ore sumens illud aue peccatorū miserere. et terminetur cum alleluia. Et sciendum est q omnia inuitatoria, omnes an̄e, omnia ℞ia, et introitus, et offertorium et cōmunio, ab hac die vsq; ad festum sancte trinitatis debent terminari cū alleluia. In seruitio de die ℣sus Sācta dei genitrix virgo semper Maria. Oratio.

Gratiam tuam quesumꝰ domine mentibꝰ nostris infunde: vt qui angelo nunciante christi filij tui incarnationē cognouimus, per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum. Finita oratione duo pueri dicant Bn̄dicamus dn̄o ꝗ alla.

¶ Ad completorium. Deꝰ in adiutorium meum intende. an̄ Alla alla alla. ps̃. Cum inuocarem. ps̃. In te dn̄e speraui. ps̃. Ecce nunc. ps̃. Nunc dimittis. Repetita an̄. post p̄. statim incipiat̄ Gra. Hec dies et percātetur a choro sine neuma. Deinde dicat sacerdos ℣. In resurrectione tua Christe. ℞. Celi et terra letentur alla. Dominus vobiscum. Oremꝰ. Spiritū nobis. Per. cum Dominꝰ vobiscum. et Benedicamus dn̄o. sine alla. Hoc codē modo dicitur completo. per totam hebdoma. vsq; ad sabba.

¶ Feria scd̄a hebdo. pasche. Inuitatorium. Surrexit dn̄s

vere alleluia. ℣ Venite. Super ℣. hec sola. an. Resurrexit dominus alleluia: sicut dixit vobis alleluia. ps. Cum invocarem. ps. Verba. ps. Domine ne in furore tuo. j. ℣sus. Surrexit dominus vere.

¶ Secundum Lucam.

Cap. 24. A

In illo tempore. Exeuntes duo ex discipulis iesu ibant in castellū quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab hierusalem: nomine emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus que acciderant. Et reliqua.

Homelia beati gregorii pape. Lectio prima.

In quotidiana nobis sollennitate laborātibus pauca loquenda sunt: et fortasse hec vtilius proderunt. Quia sepe et alimenta que minus sufficiunt: auidius sumuntur. Lectionis ergo euangelice summatim sensum statui non per singula verba discutere: ne dilectionem vestram valeat sermo prolixior expositionis onerare. ℟ Maria magdalene et altera maria ibant diluculo ad monumentum: iesum quem queritis nō est hic, surrexit sicut locutus est. Precedet vos in galileam: ibi eum videbitis alleluia alleluia. ℣sus. Cito euntes dicite discipulis eius et petro quia surrexit dominus. Precedet vos in galileam. Lectio secunda.

1

Ecce audistis fratres charissimi ꝙ duob⁹ discipulis ambulantib⁹ in via non quidem credentibus sed tamen de se loquentibus domin⁹ apparuit: sed eis speciē qua eum recognoscerent non ostendit. Hoc ergo egit dominus foris in oculis corporis: quod apud eos intus agebatur in oculis mentis. Ipsi nā que apud semetipsos intus et amabant et dubitabant. Eis autem dominus foris et presens aderat: et quis esset non ostēdebat. ℟ Cōgratulamini mihi oēs qui diligitis dominū: quia quem querebā apparuit mihi. Et dum flerem ad monumētum: vidi dominum meum alleluia alleluia. ℣. Recedentibus discipulis nō recedebam: sed amoris eius igne accensa ardebam desiderio. Et dum. Lectio tertia.

2

De se ergo loquentibus dominus sui presentiā exhibuit: sed de se dubitantibus cognitionis sue speciem abscondit. Verba quidem cōtulit, duritiam intellect⁹ increpauit, scripture sacre mysteria que de ipso erant aperuit: et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire se longius finxit. Fingere namque componere dicimus: vnde et compositores luti figulos vocamus. ℟ Dū transisset ℣. Te deum. ℣. In resurrectiōe tua christe. Iste versus dicitur quotidie ante laudes vsque ad ascens. domini quando de tēporali agitur. In lau. quotidie per heb. ℣ hec sola ān.

Angelus autem ps Domin⁹ regnauit. et ceteri psalmi con sueti dicantur. ℣. Surrexit dominus de sepulchro. Supra dictus ordo ℟. et ã. cum inuita. predicto seruetur per totã hebdomadam ãn. Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes et estis tristes? alleluia: respondens vnus cui nomen cleophas dixit ei: tu solus peregrin⁹ es in hierusalem et non cognouisti que facta sũt in illa his diebus alleluia: quibus ille dixit. que? et dixerunt, de iesu nazareno qui fuit vir propheta potens in opere et sermone coram deo et omni populo alleluia. ps Benedictus. Oro.

Deus qui solẽnitate paschali mundo remedia contulisti populum tuũ quesumus celesti dono prosequere: vt et perfectam libertatẽ consequi mereatur, et ad vitã proficiat sempiternam. Per dominum nostrũ iesum. Hac die et ceteris sequen. diebus per hebdo. fiat proces. ad matu. ante crucifixum cum cruce et cerofera. et thuribus. cantãdo ãn. Christus resurgens. Hac die dicitur ℣: Dicat nũc a duobus cleri. de superiori gradu in superpelli. ante introitum cho. conuersis ad clerum. Sequentibus vero duobus diebus a duob⁹ clericis de. ij. forma loco et habitu supra dicto: tamen in. v. et vi. fe. et sab dicitur sine ℣ Dicite in natio. Oratio. Deus qui pro nobis. In introitu chori ã. de sancta maria, scilicet. Aue regina celorum aue domina angelorũ: salue radix sancta ex qua mundo lux est orta: aue gloriosa super omnes speciosa: vale valde decora et pro nobis semper christum exora alleluia. ℣ Post partũ. Oratio. Gratiam tuam. Hora. j. et per omnia sicut in die pasc. et quotidie vsqꝫ ad sab. excepto ps. Confitemini. qui hac die non dicetur nec quotidie per heb. Hora. iij. vj. et. ix. vsqꝫ sicut in die pasc. cum oratione de die.

¶ Notandum est qꝫ si in hac heb. pasch. letania maior vel aliud fes. eue. nihil eo anno de ieiunio: neqꝫ de processiõe: neqꝫ de fes. fiat ibidẽ, quia cum christo surrexerũt omnes sancti in christo resuscitati: et fes. resurre. christi cõe est omnib⁹ sanctis. Ideo in hebd. pas. nihil fiat de fes. alicuius sancti nisi forte in oc. pas. cõtig. tũc enim potest differri in crasti. et ibi fiant inde iij. lc. cũ reg. cho. Tamen si duo. fes. fue. qꝫ infra heb. pas. vel i trib⁹ pce. dieb⁹ ante pas. cõtig. totũ ser. fiat de eodẽ fes. post dictas oc. vbi conuenientius fieri poterit. Si autem simpl. fes. fue. illo anno omnino pretermit. Hic idẽ ordo seruetur in heb. penteco. Ad ves. Kyrie el. ãn. Alla. ps Dixit dñs. Cap. Hec dies. ℣. Dicat nũc israel quoniam bonus: quoniã in seculũ misericordia ei⁹. Alleluia. ℣. Nonne cor nostrũ ardens

erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via? alleluia. ℣. Resurrexit dominus. an. Nonne cor nostrũ ardẽs erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via? alleluia. ps. Magnificat. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, a cunctis malis imminẽtibus per hec paschalia festa liberemur. Per do. Tunc eat proces. ad fontes cum oleo et chrismate & cruce & ceroferariis & thuri. cantando. an. Sedit angelus ad sepulchrum domini stola claritatis coopertus: videntes eũ mulieres nimio terrore perterrite astiterunt a longe: tũc locut⁹ est angel⁹ et dixit eis Nolite metuere, dico vobis quia illũ quem queritis mortuum iam viuit: et vita hominum cũ eo surrexit alleluia. Finita ã. sine ℣. dicat sacerdos ℣sum. Surrexit domin⁹ de sepulchro. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt festa paschalia que venerando colimus, etiam viuendo teneamus. Per christũ. Deinde ante crucẽ dr a. Christus resurgens. sine ℣su. Dicite in nationibus. Oratio. Deus qui pro nobis. In introitu chori de sctã maria. ãn. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est: quesiui & non inueni illum, vocaui & non respõdit mihi: inuenerũt me custodes ciuitatis, percusserunt me & vulneraverunt me: tulerũt palliũ meũ custodes murorũ filie hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo alleluia. ℣sus. Sancta dei genitrix. Oratio. Gratiam tuã.

¶ Hic ordo seruetur de proces. in eundo & in introitu chori quotidie ad vesp. vsq ad sabbatũ cum propriis orationibus ad fontes: & cũ aliis aniis de sctã maria in intro. chori.

¶ Feria tertia. Inuitatoriũ. Surrexit dominus vere Alleluia. ps Venite. ãn. Resurrexit dominus. ps. Domine de⁹ me⁹. Domine dñs noster. In domino confi. ℣ Surrexit dominus vere. Hic ℣. cum predicta ã. super ps. & inuitato. dr quotidie ad mat. p heb. pasche

¶ Secundum Lucam.

In illo tempore. Stetit iesus in medio discipulorum suorũ & dixit eis. Pax vobis: ego sum: nolite timere Et reliqua. Homelia venerabilis bede presbyteri. Lectio j.

Cap. 24.

Primo notandum est diligẽter memorie commendandum, q de se loquentibus discipulis domin⁹ astare in medio: & presentiam sue visionis reuelare dignat⁹ est. Hoc est enim quod fidelibus cunctis alibi promisit: dicens. Vbi duo vel tres cõgregati sunt in nomine meo: ibi sum i medio eorũ. ℟. Virtute magna reddebãt apostoli testimoniũ resurrectionis iesu christi dñi nri alla alla. ℣ Repleti qui

vel spiritu sancto loquebātur cum fiducia. Testi Lectio .ij.

Ad confirmandam namque fidei nostre constātiam (quod semper agit potentia pietatis diuine) aliquādo presentiam voluit ostendere corporalis visionis. Nam et de nobis porro infra populorum pedes iacentibus hoc ipsum secundum eius misericordiam fieri considere debemus: ipsum videlicet esse in medio nostri quandocunque cōuenientes in nomine illius congregamur. Rm. Surgēs iesus dominus noster: stans in medio discipulorum suorū dixit. Pax vobis alleluia, gauisi sunt discipuli viso domino alleluia. V. Vna ergo sabbatorum cū fores essent clause vbi erant discipuli congregati: stetit iesus in medio et dixit eis. Pax. Lectio tertia.

Igitur dominus ad confirmandam resurrectionis fidem: seipsum viuum discipulis prebuit, verba exhortationis cōtulit, vestigia passionis non solum intuēda sed et palpanda demōstrauit. Et ne quid in eorum animis resideret ambigui: sumptis etiā epulis comedit coram eis. Vt si non viribus oculorum suorū tactibusque crederent digitorū: alimentorum carnaliū perceptione carnem esse que apparuit cognoscerent. Rx. Dū transisset. ān. Stetit iesus in medio discipulorum suorū: et dixit eis pax vobis alla al leluia. Ps. Benedictus. Oratio

Deus qui ecclesiam tuā nouo semper fetu multiplicas: cōcede famulis tuis vt sacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per. Ad proces. vt supra in secunda feria. In redeundo de sancta maria. aña. Beata dei genitrix maria, virgo perpetua: templum domini, sacrarium spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti domino iesu christo: ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo sexu alleluia. ¶ Sciendum est quod si aliquod festum vel ieiu. in hac hebdo. contige. nihil de fest. nihil de ieiu. fiat nec post nec ante nisi dupl. fest. fuerit: tunc enim differ. post octauas pasc. vbi conuenientius possit celebrari. Ad vesperas. Kyrie eleison iij. Alleluia. Ps. Dixit dominus. Cp. Hec dies. ān. Dicant nunc qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici: et de regionibus cōgregauit eos. Alleluia. Hy. Surgens iesus dominus noster stetit in medio discipulorum suorum: et dixit pax vobis alleluia. V. Surrexit dominus de. ān. Videte manus meas et pedes meos quia ego ipse sum alla alla. Ps. Magnificat. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui paschalis festiuitatis solennia colimus, in tua semper sanctificatione viuamus. Per. Ad fontes.

PResta quesumus omnipotens deus: vt per hec festa paschalia que colimus, deuoti semper in tua laude viuamus. Per dominum nostrum.
In redeundo de sancta maria.
Descendi in hortum meum vt viderem poma conuallium et inspicerem si floruissent vinee et germinassent mala punica: reuertere reuertere sunamitis reuertere reuertere vt intueamur te alleluia.
¶ Feria quarta ps. Saluum me fac. ij. ps. Vsquequo domine obliuisceris. ps. Dixit insipiens.
¶ Secundum Joannem.

Cap. 21 A

IN illo tempore. Manifestauit se iterum Jesus discipulis suis ad mare tyberiadis. Et reliqua.
Homelia beati Gregorij pape. Lectio prima.



LEctio sancti euangelij que modo in auribus nostris lecta est fratres mei, questione animum pulsat: sed de pulsatione sua vim discretionis indicat. Queri enim potest cur petrus qui piscator ante conuersionem fuerat: post conuersionem ad piscationem rediit. R. Ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid aperire librum et soluere septem signacula eius. Alleluia alleluia alleluia. V. Et vnus de senioribus dixit mihi: ne fleueris, dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem et fortitudinem. Alleluia. Lectio secunda.

1

CVm enim veritas dicat (nemo mittens manum suam ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei) cur repetiit quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur: citius videtur. Quia nimirum negocium quod ante conuersionem sine peccato extiterat: hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. R. Isti sunt agni nouelli qui annunciauerunt alleluia. Modo venerunt ad fontes, repleti sunt claritate alleluia. V. In conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Modo. Lectio tertia.

2

NAm piscatorem petrum matheum teloneariam scimus. Sed post conuersionem suam petrus ad piscationem redijt: matheus vero ad telonei negocium non resedit. Quia aliud est victum per piscationem querere: aliud telonei lucris pecunias augere. R. Dum transisset. an. Mittite in dexteram nauigij rete et inuenietis alleluia. Psalmus. Benedictus. Oratio.

3

DEus qui nos resurrectionis dominice annua solennitate letificas: concede propitius vt per temporalia festa que agimus, peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eundem. Ad proces. vts. In redeundo de sancta maria. an. Speciosa facta es et suauis in delicijs virginitatis sancta dei genitrix: quam videntes filie sion vernantem in

floribus rosarum et liliis con uallium beatissimam predi- cauerunt, et regine laudaue- runt eam alleluia. Ad uespe- ras Kyrie eleison. an Alla. ps Dixit dominus. Grad Hec dies. ℣ Dextera domini fecit uirtutem: dextera domini ex- altauit me. Alleluia. ℣ Sur- rexit domin⁹ et occurrens mu- lieribus ait, auete: tunc ac- cesserunt et tenuerunt pedes eius. ℣ Resurrexit dominus. an Hoc iam tertio manifesta uit se iesus postquam resurrexit a mortuis alla. ps Magt. Oro

Presta quesumus omni- potens deus: ut huius paschalis festiuitatis mirabi le sacramentum, et temporalē nobis tranquillitatē tribuat: et uitam conferat sempiternā Per eundem. Ad fontes.

Concede quesumus om- nipotens deus, ut qui festa paschalia agimus: cele- stibus desideriis accensi, fon- tem uite sitiamus. Dominum nostrum Jesum. In redeundo de sancta maria an Alma re- demptoris. ℣ Sancta dei ge- nitrix. Oratio Gratiam tuam ¶ Feria quinta ps Domine quis habita. ps Conserua. ps Exaudi domine. ps ut supra.

¶ Secundum Joannem.

Cap. 20 C In illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Et reliqua. Homel. beati grego. pa. Lectio. j

Maria magdalene que fue- rat in ciuitate peccatrix, amā do ueritatē lauat lachrymis maculas criminis: et uox ue- ritatis impletur qua dicitur. Dimissa sunt ei peccata mul- ta: quoniam dilexit multum. ℟ Maria magdalene. require in feria secunda proxima precedenti. Lectio secunda.

1

Que enim prius frigida peccando remanserat: postmodum amando fortiter ardebat. Nam postquam uenit ad monumentum, ibique corpus dominicum non inuenit: sub- latum credidit, atque discipu- lis nunciauit. ℟ Tulerunt dominū meum: et nescio ubi posuerunt eum, ait illi ange l⁹ Noli flere maria: surrexit sicut dixit: precedet uos in ga lileam, ibi eū uidebitis alla alla. ℣ Dū ergo fleret incli- nauit se et prospexit i monumē tum, et uidit duos angelos in albis sedentes qui dicūt ei. Noli flere maria. Lect. iij.

2

Qui uenientes uiderūt atque ita esse ut mulier dixerat crediderūt. Et de eis protinus scriptum est. Abie- runt ergo discipuli ad semet- ipsos. Ac deinde subiungitur Maria autem stabat ad mo- numentum foris: plorans. ℟ Dum transisset. an Maria stabat ad monumentum plo- rans: uidit duos angelos in albis sedentes et sudarium quod fuerat super caput eius alle- luia. ps Benedictus. Oro.

3

Deus qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da ut renatis fonte baptismatis una

sit fides mentium, et pietas actionum. Per dominum. Ad procel. vt supra. In redeundo de sancta maria an Aue regina. Ad vesperas Kyrie eleison. an Alleluia. ps. Dixit dominus. Grad. Hec dies. V Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli: a domino factu est istud, et est mirabile in oculis nostris. Alleluia. V In die resurrectionis mee (dicit dominus) precedam vos in galileam. Alleluia. V Resurrexit dominus. a. Tulerunt dominum meum et nescio vbi posuerunt eum: si tu sustulisti eum dicito mihi alleluia, et ego eum tollam alleluia. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Deus qui nobis ad celebrandum paschale sacramentum liberiores animos prestitisti: doce nos et metuere quo irasceris, et amare quod precipis. Per dominum nostrum. Ad fontes. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus vt ecclesia tua et suorum firmitate membrorum: et noua semper fecunditate letetur. Per dominum. In redeundo de sancta maria an. Anima mea liquefa. Vsus Sancta dei genitrix. Oro vts

¶ Feria sexta ps. Celi enarrant gloria. ps. Exaudiat te. ps Domine in virtute.

¶ Secundum Mattheum.

Cap. vlt. D

In illo tempore. Vndecim discipuli abierunt in galileam in montem vbi constituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerunt. Et rel. Homelia beati Gregorii pape. Lectio prima.

Euangelica lectio fratres charissimi quam modo audiuimus, iuxta historiam gaudio plena refulget: quia triumphum redemptoris nostri simul et redemptionis nostre dona plano sermone describit. Et si enucleatius pertractare velimus: gratiorem in litera fructum spiritualis sensus inclusum esse comperimus. R. Virtute magna. Require in tertia feria preced. Lectio. ii.

Sermo etenim dei (aromatum more) quo subtilius quasi terendo et discernendo discutitur: eo maiorem interne suauitatis fragrantiam reddit. Planum namque esset dulce ad audiendum piis: quod discipuli abierunt in galileam in montem vbi constituerat illis Jesus: et videntes eum adorauerunt. Tu autem. Rm. Expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio sicut estis azymi: etenim pascha nostrum immolatus est christus Itaque epulemur in domino alla. V Non in fermento malitie et nequitie: sed in azymis sinceritatis et veritatis. Itaque epulemur. Lectio tertia.

Sed non vacat a mysterio quod dominus in galilea post resurrectionem. vel quod in monte discipulis apparuit. In monte etenim dominus apparuit: vt significaret quia corpus

quod de cōmuni humani generis terra nascendo susceperat, resurgendo iam super terrena omnia subleuatum celesti virtute indueret. ℟. Dum transissent. Undecim discipuli in galilea videntes dominum adorauerunt alleluia ps. Benedictus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti: da mentibus nostris vt quod pfessione celebram⁹ imitemur affectu. Per dominum nrm.

Ad process. vrs. In redeundo de sancta maria. aña. Beata. Ad vesperas Kyrie eleison. ps. Allaña. Dixit dominus. Grad. Hec dies. ℣. Benedict⁹ qui venit in nomine domini: deus domin⁹ & illuxit nobis. Alla ℣. Dicite in gentibus quia dñs regnauit a ligno. ℣. Resurrexit dominus. aña. Data est mihi oĩs potestas in celo & in terra alleluia ps. Magnificat. Oratio.

Deus per quem nobis & redemptio venit & prestatur adoptio, respice ad opera misericordie tue: vt in christo renatis & eterna tribuatur hereditas, & vera libertas. P.

Ad fontes. Oratio.

Adesto quesumus domine familie tue: & dignanter impende vt quibus fidei gratiam contulisti, & coronā largiaris eternam. Per dñm.

In redeundo de sancta maria Antiphona. Descendi. hortū

Sabbato psalmi Domin⁹ regit. Dñi est terra. Iudica.

Secundum Joannem. Cap. 20 A

In illo tēpore. Una sabbati maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumento. Et reliqua.

Homelia beati Gregorij pape. Lectio prima.

Lectio sancti euangelij quā modo fratres audistis valde in superficie historie est aperta: sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda Maria magdalene cū adhuc tenebre essent venit mane ad monumentum. ℟. Ecce vicit leo de tribu. require in quarta feria precedenti. Lectio ij.

Iuxta historiam notatur hora: iuxta intellectum vero mysticum requirētis signatur intelligentia. Maria enim autorem omnium quem in carne mortuū viderat, querebat in monumēto. Et quia hunc minime inuenit: furto ablatum credidit. ℟. De ore prudentis procedit mel alla: dulcedo mellis est lingua ei⁹ alla. Fauus distillans labia eius alleluia alla. ℣. Sapientia requiescit in corde eius: et prudentia in sermone oris illius. Fauus. Lectio tertia.

AT cōtra hi qui de falsa iusticia superbire solēt ceteros quosqꝫ despiciūt: nulla infirmantibus mia condescēdūt, ⁊ quo pctōres se eē nō credūt: eo deterius peccatores fiūt. De quoꝝ profecto nūero pharisei extiterant, qui diiudicātes dñm qꝙ peccatores susciperet: arenti corde ipsum fontē mie reprehendebant, sed qꝛ egri erāt, ita vt egros se eē nescirēt: quatenus quod erāt cognoscerēt celestis eos medic⁹ blandis fomētis curat. Benignū paradigma obiicit, et in eoꝝ cordibus vulneris tumorē premit. Ait nāqꝫ. Quis ex vobis hō qui habꝫ cētū oues, et si perdiderit vnā ex illis: nonne dimittit nonagintanouem in deserto, ⁊ vadit ad illā que perierat donec inueniat illam? Tu aūt. Lectio nona.

ECce mira dispensatione pietatis similitudinē veritas dedit: quā et in semetipso hō recognosceret, ⁊ tñ hec specialiter ad ihm auctorē omniū pertineret. Qꝛ eñ cētenarius nūerus est pfectus, ipse centū oues habuit: cū angeloꝝ substātiā ⁊ hoim creauit. Sꝫ vna ouis tūc periit qñ peccādo hō pascua vite dereliquit. Dimisit aūt nonagitanouē in deserto qꝛ illos summos angeloꝝ choros reliquit ī celo. Cur autem celū desertum vocatur: nisi qꝺ desertū dicitur derelictū. Tunc aūt celū hō deseruit: cū peccauit. ā. Quis ex vobis hō qui hꝫ centū oues, ⁊ si pdiderit vnā ex illis, nōne dimittit nonagitanouē in deserto: ⁊ vadit ad illā q̄ perierat: donec inueniat illā al. p̄. Bñ⁹. Ad v's. an. Que mulier habēs dragmas decē, ⁊ si pdiderit dragmā vnā: nōne accēdit lucernā et euertit domū ⁊ q̄rit diligenter donec inueniat. ps. Magñ.

¶ Dominica quarta. Oratio.

PRotector in te sperātiū deus, sine quo nihil est

validum, nihil sanctum: multiplica super nos miam tuam ut te rectore te duce: sic trãseamus per bona temporalia ut non amittamus eterna. Per dominum. Secundũ Lucam.

Cap. 6. IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Et reliqua

Ser. ex comẽ. ve. be. vbi l. viij

Misericors est dominus super ingratos et malos: vel multiplici scilicet sua misericordia qua etiam iumenta saluat: tẽporalia bona largiendo: vel ad celestia dona singulari gratia: qua electos solum glorificat inspirando. Sed siue hoc, siue illud: siue vtrumqz intelligas magna dei bonitate sit, que nobis imitanda pponit: si filij dei esse volumus. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Duo aũt sunt: in quibus temerarium iudiciũ cauere debemus. Cum icertũ est quo animo quid factum sit: vel cũ incertum est qualis futurus sit: qui nũc vel bonus vel malus apparet. Tu autem. L. viij.

NOlite cõdemnare: et non condemnabimini. Hoc loco nobis nihil aliud precipi estimo: nisi vt ea facta que dubium est quo aio fiãt, in meliorem partẽ interpretemur. Quod enim scriptum est. Ex fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictum est: que non possunt bono animo fieri: sicut sunt stupra et blasphemie, vel furta, vel ebrietates, et si qua sunt similia: de qbus iudicare nobis permittitur. Dimittite: et dimittemini, date: et dabitur vobis. Dimittere nos iniuriam dare beneficia iubet: vt et nobis peccata dimittant et vita detur eterna. Qua sententia breui sz eximia cuncta que latissime de conuersando cũ inimicis mandauerat comprehendendo concludit. Tu autem. Lectio. ix.

MEnsuram bonã et confertam et coagitatam et superefluentẽ dabunt in sinũ vestrũ. Huic simile est qd alibi dicitur: vt et ipsi recipiant vos i eterna tabernacula. Nõ enim pauperes ipsi: sed christus his mercedem: qui elemosynam facere redditurus est. Quam tamen in sinum dare dicũtur quia promerẽdi illis occasionem dedere: cũ vel egẽtes misere vel improbe seuientes fortiores sunt: et tolerati patientiã et beneficio sustentati et ad ipsam aliquotiẽs fidẽ dulci gratia prouocati. Eadẽ quippe mensura qua mẽsi fueritis remetietur vobis. Potest hoc non solum de elemosyna, sed de omnibus que mẽte, manu, lingua gerimus accipi. An. Estote ergo misericordes qr et pater vester misericors est dicit dñs. ps. Bñ. Ad vel. an. Nolite iudicare vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini dicit dominus. p. Mag. ¶ Do. v. Or.

DA nobis dñe quesum⁹: vt et mundi cursus paci

ctce nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla devotione letetur. Per. S.lu.

Ca. 6.

In illo tempore. Cũ turbe irruerent ad iesum vt audirent verbum dei: et ipse stabat secus stagnum genezareth. Et reliqua. Homilia ex cõmen. vene. be. pbri. L. vii.

Stagnum siue mare: presens sclm designat. Dñs vero secus mare stat postq̃ vite labentis mortalitatem deuincens in ea qua passus est carne stabilitatem perpetue q̃etis adiit. Turbarum conuentus ad eũ gentium in fidem concurrentium typ⁹ est. Et vidit duas naues stantes secus stagnũ. Due naues secus stagnum posite circuncisionem et preputium figurant. Quas bene dominus vidisse perhibetur: qz ĩ vtroqz populo nouit dñs qui sunt ei⁹ eorumqz cor a fluctibus seculi huius ad future vite tranquillitatẽ: quasi ad soliditatẽ littoris vidẽdo: hoc est misericorditer visitãdo prouehit. L. viii.

Piscatores autem descenderant: et lauabãt rethia sua. Piscatores sunt ecclesie doctores q̃ nos rethe fidei cõprehensos: et de profundo ad lumen elatos quasi pisces littori: sic terre viuentiũ aduehũt. Quasi enim quedam rethia piscantium sunt complexe predicantium dictiones q̃ eos quos ceperint in fide non amittant vnde et rethia, quasi retinẽtia sunt vocata. Sed hec rethia modo relaxantur in capturã: modo lota plicantur: qz nõ oĩ tẽpus est habile doctrine: sed nũc exarãda lingua doctoris: nũc sutmet cura gerẽda. L. ix.

Ascendens autem in vnam nauim que erat symonis: rogauit eum a terra reducere pusillum: et sedens docebat de nauicula turbas. Nauis symonis est ecclesia primitiua de qua docebat turbas: quia de auctoritate ecclesie vsqz hodie gentes ad celorum regna inuitat. Vt cessauit autem loq̃: dixit ad symonem. Duc in altũ: et laxate rethia vestra in capturã. Quod primo rogauit symonem nauem a terra reducere pusillum: significat vel temperate vtendum verbo ad turbas, vt nec terrena eis precipiantur: nec sic a terrenis in profunda sacramentorũ recedatur: vt ea penitus non intelligant: vel prius in proximis regionibus gentium predicãdum. Vt quod dixit itẽ petro: Duc in altum: et laxate rethia vestra in capturam, ad remotiores gentes quibus postea predicatum est pertineat. Añ. Ascendens iesus in nauem: et sedẽs docebat turbas all'a. ps. Bñdictus. Ad vel. Añ. Preceptor per totã noctem laborantes nihil cepimus, ĩ verbo autem tuo laxabo rethe. ps. Magnificat. ¶ Dominica. vi. Or.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nris tui amoris affectum, vt te in omnibus et super omnia dili-

gentes, promissiones tuas q̄ omne desideriū superāt consequamur. Per do. S. Matthei.

Cap. 5. In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis: q2 nisi abundauerit iusticia vestra plusq̄ scribarū & phariseorū: nō intrabitis in regnum celorū. Et reli.

Homi. excer. de di. tract. l. vii.

Iusticia phariseorꝝ est, vt nō occidant. Iusticia eorꝝ qui intraturi sunt in regnū dei est: vt non irascantur. Minimum ergo est occidere, et qui illud soluerit minimus vocabit̄ in regno celorū. Qui autē illud implenerit vt nō occidat, non continuo magn⁹ erit & aptus regno celorꝝ, sed tñ ascendit in aliquē gradū. Perficietur autē: si nec irascitur. Qđ si pfecerit: multo remotior erit ab homicidio. Quapropter, qui docet vt nō irascamur non soluit legē, vt nō occidamus, sed implet poti⁹ vt & foris dū nō occidim⁹, & it⁹ dū nō irascimur innocētiā custodiamus. l. viii.

Audistis q2 dictū est āntiq̄s. Nō occides. Qui aūt occiderit, reus erit iudicio. In lege em̄ iudicabat̄ vt qui aliū occidebat, & ipse occideretur. Ego aūt dico vobis, id est ego nouus hō vobis nouis noua loquor. Q2 em̄ oīs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Videndū est quantū intersit inter iusticiā phariseorꝝ & xp̄ianorū que introducit in regnū celorum. Ibi enim occisio, reum facit iudicio. Hic aūt ira reum facit, nihilomin⁹ iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha reus erit ꝯsilio. Racha em̄ grece: hebraice dicit̄ cenos id est inanis & vacuus quē possum⁹ vulgata iiuria absq3 cerebro nūcupare. Sed si de ocioso sermone redditurī sum⁹ rationem q̄tomagis de ꝯtumelia? l. ix.

Signāter additur, qui dixerit fratri suo racha. Frater em̄ nō nullus est, nisi qui eūdem nobiscū habet patrē. Cū ergo similiter credat in deū et xp̄m dei nouerit sapientiā, qua ratione stultitie elogio denotari potest? Quid interest aūt reū iudicio, & reū consilio, & reum gehenne ignis? Nā hoc postremū grauissimū sonat, & admonet gradus quosdā factos a leuioribus ad grauiora, donec ad gehennā ignis veniret. Et ideo si leuius est reum esse iudicio, q̄ reū esse cōsilio: item si leuius est reū esse cōsilio, q̄ reū esse gehēne ignis, oportet vt leuius esse intelligatur irasci fratri q̄ dicere racha, & rursus leuius esse dicere racha, quā dicere fatue. Nō em̄ reatus ipse haberet gradus nisi gradatim etiam pctā cōmemorarentur. Tu. añ. Audistis q2 dictū est antiquis nō occides: qui aūt occiderit reus erit iudicio. p. Vñ⁹. Ad ves. añ. Si offers mun⁹ tuū āte altare et recordat⁹ fueris q2 frat tuus hz aliquid aduersuz te: relinq̄ ibi mun⁹ tuū āte altare: & vade pus recōsiliari fratri tuo, & tūc veniēs offeres mun⁹ tuū

alleluia. ps. Mag. ¶ Do. 7. or.

DEus virtutũ cuius est totũ qđ est optimũ: insere pectoribus nostris amorẽ tui nois, et presta in nobis religionis augmentũ: vt que sunt bona nutrias, ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per. Scdm Marcum

Cp. 8. IN illo tpe. Cum turba multa esset cum iesu nec haberẽt qđ manducarẽt, conuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbã, qr ecce iam triduo sustinẽt me nec habent quod manducẽt. Et reli.

Ser. ex cõ. ve. be. pbri. L. vij.

In hac lectiõe cõsiderãda est i vno eodẽq; redemptore nr̃o distincta opatio diuinitatis et hũanitatis, atq; error eutici: qui vnam tantum in christo operationem dogmatizare presumit procul a christianis finibus expellandus, quis enim nõ videat hoc qđ sup turbam miseretur dñs, ne vel inedia vel vie longioris labore deficiat affectum esse et cõpassionẽ humane fragilitatis. Quod vero de septem panibus et pisciculis paucis quatuor milia hominũ satiauit diuine opus esse virtutis. Mistice aũt hoc miraculo designatur, q vitam presentis seculi alter incolumes trãsire nequim9, nisi nos gratia redẽptoris nr̃i alimento sui verbi reficiat. Lcđ. viij.

Hoc vero typice inter hãc refectionẽ et illã quinq; panum ac duor piscium distat quod ibi litera veteris testamẽti spũali gratia plena esse signata est Hic autẽ noui veritas ac gratia testamenti fidelibus ministrãda monstrata. Sane vtraque refectio in monte celebrata est: vt aliorum euangelistarum narratio declarat: quia vtriusq; scriptura testamenti recte intellecta altitudinẽ nobis celestium preceptorũ mandat et premiorum. Vtraq; altitudinem christi qui est mons domus dñi in vertice montiũ consona voce predicat. Qui eñ edificatã sup se ciuitatem siue domũ dñi: id est ecclesiã in alta bonor extollit operũ, et cũctis manifestã gentibus exhibet: ipse hanc ab infimis delectationibus abstractã pane celi reficit, atq; ad appetitũ superne suauitatis dato pignore sibi spũalis accẽdit. J ix

MIsereor inquit sup turbam quia ecce iã triduo sustinent me, nec habẽt quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suã, deficiẽt in via. Quare triduo turba dominum sustinuerit, mattheus exponit plenius, qui ait. Et ascendẽs in montem, sedebat ibi. Et accesserũt ad eũ turbe multe, habẽtes secũ mutos, cecos, claudos, debiles, et alios multos, et proiecerunt eos ante pedes eius, et curauit eos. Turba ergo dñm sanatiõe infirmorũ suor triduo sustinet, cũ electi quiq; fide scẽ trinitatis lucidi dño p suis suor q; pctis aie videl; lãguorib9 perseuerãti istãtia supplicant.

An. Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent, et si dimisero eos ieiunos: deficient in via alleluia. ps Benedictus. Ad vesp. An. Et accipiens iesus septẽ panes gratias agens fregit & dedit discipulis suis vt apponerent: et apposuerunt turbe alla. ps Mag. Dominica. viij. Oro.

Deus cuius prouidẽtia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus vt noxia cuncta submoneas: & omnia nobis profutura concedas. Per. S. Matth.

Ch. 7.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Et reliqua. Homilia origenis. Lectio. vij.

Quod paulo superius fratres charissimi dominus noster iesus christus spaciosam et latã viam nominauit: hoc nũc apertius falsos prophetas ostendit: per quos multi in perditionem abominabilem abierunt. Qui primo ĩ iudea multi apparuerunt: et modo perfidia totum impleuerunt mundum. Sed illi qui prius falsi prophete fuerunt: verissimos domini prophetas vsque ad mortem persecuti sunt, sicut hieremiam, & micheam: aliosque multos. Isti autem nunc falsi prophete: & falsi christiani. qui sunt veraces: christianos sine misericordia persequuntur et opprimunt: aliquando si detur copia etiam gladiis sine intermissione, aut suis prauis moribus & exemplis. Idcirco omnes preueniens dominus adhortatur: dicens. Attendite a falsis prophetis. Lec. viij.

Attendite diligentius obseruate cautius: vt non seducamini: vt non circumueniamini vt non fallamini Attendite ergo: hoc est considerate, quia non sunt oues sed lupi in vestimento ouiũ. Quia non sunt religiosi: sed irreligiosi in figura religiositatis. Quia non sunt christiani: sed veritate vacui, christianorum persecutores. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ipsos et beatus paulus apostolus ad ephesios loquẽs designabat dicẽs. Scio enim quia post discessum meũ introibunt in vobis lupi graues: lupi rapaces. Lectio. ix.

Lupi enim graues nominantur omnes infideles heretici, qui grauiter sanctam ecclesiam opprimunt & persequuntur, vel molestare freqñtant, qui sine misericordia rapere et coaceruare nõ desinũt. Aliquãdo pecunie irruũt aliene, aliquando in ipsos pecuniarum dominos. Multomagis satagunt animas rapere, et secum miserabiliter deducere. Et vestimẽtum ouium habere dicuntur, eo quod nomen habeant christianitatis vel quia

assimulant se ministris iusti-cie figurã religiositatis mentientes. Per christianum itaqꝫ nomẽ multos seducere nituntur dulcibus sermonibꝰ: multis scandalũ inferentes. Isti sunt de quibꝰ ait apls. Per suos dulces sermones et blandos seducũt corda innocẽtiũ. Sed ex fructibus eorũ: cognoscetis eos. añ. Attẽdite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ, intrinsecꝰ aũt sunt lupi rapaces: a fructibus eorꝫ cognoscetis eos. ꝑ. Bñdꝰ. Ad vel. añ. Non ois qui dicit mihi dñe dñe itrabit in regnũ celorꝫ: sed qui facit voluntatẽ pr̃is mei qui in celis est, ipse intrabit in regnũ celorꝫ a7. ꝑs Magnificat. ¶ Dñica. ix. Or.

Largire nobis dñe q̃s sp spm̃ cogitãdi q̃ recta sũt propicius ⁊ agẽdi: vt qui sine te esse nõ possumus: scdm̃ te viuere valeamus. Per. S. Luc.

Cp̃. 16

In illo tpe. Dixit iesꝰ discipulis suis parabolã hãc. Hõ quidã erat diues qui habebat villicũ: ⁊ hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsiꝰ. Et reliqua. Homilia ve. bede pbri. l. vij.

Ad clementiã nos dñs et saluator nr̃ hortatur sub exẽplo villici ⁊ debitoris dñi sui vt si dimittimꝰ debitoribꝰ nr̃is: dimittãtur ⁊ nobis debita nostra. Diues aũt iste qui habebat villicũ: dñs ipse est iesus xp̃s: cuius villici, id est dispẽsatores sunt oẽs fideles i sctã ecclesia. Exules enĩ ⁊ pegrini sumꝰ in hoc mũdo, ⁊ hic non habemꝰ hereditatẽ. Sed q̃ in presenti videmur hẽe ad dispẽsandum nobis ꝯmissa sunt non ad possidẽdum: nosset autem municipatus, vt ait paulus in celis est. Lectio octaua

In villico ergo isto quẽ dñs suus eiiciebat de villicatione: ⁊ laudauit eũ, qꝛ futurã sibi vitã prosperexit, nõ oĩa debemus ad imitandũ sumere. Nõ eñ aut dño nr̃o facienda est in aliquo fraus: vt de ipsa fraude nos elemosynas posse facere speremus, aut eos qui nos recipiãt in eterna tabernacula: id est sctõs angelos tanq̃ debitores esse domini dei nostri: fas est intelligẽdi. cũ fideles quiqꝫ sicut diximus in sctã ecclesia significentur in villico. Si ergo laudatur a dño villicus qui fraudẽ faciebat, q̃to amplꝰ placet dño deo qui scdm̃ eius p̃ceptũ bona sua fideliter dispẽsant? Lc.

Qui ergo turba huiꝰ serui exẽplum sedulo reticiẽdo villicatiõis, id est vltimũ tp̃is sui diẽ, ⁊ ratiõis redvẽde tẽpus p̃uiderit, facile terrenorꝫ oim delectatione simul et dilectione nudatus plꝰ sibi de amicis cõquirendis in futuro: q̃ de diuitiis in presenti colligẽdis prospicere necessariũ ducit: qꝛ ablata villicatione fodere nõ valemus: qꝛ finita hac vita in qua laborare p eterna debemꝰ: neqꝫ posteã bone cõuersatiõis fructũ licet inq̃rere. Sed illo tũc tpe men

dicare confusio est: illo scilicet pessimo genere mendicandi: quo ille virgines fatue: q̄ hic pro operibus suis mercedem humane laudis pcipiebāt: mē dicasse referuntur. an. Dixit dominus villico: quid hoc audio de te: redde rationem villicationis tue alla. ps Bñdꝰ. Ad vel an. Quid faciā, qꝛ dominus meus aufert a me villicationē: fodere nō valeo: mendicare erubesco: scio quid faciā, vt cū amotus fuero a villicatiōe: recipiant me i domos suas ꝑ. Mag. Dñica.x. Or.

Pateant aures mie tue domine precibus supplicātium: ꝛ vt petentibus desiderata cōcedas, fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum. Secundū Lucam.

Cḣ.19 In illo tpe. Cum appropinquaret iesus hierl'm: videns ciuitatem fleuit super illā: dicēs. Qꝛ si cognouisses et tu. Et r. Hom. b. g. p. l. viii.

Quod a flente dño illa hierosolymorū subuersio describatur: que a vespasiano et tyto romanis principibus facta est: nullus qui historiā euersiōis eiusdē legit ignorat romani ei principes denunciantur: cum dicitur. Quia venient dies in te: et circundabunt te inimici tui vallo: ꝛ circundabunt te, et coangustabunt te vndiqꝫ, et ad terrā prosternēt te, ꝛ filios tuos qui in te sunt. Hoc quoqꝫ quod additur. Et nō relinquent in te lapidem super lapidem: etiā ipsa eiusdē ciuitatis transmigratio testatur. Quꝫ dum nunc in eodem loco constructa est vbi extra portā crucifixus fuerat dominus: prior illa hierusalem vt dicitur funditus est euersa. Lectio. viii.

Hierusalem ex quā culpa euersionis sue pena fuerit illata subiūgit. Eo qꝫ non cognoueris tēpus visitatiōis tue. Creator quippe omnium per incarnationis sue mysteriū hanc visitare dignatꝰ est. Sed illa timoris ꝛ amoris illius: recordata non est. Sed querendum prius est quid sit quod dicitur. Videns ciuitatem, fleuit super illam: dicēs. Quia si cognouisses ꝛ tu. Fleuit etenim pius redēptor ruinā perfide ciuitatis: quam ipsa sibi non cognoscebat esse venturam. Cui a flente domino recte dicitur. Quia si cognouisses ꝛ tu: subaudi scilicet flereſqꝫ modo: quia nescis quod imminet exultas. Vnde et subditur. Et quidem in hac die tua: que ad pacem tibi. Cum enim se carnis voluptatibus daret: ꝛ ventura mala non prospiceret: in die sua que ad pacē ei esse poterant habebat. Lectio nona.

Cur vero presentia bona ad pacem habuerit: manifestatur cū subditur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis eiꝰ oculis mala que imminebant abscondita non essent: leta in presentibus prosperis nō fuisset. Cuius mox etiā pena que de romanis (sicut predixi) pri-

cipsibus imminebat adiuncta est. Qua descripta quid dominus fecerit subditur: quia ingressus templum cepit eiicere vendentes et ementes de illo: dicēs illis. Scriptū est: quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronū. Qui enim narrauit mala ventura: et protinus templum ingressus est, vt de illo vendentes et ementes eiiceret: profecto innotuit, quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Añ. Cum appropinquaret dominus hierusalem: videns ciuitatē fleuit super eā: et dixit, quia si cognouisses et tu: quia venient dies in te: et circundabunt te et coangustabunt te vndique: et ad terram prosternent te: eo ꝙ non cognoueris tempus visitationis tue alleluia. ps. Benedictus. Ad ves. añ. Scriptum est enī: quia domus mea domus orationis est cunctis gentibus: vos autem fecistis illam speluncam latronum, et erat quotidie docens in templo. ps. Magnificat. ¶ Dominica.xi. Or.

Deus qui oīpotētiā tuā parcēdo maxie et miserādo manifestas: multiplica super nos gratiam tuam, vt ad tua promissa currentes celestium bonorum facias esse cōsortes. Per d. Secūdū lucā.

In illo tpe. Dixit iesus ad quosdā q in se cōfidebant tanq iusti, et aspernabātur ceteros parabolam istam: dicens. Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus pharise9, et alter publicanus. Et reliqua. Sermo ex cōmētario vene. be. pbri. Li. viij.

Quam parabolam dominus qua semper orare et non deficere docebat: ita conclusit vt diceret: veniēte iudice difficile in terra fidem reperiendam: ne quis sibi forte de supernacua fidei cogitatione vel etiam confessione blandiretur: mox altera iūcta parabola: diligētius ostendit a deo fidei non verba examinanda: sed opera. Inter que nimirum opera maxime regnat humilitas. Publican9 humiliter orans ad illa prefate vidue, hoc est ecclesie membra pertinet: de quibus supra dicitur. Deus autem non faciet vindictam electorum suorū clamantium ad se. Phariseus autem merita iactans ad ea de quibus terribilis in cōclusione sententia subditur. Veruntamen filius hominis veniēs putas inueniet fidē i t̄ra. L. viij

Pharise9 stās hec apd se orabat. Deus grās ago tibi: qr nō sum sicut ceteri hominū, raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic publican9. Quatuor sunt species qb9 oīs tumor arrogātiū demōstratur. Cum bonum aut a semetipsis se habere existimant: aut si sibi datū desuper credūt pro suis se hoc accepisse meritis putāt: aut certe cum iactant se habere quod nō habent: aut despectis ceteris singulariter videri

appetunt habere quod habẽt. Qua phariseus iste iactantie peste laborasse deprehẽditur: qui idcirco de templo absque iustificatione descendit, quia bonorum operum merita sibi quasi singulariter tribuẽs orãti publicano se pretulit. Lectio.ix.

Ieiuno bis in sabbato: decimas do omniũ que possideo. Ezechiel propheta de ostensis sibi celi animalibus scribit. Et totum corp⁹ plenũ oculis in circuitu ipsorũ quatuor. Corpora quippe aĩaliũ idcirco plena oculis describũtur: quia sanctorũ actio ab omni parte circunspecta est bona desiderabiliter preuidens, mala solerter cauens. Sed nos sepe dũ aliis rebus intẽdim⁹: fit vt alia negligamus. Et vbi negligimus: ibi proculdubio oculũ non habemus. Nã ecce phariseus ad obtinẽdam abstinentiam: ad impendendam misericordiam ad referẽdas deo gratias: oculum habuerat, sed ad humilitatis custodiã nõ habebat. Et quid prodest qđ cõtra hostium insidias pene tota ciuitas caute custoditur: si vnum foramen apertum relinquitur vnde ab hostibus intretur. Añ. Duo homines ascẽderunt in templum vt orarẽt: vnus phariseus et alter publicanus, descendit hic iustificatus in domũ suã ab illo. alla. ps. Bñd⁹. Ad vel. ãn. Stãs a lõge publicanus nolebat oculos ad celũ leuare, sed percutiebat pectus suũ dicẽs: deus propitius esto mihi peccatori. ps. Mag. Dñc. xij. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ qui abundãtia pietatis tue et merita supplicũ excedis et vota: effunde super nos miam tuam: vt dimittas que cõsciencia metuit, et adicias qđ oratio nõ presumit. Per. S. mar.

In illo tempore. Exiens iesus de finibus tyri venit per sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et reliqua. Homilia venerabilis bede pbri. L. vij

Surdus ille et mutus quem mirabiliter curatum a domino modo cum euangelium legeretur audiuimus, genus hũanum designat in his qui ab errore diabolice deceptiõis diuina merentur gratia liberari. Obsurduit nãq homo ab audiendo vite verbo postquã mortifera serpentis verba cõtra dominum tumidus audiuit. Mutus a laude cõditoris effectus est: ex quo cum seductore colloquium habere presumpsit. Et merito clausit aures ab audienda inter ãgelos laude creatoris: quas ad audiendam eiusdem creatoris vituperationem: sermonibus hostis incautus aperuit. Merito clausit os ad predicandũ cum angelis laudem creatoris: qđ velut ad meliorandum eiusdem opus creatoris: cibi vetiti preuaricatiõe superbus impleuit. Tu autem. Lctõ. viij.

Et heu miser gñis humani defectus, Qđ in

Ch. 7.

radice viciosum germinauit, viciosius multo dilatari cepit in propagine ramorum: ita vt veniēte in carne dño, exceptis paucis de iudea fidelib⁹: tot⁹ pene mundus ab agnitione & cōfessione veritatis surd⁹ erraret & mutus. Sed vbi abundauit peccatum: superabundauit & gratia. Venit nāq; dñs ad mare galilee: vbi nouerat egrotare quem sanaret. Venit sue gratia pietatis ad tumētia turbida et instabilia gentium corda in quibus nouerat esse que ad suam gratiam pertinerent. Et bene inter medios fines decapoleos ad mare galilee. vbi egrotū sanaret venisse perhibetur: q2 relicto ob perfidiam populo q̄ decalogi mandata acceperat exteras venit ad gentes: vt (sicut ioannes ait) filios dei qui erant dispersi congregaret in vnū. Le. ix.

ET adducunt inquit ei surdum & mutum: & deprecantur eum, vt imponat ei manum. Quia ille surdus saluatorem agnoscere, mutus rogare nequibat, adducunt ei amici, et p ei⁹ salute dño supplicant. Sic nimirum sic spūali necesse est curatione geratur, vt si quis humana industria ad auditum confessionemque veritatis cōuerti nō potest: diuine pietatis offeratur aspectibus atq; ad sanandū eū superne manus flagitetur auxiliū. Nec tardat celestis misericordia medici: si intēta pcātiū nō hesitat nec deficit oratio. R.

Exiens iesus de finibus tyri venit per sydonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos alla. ℣s. B fi⁹. Ad ves. An. Bene oīa fecit & surdos fecit audire et mutos loqui. ℣. Magnificat. ¶ Dñica xiij. Or.

OMnips & misericors deus de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis q̄s vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per. Secundū lucā.

IN illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Bti oculi qui vidēt: q̄ vos videtis. Et r. Ser. ex cō. vene. bede p̄. r. vij.

Cp̄. 10

Non oculi scribarū neq; phariseorū qui corpus dñi tātum videre, sed illi bti oculi qui ei⁹ possūt cognoscere sacramēta, de quibus dicitur. Et reuelasti ea paruulis. Beati oculi paruulorū quibus & se & patrē filius reuelare dignat. Dico aūt vobis q multi prophete & reges voluerunt videre que vos videtis & nō viderūt: et audire que vos auditis et non audierunt. Lectio octaua.

ABrahā ṗo exultauit vt videret diē xp̄i, vidit et gauisus est. Esaias quoq; et micheas & multi alij pphete viderūt gloriā dñi: q̄ & pptea vidētes sunt appellati. Sed hi oēs a lōge aspiciētes & salutātes & p speculū i enigmate viderūt. Apl'i aūt in p̄sentia habētes dñm ↄuescētesq; ei: & queq; voluissent iterrogando discētes, nequaq̄ p angelos &

varias visionū species opus hēbāt doceri, quos vero lucas multos prophetas et reges di cit, mattheus apertius prophe tas et iustos appellat. Ipsi sūt reges magni qui tentationum suarum motibus non consen tiendo succumbere sed regēdo preesse noverunt. Lectio.ix.

Et ecce quidā legisperi tus surrexit tentās eū: et dicēs. Magister quid facien do vitā eternā possidebo? Le gisperitus qui de vita eterna dñm tētās interrogat: occasio nē vt reor tētandi de ipsis dñi sermonibus sumpsit: vbi ait. Gaudete autē quia noīa vestra scripta sunt in celis. Sed ipsa sua tentatione indicat quod vera sit illa dñi confessio qua patri loquitur quia abscondisti hec a sapiētibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. ān. Hō quidā descendebat ab hierusa lem in hierico et incidit in la trones: qui etiā dispoliaverūt eū: et plagis impositis abierūt semivivo relicto. ps. Bñdictus. Ad ves. ān. Quis tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones? et ait, ille qui fecit miam in illo: vade et tu fac simi liter. ps. Mag. ¶ Do.xiiij. Or.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis fidei spei et cha ritatis augmentum: et vt me reamur assequi quod promit tis, fac nos amare quod preci pis. Per dominum. S. Lucā.

C.17. In illo tempore. Dum iret iesus in hierusalem trāsibat per mediam samariā et galileam. Et cum ingrede retur quoddā castellum: occur rerūt ei decē viri leprosi. Et re. Ser. ex cō. ve. be. pbri. L. vij.

Leprosi non absurde intelli gi possunt qui scientiam vere fidei non habentes varias do ctrinas profitentur erroris. Hi autem tam vitandi sunt ec clesie vt si fieri potest longius remoti magno clamore inter pellent. Unde et aperte subinn gitur. Qui steterunt a longe et levaverunt vocem dicētes. Iesu preceptor miserere no stri. Et bene vt salventur: ie sum preceptorem nominant. Quia enim in eius verbis se errasse significant: hunc sal vandi humiliter preceptorem vocant. Tu autem. Lect. viij.

Quemque ad cognitionem preceptoris redeūt mox ad formam salutis accurrunt. Nam sequitur. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacer dotibus: et factum est dū irent mūdati sunt. Nullū dñs eorū quibus hec corporalia benefi cia prestitit invenitur misisse ad sacerdotes: nisi leprosos. Quia videlicet sacerdotiū iu deorum figura erat futuri sa cerdotij regalis: quod est ī ec clesia quo cōsecrantur oēs per tinētes ad corpus xpi summi et veri principis sacerdotum. Et quisquis vel heretica pra vitate vel superstitione genti li: vel iudaica pfidia: vel etiā scismate fraterno quasi vario colore p xpi gratiā caruerit: necesse est vt ad ecclesiam ve

niat colorē q3 fidei verū quem accepit ostendat. Lectio nona

Ceterа verō vicia tanq̄ valitudies & quasi morbos anime atq3 sensuū per se ipsum interius in cōscientia & intellectu dñs sanat et corrigit. Unde aūt vnus ex illis vt vidit q2 mundatus est regressus est cū magna voce magnificans deū. Et cecidit in faciē ante pedes eius gr̄as agens. Ille enim vero deo gr̄as agit qui repressis cogitationib9 p̄sumptionis sue: qua in semetipso infirmus se humiliter videt qui nihil sibi virtutis tribuit: qui bona que egit esse de mia conditoris cognoscit. an. Dū igrederetur iesus quoddā castellū occurrerūt ei decē viri leprosi, qui steterūt a longe et leuauerūt vocē dicentes: iesu p̄ceptor miserere nobis. ps Bñdictus. Ad ves. an. Nonne decē mūdati sunt: & nouē vbi sunt? nō est inuētus qui rediret, & daret gloriā deo: nisi hic alienigena, vade q2 fides tua te saluū fecit. ps. Magnificat.

¶ Dominica.xvi. Oratio.

Custodi q̄s dñe ecclesiā tuā propiciatiōe perpetua: & q2 sine te labit̄ humana mortalitas: tuis semper auxiliis & abstrahatur a noxiis, & ad salutaria dirigatur. Per dominum. Secūdū mattheū.

Ch.16 In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dñis seruire. Et r̄. Ser. ex cō. ve. be. ps. r. 7

Nemo potest duob9 dominis seruire: q2 nemo valet transitoria simul & eterna diligere. Si em̄ eternitatē diligimus: cuncta tpalia in vsu nō in affectu possidemus. Aut enim vnum odiet & alterū diliget, aut vni adherebit: & alterum ɔtēnet. Hec verba diligenter considerāda sunt. Nam qui sint duo dñi cōsequēter exponit dicēs. Nō potestis deo seruire & mā̄mone. Audiat hoc auarus: audiat q̄ censetur noīe xp̄iano: non posse simul mammone, hoc est diuitiis christoque seruire. Tu autem. Lectio.viii.

Et tñ nō dixit qui hab3 diuitias: sed q̄ seruit diuitiis. Qui em̄ diuitiarū seruus est: diuitias custodit vt seruus. Qui aūt seruitutis excussit iugum: distribuit eas vt dñs. Sed q̄ seruit mammone: illi vtiq3 seruit qui reb9 istis terrenis merito sue pūersitatis p̄positus p̄nceps hui9 seculi a dño dicit̄. Ergo aut vnum odiet: & alterū diliget. Ut fieri debet: odiet scilicet diabolum: diliget deū, aut vni adherebit et alterū contēnet. Adherebit scilicet diabolo cū quasi ei9 p̄mia tpalia sectat̄: ɔtēnet autē deū. Nō dixit odiet s3 sicut solēt minas eius p̄ponere cupiditatibus suis: qui de bonitate ei9 sibi ipnnitatē blādiunt̄ Quib9 p salomonē d2. Fili ne adiicias pctm̄ sup pctm̄: et dicas. Miseratio dei magna ē. r. ix

Ideo dico vobis. Nolite solliciti eē anime vr̄e q̄d manducetis, aut corpori vr̄o

quid induamini. Ergo quod oibus natura tribuit & iumētis ac bestiis: hoibusq; cōmune est, huius cura penitus nō liberamur: sed pcipitur nobis ne solliciti simus quid cōmedamus. Et qz in sudore vultus pparamus nobis panem: labor exercēdus est, sollicitudo tollēda. Anima plus est quā esca: & corpus plus q̄ vestimētū. Admonet vt meminerimus multo amplius nobis deum dedisse q̄ nos fecit: & cōposuit ex aia & corpe: quā est alimentū atq; tegumētum. Vt itelligas eū qui dedit animā multo facilius escas esse daturū. Similiter eū qui corp⁹ dedit, multo facilius daturū esse vestimentū. an. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus aut quid bibem⁹: scit eū pr̄ vester celestis quid vobis necesse sit alla. ps. Bñdictus. Ad vel'a Querite ergo primū regnū dei & iusticiā ei⁹, et hec omnia adiicientur vobis all'. ps. Mag. Dñica xvj Oro.

Ecclesiā tuā dñe miseratio cōtinuata mundet et muniat: & qz sine te non potest salua cōsistere: tuo sp munere gubernetur. Per. S. Lucam.

Cā. 7. In illo tempore. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naym: & ibant cum illo discipuli eius: et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue, Et reliqua. Ser. ex cōmē. ve. be. pbr̄i. Lec. vij.

Defunctus hic qui extra portam ciuitatis multis est iuuētibus elatus, significat hoiem letali criminū funere sopoꝛatū: eandēq; isuper anime mortem non cordis adhuc cubili tegentem: sed ad multorū noticiam per locutionis operisve indiciū quasi per sue ostia ciuitatis propalantē. Qui bñ filius vnic⁹ matris sue fuisse perhibetur. Quia licet e multis collecta personis, vna sit perfecta et immaculata virgo mater ecclesia, singuli quiq; tamē fidelium vniuersalis se ecclesie filios rectissime fatentur. Nam & electus quilibet quando ad fidem imbuitur filius est. Quādo ad fidē alios imbuit: mater est. Lec. viij.

Portā ciuitatis qua defunctus efferebatur: puto aliquē de sensibus esse corporis. Qui enim seminat inter fratres discordias: qui iniquitatē in excelso loquitur, per oris portā extrahitur mortu⁹, q̄ vi derit mulierē ad concupiscendā eā, per oculorū portam sue mortis idicia profert. Qui fabulis ociosis obsenisve carminib⁹, vel detractiōib⁹ aurē libēter aperit: hāc aie sue portā mortis efficit. Ceterosq; q̄ nō seruat sensus: mortis sibi ipsi reserat aditus. Lectio. ix.

Et hec vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Viduam esse ecclesiā oīs anima que sponsū dñicq; suisse morte redēptā meminit agnoscit. Diuino autē nutu multa

dñm turba viduam comitaba tur: vt viso tanto miraculo multi testes: multi fierent dñi laudatores: quam cũ vidisset iesus misericordia motus super eam: dixit illi. Noli flere. Desiste inquit quasi mortuũ flere: quem mox viuum resurgere videbis. Ubi mystice nouatij dogma confunditur: qui de sua mundicia superbe gloriatus humilem penitentium mundationem euacuare conatur: veramqꝫ matrẽ ecclesiam de natorum suorum spirituali extinctione ploran ꝫ spe vite redonande negat consolari debere. añ. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naym ꝫ ecce defunctus efferebatur fili⁹ vnicus matris sue. ps. Bñd⁹. Ad vesp. añ. Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum dicentes: quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem suam. ps Magnificat anima.

Dominica.xvij. Oratio.

Tua nos quesumus gratia semper et preueniat et sequatur: ac bonis operib⁹ iugiter prestet esse intentos. Per dñm. Secundum lucam.

C.14

In illo tempore. Cum intrasset iesus in domo cuiusdam principis phariseorũ sabbato manducare panem, et ipsi obseruabant eum. Et ecce quidam homo hydropic⁹ erat ante illum. Et reliqua.

Home. vene. bede pbri. l. vij.

Hydropicus morbus ab aquoso humore vocabulũ trahit. Grece enĩ aqua hydor vocatur. Est autem humor subcutaneus de vicio vesice nat⁹ cum inflatione turgente ꝫ anhelitu fetido. Proprium qꝫ est hydropici: q̃tomagis abũdat humoribus inordinatis, tãto amplius sitire. Et ideo recte cõparatur ei quem flux⁹ carnalium voluptatum exuberans aggrauat. Comparatur diuiti auaro: qui q̃to est copiosior diuitijs quibus non bene vitur: tanto ardentius talia cõcupiscit. Lectio octaua.

Et respondens ies⁹ dixit ad legisperitos ꝫ phariseos: licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Quod dicitur respõdisse iesus: ad hoc respicit quod premissum est: ꝫ ipsi obseruabãt eum. Dñs enim nouit cognatiões hoim. Sed merito interrogati tacent: qui cõtra se dictũ quicquid dixerint vident. Nam si licet sabbato curare: quare saluatorẽ an curet obseruant? si nõ licet, quare ipsi sabbato pecora curant?

Lectio nona.

Ipse vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Prouida dispensatione dñs ante legisperitos ꝫ phariseos hydropicum curat: ꝫ mox contra auariciam disputat: vt videlicet per huius egritudinẽ corporis i illis exprimeretur egritudo cordis. Deniqꝫ post multa disputationis eius hortamenta subiunctum est. Audiebãt autem hec omnia pharisei qui erant auari: ꝫ derix-

bãt illum. Hydropicus quippe quo amplius biberit: amplius sitit. Et omnis auarus sitim multiplicat qui cum ea que appetit adeptus fuerit ad appetẽda alia amplius anhelat ℞. Dixit iesus ad legisperitos et phariseos, si licet sabbato curare? at illi tacuerunt: ipse vero apprehẽdens hydropicũ sanauit eũ ac dimisit. ℣. B sũs ad vel. añ. Cum vocatus fueris ad nuptias, recube in nouissimo loco: vt dicat tibi qui te inuitauit, amice ascende superius: et erit tibi gloria coram simul discumbentibus alleluia. ps. Magnificat anima

¶ Dominica.xviii. Oratio.

Da quesumus dñe populo tuo diabolica vitare contagia: et te solum deum pura mente sectari. Per dominum.

¶ Secundum Mattheum.

Ca. 22 In illo tpe. Pharisei audientes q iesus silentiũ imposuisset saduceis: conuenerunt ĩ vnum. Et interrogauit iesum vnus ex eis legisdoctor tentans eum. Magister: quod est mandatum magnum in lege? Et re. Hom. b. ioã. ep. l. 7

Conuenerunt vt multitudine vincerent: quẽ ratione superare non poterant. A veritate se esse nudos professi sunt: q multitudine se armauerunt Dicebãt enim apud se. Unus loquatur pro omnibus: et omnes loquamur per vnum: vt siquidem vicerit, omnes videamur victores. Si autem victus fuerit: vel solus videatur confusus. O pharisei qui omnia propter homines cogitatis et facitis. Primum quidem venientes cum vno: vincendi estis per vnum. Lectio octaua.

Tamen pone quia vno victo homine non intelligunt omnes vos esse victos. Nunquid conscientie vestre non sentiunt se esse confusas? Leuis enim est consolatio cũ quis in seipso confusus est: qd ab aliis ignoratur. Magister quod est mandatum magnum in lege? Magistrum vocat cuius non vult esse discipulus nõ scire desiderans sed tentans. Simplicissimus interrogator et malignissimus insidiator de magno mandato interrogat: qui nec minimum obseruat. Ille enim debet interrogare de maiori iustitia: qui minorẽ complevit. Tu. Lectio nona.

Dominus autem sic ei respondit vt interrogationis eius fictam conscientiam statim primo responso percuteret dicẽs. Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo: et ĩ tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est magnũ et primũ mandatum. Maximum autem et minimum mandatum dicimus qñtum ad dignitatem mãdatorum non qñtum ad vtilitatem. Alioquin vtilitas omniũ mandatorum vna est: et omnia mandata que vnum videntur esse mandatũ: ita sibi coherent vt alterum sine altero esse nõ possit. Tu. añ. Magister: quod est mãdatũ magnum in lege?

ait illi iesus. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo alla ps. Bñ. Ad vel añ. Quid vobis videtur de christo, cuius filius est? dicunt ei oẽs, dauid. Dicit eis ies quomodo dauid in spiritu vocat dñm dicens: dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. ps. Magt.

¶ Dominica.xix. Oratio.

Dirigat corda nostra q̃s domine tue miseratiõis operatio: q2 tibi sine te placere non possumus. p. Sctm math

Ch.19

In illo tempore. Ascendens iesus in nauiculã transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et reliqua.

Homel. bti ioãnis epi. L. vii

Creator rerũ orbis dominus postea q̃ se propter nos angustiauit in carne cepit habere humanam patriam: cepit ciuitatis iudaice esse ciuis: parentes habere cepit: parentum omnium ipse parens vt inuitaret amor: attraheret charitas: vinceret affectio: suaderet humanitas, quis fugauerat dñatio metus dispersεrat & fecerat vis potestatis extorres. Venit in ciuitatẽ suam & obtulerunt ei paralyticum iacẽtem in lecto. Tu. Lectio viij.

Et vidẽs (inquit) iesus fidem illorũ dixit paralytico. Confide fili. Dimittuntur tibi peccata tua. Audit veniam & tacet paralyticus nec vllam rependit gratiam: quia plus corporis q̃ anime tendebat ad curam: & tẽporales erũnas resoluti corporis sic deflebat: vt eternas penas resolutionis anime non defleret gratiorem sibi presentem vitã iudicans q̃ futurã. Merito chr̃s fidem offerentiũ respicit et vecordiam despicit sic iacẽtis vt fidei aliene suffragio paralytici anima ante curaretur q̃ corpus. Tu. Lectio nona.

Respiciens inquit fidem illorum. Cernitis i hoc loco fratres deũ non querere insipientiũ voluntates: nõ expectare ignorantiũ fidẽ: nõ infirmi stulta desideria perscrutari, sed ad alterius fidẽ subuenire. Reuera fratres qñ medicus languentiũ querit, aut respicit voluñtates: cũ semp contraria desideret & requirat infirmus: hinc est q nũc ferrum nunc ignẽ: nunc amara pocula ingerit & apponit inuitis: vt curã sani sentiant quã sentire nõ poterãt egrotantes. An Dixit dñs paralytico: confide fili, remittuntur tibi pctã tua alla. ps. Bñ. Ad vs. añ. Videntes autẽ turbe timuerunt: et glorificauerunt deũ qui dedit potestatẽ talem hoibus. p̃. Mgt.

¶ Dominica.xx. Oratio.

Omnipotẽs & misericors deus vniuersa nobis aduersantia ꝓpitiatus exclude: vt mẽte & corpore pariter expediti: q̃ tua sunt liberis mẽtibus exequamur. Per dominum nostrum. Secundum math:um.

In illo tẽpore. Dicebat Jesus turbis parabolã hanc. Simile factum est regnum celorum hoi regi: q̃ fecit

Ch.22

nuptias filio suo. Et reliqua.
Homel. bti grego. pap. L. vii
Plerumqꝫ in sancto euangelio per regnū celoꝝ: presens ecclesia designatur. Congregatio iustorum regnum celorum dicitur. Quia enim per pphetam dominus dicit. Celū mihi sedes est. Et salomon ait. Anima iusti: sedes sapientie. Paulus etiam dicit christum dei virtutem et dei sapiētiam. Liquido colligere debemus: quia si deus sapientia, anima autem iusti: sedes est sapientie. Dum celum dicitur sedes dei: celū ergo est anima iusti. Hic per psalmistam de sanctis predicatoribus dicitur. Celi enarrant gloriam dei. Tu. Le. viii
Regnum ergo celorum ecclesia iustorum est: quia dum eorum corda in terra nil ambiūt per hoc ꝙ ad superna suspirant: iam in eis domin⁹, quasi in celestib⁹ regnat. Dicatur ergo: simile est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Jam intelligit charitas vestra: quis est rex: regis filij pater? Ille nimirum cui psalmista ait. De⁹ iudiciū tuum regi da: ⁊ iustitiam tuā filio regis. Tu. Le. ix
Qui fecit nuptias filio. Tunc enim deus pater deo filio nuptias fecit: quādo hunc in vtero virginis humane nature coniunxit. Quando deum ante secula fieri voluit hominem in fine seculorum. Sed quia ex duab⁹ personis: solet fieri ista coniunctio: absit hoc ab intellectib⁹ nostris: vt personā dei ⁊ hominis saluatoris nostri Jesu christi ex duabus personis credam⁹ esse vnitam. Ex duab⁹ quippe atqꝫ in duabus hūc naturis existere dicimus. Sed ex duabus personis compositam credi vt nephas vitem⁹. Añ. Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui, venite ad nuptias all'. Ps. Bñd⁹. Ad ves. añ. Nuptie quidē parate sunt: sed qui inuitati erant nō fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum: et quoscunqꝫ inueneritis, vocate ad nuptias alleluia. Ps. Magt.

Dominica. xxi. Oratio.
Largire quesumus dñe fidelibus tuis indulgētiam placatus et pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offensis: ⁊ secura tibi mente deseruiant. Per dominum nostrum. Secundum Joannem.
In illo tēpore. Erat quidam regulus: cui⁹ filius infirmabatur capharnaū. Hic cum audisset qr iesus adueniret a iudea in galileam abijt ad eum ⁊ rogabat eum vt descenderet ⁊ sanaret filiū eius. Incipiebat enim mori. Et rel'. C. 14.
Homel. beati grego. pa. L. vii
Lectio sancti euangelij quā modo fratres audistis expositione non indiget. Sed ne hāc tacite preterisse videamur exhortando potius, ꝙ̄ exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solūmodo de expositione video esse requirēdū Cur is qui ad salutem peten-

dã venerat audiuit, nisi signa et prodigia videritis nõ cre=ditis? Tu autem. Lectõ octaua

Qui enim salutem querebat filio proculdubio credebat. Nec enim ab illo quereret salutem: quẽ non crederet saluatorem. Quare ergo dicitur Nisi signa et prodigia videritis: non creditis: cũ ante crederet, ꝙ signum videret. Sed mementote quid petiit, et aperte cognoscetis: quia in fide dubitauit. Poposcit namque vt descenderet, et sanaret filiũ eius. Tu autem. Lectõ nona.

Corporalem ergo presentiam dñi querebat: qui per spiritum nusꝙ deerat. Minus itaque in eum credidit: quẽ nõ putauit posse salutẽ dare: nisi presens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset: proculdubio sciret: quia non esset locus vbi non esset deus Ex magna ergo parte diffisus est: quia virtutem non dedit maiestati: sed presentie corporali. Tu. aũ. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum, hic cũ audisset qz iesus adueniret in galileam rogabat eum vt sanaret filium eius. ps. Bñ⁹ Ad be. ã Cognouit autem pater: quia illa hora erat in qua dixit iesus, filius tuus viuit: et credidit ipse et dom⁹ ei⁹ tota. ꝑ. Mgt

Dominica.xxij. Oratio.

Familiam tuam quesumus domine continua pietate custodi, vt a cũctis aduersitatibus te protegente sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum. Secundum Matheum. Ch.18

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Parabolam hanc. Simile est regnum celorũ homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et reliqua.

Homel. beati augu. epi. l. viij.

Ecce fratres: res ĩ aperto est admonitio vtilis valde et salubris. Obedientia debetur vt quod iustum est impleatur: qz omnis homo debitor est dei: et debitorem habet fratrem suũ. Quis est enim qui non sit debitor: nisi in quo nullum peccatum potest inueniri? Quis est autem qui non habeat debitorẽ fratrem nisi ille in quẽ nemo peccauit? Putasne quis ꝙ in genere humano reperiri potest: qui non et ipse aliquo peccato obstrict⁹ sit fratri suo? Tu autem. Lectio octaua.

Debitor ergo est omnis homo: habens tamen et ipse debitorem. Ideo de⁹ iust⁹ constituit tibi regulum in debitore tuo: quod faciet et ipse cum suo. Duo sunt opera mie que nos liberãt: que breuiter ipse dñs posuit in euangelio. Dimittite et dimittetur vobis: date et dabitur vobis. Dimittite et dimittetur vobis: ad ignoscendum pertinet. Date et dabitur vobis: ad prestãdum beneficium pertinet. Lectõ.ix.

Quod ait de ignoscendo: et tu vis tibi ignosci qð peccas: et habes alium cui tu

possis ignoscere. Rursus qd pertinet ad tribuendũ bñficiũ petit te mendicus et tu es dei mẽdic⁹. Oẽs eni qñ oram⁹: mẽdici dei sumus. Ante ianuam patrisfamilias stamus: immo etiam prosternimur supplices ingemiscimus aliquid volentes accipere. Et ipsũ aliquid ipse deus est. Quid a te accipit mendicus? Panem. Et tu quid petis ab eo nisi christum qui dicit. Ego sum panis vivus: qui de celo descendi. Añ. Dixit aũt dñs servo: redde qđ debes? procidens autẽ servus ille rogabat eum dicens: patientiam habe in me: & omnia reddã tibi. ps Bñ⁹. Ad vs. A. Serve neq̃: omne debitũ dimisi tibi qm̃ rogasti me: nõne ergo oportuit te misereri conservi tui: sicut & ego tui misertus sum allelu ia. ps. Magñ.

Dominica. xxiij. Oratio.

Deus refugium nostrum et virtus, adesto piis ecclesie tue p̃cib⁹ auctor ip̃e pietatis & presta: ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per. Scd̃m Matth.

Ca. 22 In illo tempore. Abeuntes pharisei consiliũ inierunt: ut caperent Jesum in sermone. Et reliqua.

Homel. bti hiero. pbri. Le. vij

Querentes dñm comprehendere principes sacerdotum et scribe: timuerunt populũ. Atq̃ ideo quod per se non poterant: presidis manibus efficere tentabant: ut ipsi a morte ei⁹ viderẽtur immunes: et mittunt ei discipulos suos cũ herodianis. Tu. Lectio octava.

Miserũt ergo discipulos suos quasi adhuc min⁹ cognitos et minus suspectos ut aut abscondite facileq̃ deciperent eum: aut deprehensi minus erubescerent apud eũ. Nam consilio malo deprehenso tanto minus nascitur cõfusio: q̃to fuerit persona deterior Sed discipuli magistris suis minores etate erant: malicia autem pares. Lectio ix.

Magister scimus q2 verax es: & viam dei in veritate doces: & non est tibi cura de aliquo. Nõ enim respicis personam hominũ. Dic ergo nobis. Quid tibi videtur: licet censum dari cesari an nõ? Magistrum eum vocant & veracẽ: ut quasi honoratus & laudat⁹ mysterium sui cordis eis simpliciter aperiret: tanq̃ eos volens habere discipulos. Aña. Magister scimus quia verax es: & viam dei in veritate doces alla. ps Bñ⁹. Ad vespe. añ. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo alleluia. ps. Magnificat anima.

Dominica. xxiiij. Oratio.

Absolve quesumus dñe tuorum delicta populorum: et a peccatorum nexibus que pro nostra fragilitate contraximus: tua benignitate liberemur. Per. Scd̃m mattheũ

In illo tempore. Loquẽte Jesu ad turbas: ecce princeps unus accessit & adoravit eum dicens. Domine fi- Ca. 9.

lia mea modo defuncta est: sed veni impone manum tuam super eam et vivet. Et reliqua.
Homel. ve. bede pbri. L. vij.
Princeps synagoge nullus melius quam ipse moyses intelligitur. Unde bene iairus: id est illuminans sive illuminatus dicitur: quia qui accipit verba vite dare aliis: et per hec ceteros illuminat: et ipse a spiritu scō quo vitalia monita scribere vel docere possit illuminatur. Tu. Lectio viij.
Qui iuxta evangeliū lūce videns iesum pcidit ad pedes eius: quia in spiritu venturum in carne dñm videcat: humili corde se eius potētie subdidit: quem ita circa finem seculi hominē incarnandum esse cognovit: ut eternū ante omne seculū deū existere non dubitaret. Si caput christi deus: pedes eius quid aptius quam assumpta humanitas: qua terram nostre mortalitatis tetigit, accipiendi sunt. Et procidere archisynagogū ad pedes iesu est legislatorem cū tota progenie mediatorem dei et hominum longe sibi dignitatis gloria preferendum esse cognoscere: et confiteri cū apostolo quod infirmū est dei: fortius est hominibus. Tu. Lectio. ix.
Filia ergo archisynagogi ipsa est synagoga: q sola legali institutione cōposita: quasi unica moysi nata erat: et hec velut duodecim etatis anno: hoc est tempore pubertatis appropinquante moriebatur, quia nobiliter a prophetis educata postquam ad intelligibiles annos pervenerat: postquam spiritualem deo sobolē generare deberet: subito languore erroris consternata: spiritualis vite vias ingredi desperabiliter omisit. Et si non a christo ei succurreretur: in horrendam mortem per omnia corruisset. ān. Loquente Jesu ad turbas, ecce princeps unus accessit et adoravit eum dicēs, dñe filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam et vivet alla. ps. Bñds. Ad vs ān. Confide filia, fides tua te salvā fecit, et salva facta est mulier ex illa hora alleluia. ps. Magnificat.
¶ Dominica. xxv. Oratio.
Excita qs domine tuorū fidelium voluntates ut divini operis fructum propensius exequentes: pietatis tue remedia maiora percipiant. p.
¶ Nota quod proxima do. ante adven. Quecunque tps breve fuerit: semper dr or. Excita qs cum expo. evange. Cum sublevasset. Si de dñica fiat servit. Si vero de aliquo fest. ix. lec. fiat servi. tunc ad memo. de dñica dicantur he añe Cum sublevasset. et ān. Illi homines. cum hac oratione Excita quesumus domine tuorum fidelium.
¶ Secundum Joannem.
In illo tempore. Cū sublevasset oculos Jesus et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad philippum. Unde ememus

Ca. 6.

panes: vt manducent hi? Et reliqua. Sermo ex commentario beati hieronymi. Lectio vii.

Dominus in mōte: verbum in alto. Proinde nō quasi humiliter iacet: quod in monte factum est: nō transeunter pretereundum est: sed suscipiendū. Turbas vidit: esuriētes agnouit, misericorditer pauit: nō solum pro veritate: veruntamē pro potestate. Quid enim sola prodesset bonitas vbi nō erat panis vnde turba esuriēs pasceretur? Tu. Lectio octaua.

Nisi bonitati adesset potestas ieiuna illa turba et esuriens remaneret. Denique et discipuli qui erant cum domino in fame et ipsi turbas volebant pascere vt non remanerent inanes. Sed vnde pascerent non habebāt. Interrogauit dominus vnde emerentur panes ad turbas pascendas: et ait scriptura. Hoc autem dicebat tentans eum discipulū: scilicet philippum quē interrogauerat. Tu. Lectio nona.

Ipse enim sciebat: quid esset facturus. Cur ergo de bono tentabat: nisi quia ignorantiam discipuli demonstrabat? Et forte in demōstratione ignorantie discipuli, aliquid significauit. Apparebit ergo cum ipsum sacramentum de quinque panibus ceperit vobis loqui: et quid significet indicare. Tu autem. Ān. Cū sublenasset oculos iesus et vidisset maximam multitudinē venientem ad se: dixit ad philippum: vnde ememus panes: vt manducent hi? hoc autem dicebat tentans eum: ipse eīm sciebat quid esset facturus. Ps. Benedictus. Ad vesperas ān. Illi homines cum signū vidissent quod factum fuerat, glorificabāt deum et dicebāt: quia hic est saluator mundi. Ps. Magnificat anima mea.

¶ Pars Estiualis de tēpore breuiarij: ad vsum insignis ecclesie Sarum finit feliciter.

¶ Psalterium dauidicũ ad vsum ecclesie Saresburieñ.

¶ In dominicis diebus a. Domine ne in ira. vsqȝ ad xl Ad matutinas. Hymnus.



Rimo dierũ omniũ, quo mundus extat condit⁹: vel quo resurgens cõditor, nos morte victa liberet.

Pulsis procul torporibus, surgam⁹ omnes ocius: ⁊ nocte queramus pium, sicut ꝓphetam nouimus.

Nostras preces vt audiat, suamqȝ dextram porrigat: vt expiatos sordibus, reddat polorum sedibus.

Ut quiqȝ sacratissimo, hui⁹ diei tempore: horis quietis psallimus, donis beatis muneret.

Iam nũc paterna claritas, te postulamus affatim: absit libido sordidans, omnisqȝ actus noxius.

Ne feda sit vel lubrica, compago nostri corporis: perquã auerni ignibus, ipsi crememur acrius.

Ob hoc redẽptor quesum⁹, vt probra nostra diluas: vite perennis commoda nobis benigne conferas.

Quo carnis actu exules, effecti ipsi celibes: vt prestolamur cernui, melos canamus glorie.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine. Et dr in omni hymno eiusdem metri vsqȝ ad puri. preterq̃ in hy⁹. Deus creator. Post purifi ca. vero dr Usus. Presta pater. ¶ A Deus omnium. vsqȝ ad aduentũ tam in do. q̃ in fer. diebus: qñ de do. vel fer. agitur: dr ad matu. sequens. hy⁹

Octe surgentes vigilemus omnes: semper in psalmis meditemur, atqȝ viribus totis domino canam⁹ dulciter hymnos.

Ut pio regi pariter canentes, cum suis sanctis mereamur aulã ingredi celi: simul ⁊ beatam, ducere vitam.

Prestet hoc nobis deitas beata, patris ac nati pariterqȝ sancti spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo. Amen. Psalmus primus.



Eatus vir qui non abiit in consilio impiorum, ⁊ in via peccatorum nõ stetit: ⁊ in cathedra pestilentie non sedit.

Sed in lege domini voluntas eius, ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanq̃ lignum quod plãtatum est secus decursus aquarum: quod fructum suũ dabit in tempore suo.

Et folium eius non defluet: ⁊ omnia quecunqȝ faciet prosperabuntur.

Non sic impij non sic: sed

tanq̃ puluis quem proijcit ventus a facie terre.

Ideo non resurgunt impij in iudicio: neq3 peccatores in consilio iustorum.

Quoniam nouit dominus viam iustorum: ⁊ iter impiorum peribit. Psalmus .ij.

Quare fremuerunt gentes: ⁊ populi meditati sunt inania.

Astiterũt reges terre ⁊ principes cõuenerunt in vnum: aduersus dominũ ⁊ aduersus christum eius.

Dirumpamus vincula eorum: ⁊ proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in celis irridebit eos: ⁊ dominus subsannabit eos.

Tũc loquetur ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super sion montem sanctum eius: predicans preceptum eius.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.

Postula a me et dabo tibi gentes hereditatẽ tuã: ⁊ possessionẽ tuã terminos terre.

Reges eos in virga ferrea: et tanq̃ vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite domino in timore: ⁊ exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus: et pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo. Psalmus .iij.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius

Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea ⁊ exaltans caput meum.

Uoce mea ad dominum clamaui: ⁊ exaudiuit me de mõte sancto suo.

Ego dormiui, ⁊ soporatus sum ⁊ exurrexi: quia dominus suscepit me.

Non timebo milia populi circundantis me: exurge domine saluũ me fac deus meus

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes michi sine causa: dentes peccatorum cõtriuisti.

Domini est salus: ⁊ super populum tuũ benedictio tua

Non dicitur ad noctur. iste psalmus .iiij.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatiõe dilatasti mihi.

Miserere mei: ⁊ exaudi orationem meam.

Filij hominũ vsq3quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suũ: dominus exaudiet me cũ cla

manero ad eum.
Irascimini & nolite peccare: que dicitis in cordib9 vestris, & in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona?
Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo.
A fructu frumenti vini & olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiã & requiescam.
Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me.
No dicitur ad noctur. iste ps

Psalmus.v.

Verba mea aurib9 percipe domine: intellige clamorem meum.
Intẽde voci orationis mee: rex meus & deus meus.
Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi & videbo: quoniã non deus volens iniquitatem tu es.
Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus: ego autẽ in multitudine misericordie tue.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctũ tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patẽs est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinẽ impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et letẽtur in te omnes qui sperant in te: in eternum exultabunt & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

Psalmus.vj.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me
Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?
Conuertere domine & eripe animam meam: saluum me fac, propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis cõfitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meũ: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore ocu lus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quo niam exaudiuit dominus vo cem fletus mei.

Exaudiuit dominus depre cationem meam: dominus o rationem meam suscepit.

Erubescant & conturbẽtur vehementer omnes inimici mei: conuertantur. & erube scant valde velociter.

Gloria patri & filio: & spiri tui sancto.

¶ In omnib⁹ dominicis die bus per aduen. vsq; ad nati. dñi. In primo nocturno. ãn.

Non auferetur sceptrum de iuda & dux de femore ei⁹ do nec veniat qui mittẽdus est.

In omnibus do. ab octa. epi. vsq; ad passionem dñi quan do de do. agitur. In. j. noc. ãn

Seruite domino in timore.

In omnibus do. a do. trinita tis vsq; ad aduen. dñi quan do de do. agitur. In. j. noc. ã.

Pro fidei meritis vocitatur iure beatus, legem qui domi ni meditatur nocte dieque.

Psalmus. vij.

Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequenti bus me. & libera me.

Nequãdo rapiat vt leo ani mam meam: dum non est qui redimat, neq; qui saluum fa ciat.

Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in mani bus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus ani mam meam. & comprehendat & conculcet in terra vitã me am: & gloriam meam in pul uerem deducat.

Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimico rum meorum.

Et exurge domine de⁹ me⁹ in precepto: quod mandasti, & synagoga populorum circũ dabit te.

Et propter hãc in altum re gredere dominus iudicat po pulos.

Iudica me domine secundũ iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me

Consumetur nequitia pec catorum & diriges iustũ: scru tans corda & renes deus.

Iustum adiutorium meum a domino: qui saluos facit re ctos corde.

Deus iudex iustus fortis & patiens: nũquid irascitur per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis gla dium suum vibrauit: arcum suum tetendit & parauit illũ.

Et in eo parauit vasa mor tis: sagittas suas ardẽtibus effecit.

Ecce parturit iniustitiã con cepit dolorem: & peperit ini

quitatem.
Lacum aperuit & effodit eũ: & incidit in foueã quam fecit
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descẽdet.
Confitebor domino secundum iustitiam eius: & psallã nomini domini altissimi.

Psalmus. viij.

Domine dominus noster: ꝙ admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra.
Quoniã eleuata est magnificentia tua: super celos.
Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.
Quoniã videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunã & stellas que tu fundasti.
Quid est homo ꝙ memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum, super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius oues & boues vniuersas: insuper & pecora cãpi
Volucres celi & pisces maris: qui perambulant semitas maris.
Domine dominus noster: ꝙ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Ps. ix.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor et exultabo in te: psallã nomini tuo altissime.
In conuertendo inimicum meũ retrorsum: infirmabuntur & peribunt a facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedes super thronum, qui iudicas iustitiam.
Increpasti gentes, et periit impius: nomen eorum delesti in eternum, & in seculum seculi.
Inimici defecerunt framee in finem: et ciuitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cum sonitu: & dominus in eternũ permanet.
Parauit in iudicio thronum suum: & ipse iudicabit orbem terre in equitate, iudicabit populos in iustitia.
Et factus est dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione
Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti querẽtes te domine.
Psallite domino qui habitat in sion: annunciate inter gentes studia eius.
Quoniam requirẽs sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorẽ pauperum.
Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie sion.

Exultabo in salutari tuo: infixe sunt gentes in interitu, quem fecerunt.
In laqueo isto quē absconderunt: comprehēsus est pes eorum.
Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehēsus est peccator.
Cōuertantur peccatores in infernum: omnes gētes que obliuiscuntur deum.
Quoniam nō in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum nō peribit in finē
Exurge domine, non cōfortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.
Constitue domine legislatorem super eos: vt sciāt gentes, quoniam homines sunt.
Ut quid domine recessisti lōge: despicis in opportunitatibus in tribulatione?
Dum superbit impius, incēditur pauper: comprehenduntur in consilijs quib⁹ cogitāt
Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue: & iniquus benedicitur.
Exacerbauit dominum peccator: secundum multitudinē ire sue non queret.
Non est deus in conspectu eius: inquinate sunt vie illi⁹ in omni tempore.
Auferūtur iudicia tua a facie ei⁹: omnium inimicorum suorum dominabitur.
Dixit enim ī corde suo: non mouebor a generatione in generationem sine malo.
Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo: sub lingua eius labor et dolor.
Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperē respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dū attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se, et cadet, cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim ī corde suo, oblitus est deus: auertit faciem suam ne videat in finem.
Exurge domine deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.
Propter quid irritauit impi⁹ deum? dixit enim in corde suo, Non requiret.
Uides quoniam tu laborē & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
Contere brachium peccatoris & maligni: queretur peccatū illius, & non inuenietur
Dominus regnabit in eternum & in seculum seculi: peribitis gentes de terra illius
Desiderium pauperū exaudiuit dn̄s: preparationē cordis eorum audiuit auris tua
Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare se homo sup terrā.

IN domino confido: quomodo dicitis anie mee, transmigra in montem sicut passer?
Quoniã ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.
Quoniam que perfecisti destruxerunt: iustus autē quid fecit?
Dominus in templo sancto suo: domin⁹ in celo sedes ei⁹.
Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominum.
Dominus interrogat iustū & impium: qui autem diligit iniquitatē odit animam suā.
Pluet super peccatores laqueos: ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.
Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius.
Gloria patri & filio: & spiri.
Sicut erat. Per aduentum. an. Erit ipse expectatio gentium: lauabitq3 vino stolam suam: & sanguine vue palliū suum. Ab octa. epipha. vsq3 ad passionem do. an. Domine de⁹ meus in te speraui. Per estatem an. Iuste deus iudex fortis patiensq3 benignus, in te sperantes muni miserando fideles. Psalmus. xj.
SAluum me fac domine quoniã defecit sanct⁹: quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum.
Vana locuti sunt vnusquisq3 ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt.
Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: & linguã magniloquam.
Qui dixerunt, linguam nostram magnificabim⁹: labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est?
Propter miseriam inopum & gemitum pauperum: nunc exurgam dicit dominus.
Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum: probatum terre purgatum septuplum.
Tu domine seruabis nos & custodies nos: a generatione hac in eternum.
In circuitu impij ambulāt: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominū.
Psalmus. xij.
VSq3quo domine obliuisceris me in finē? vsq3quo auertis faciē tuãa me?
Quandiu ponam cōsilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?
Vsq3quo exaltabitur inimicus meus super me? respice & exaudi me dn̄e deus meus.
Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiã in morte: nequando dicat inimicus me⁹, preualui aduersus eum.
Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui.

Exultabit coꝛ meum in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi. & psallam nomini dñi altissimi. Ps. xiij.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus.

Corrupti sunt et abominabiles facti sũt i studijs suis: non est qui faciat bonum, nõ est vsq₃ ad vnum.

Dominus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.

Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq₃ ad vnum.

Sepulchꝛum patẽs est guttur eoꝛum, linguis suis dolose agebant: venenum aspidũ sub labiis eoꝛum.

Quoꝛum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eoꝛum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eoꝛum, & viam pacis nõ cognouerunt: nõ est timoꝛ dei ante oculos eoꝛum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuoꝛant plebem meam sicut escam panis?

Deum nõ inuocauerunt: illic trepidauerunt timoꝛe vbi non erat timoꝛ.

Quoniam dominus in generatione iusta est: consiliũ inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.

Quis dabit ex sion salutare israel: cum auerterit dominꝰ captiuitatem plebis sue, exultabit iacob et letabitur israel? Psalmus. xiiij.

Domine quis habitabit i tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in coꝛde suo: qui nõ egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: & oppꝛobꝛium non accepit aduersus pꝛoximos suos.

Ad nichilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominũ glorificat.

Qui iurat pꝛoximo suo, et non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: et munera super innocentẽ non accepit.

Qui facit hec: non mouebitur in eternum.

Gloꝛia patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in pꝛincipio. &c. Per aduentum a. Pulchꝛiores sunt oculi eius vino: et dentes eius lacte cãdidioꝛes ℣. Ex sion species decoꝛis eiꝰ ℟. Deꝰ noster manifeste veniet. Per octauas epiphanie vsq₃ ad passionem domini ãn Respice & exaudi me domine deus meus. ℣. Memoꝛ fui nocte nominis tui domine. ℟. m Et custodiui legem tuã. Per estatem an. Surge & in eternum serua munimine sacro: custodiq₃ tuos astripotens fa

mulos. Re. Memor fui nocte nominis tui domine. ps. xv.

Conserua me dne quoniam speraui in te: dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes volūtates meas in eis.

Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis mee & calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt michi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi.

Benedicam dominū qui tribuit mihi intellectum: insuper et vsq ad noctem increpuerunt me renes mei.

Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est michi ne commouear.

Propter hoc letatum est cor meū & exultauit lingua mea: isuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meā in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq in finem.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio. &c.

¶ Dominicis diebus per aduentum vsq ad natiuitatem domini. In secundo noct. ān. Bethleem non es minima in principibus iuda: ex te enī exiet dux qui regat populum meum israel, ipse enim saluū faciet populum suum a peccatis eorum. ¶ Diebus dominicis ab octaua epiphanie vsq ad passionem domini. In secundo nocturno ān. Bonorum meorum non indiges: in te speraui conserua me dñe. ¶ Dominicis diebus ab octaua trinitatis vsq ad aduentum domini. In secūdo no. ā. Nature genitor cōserua morte redēptos: facq tuo dignos seruitio famulos. ps. xvi.

Exaudi domine iustitiā meam: intēde deprecationem meam.

Auribus percipe orationē meam: non in labijs dolosis.

De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant equitates.

Probasti cor meum & visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.

Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurẽ tuã mihi & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextere tue custodi me: vt pupillam oculi
Sub vmbra alarum tuarũ protege me: a facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meã circundederũt, adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.
Proiicientes me nunc circũdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
Susceperunt me sicut leo paratus ad predam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge domine preueni eũ & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameã tuam ab inimicis manꝰ tue.
Domine a paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.
Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.
Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor cum apparuerit gl'ia tua.
Gloria patri & filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc & semper: & in secula seculorum. Amen. Per aduentũ ana. Ecce virgo concipiet, et pariet filium: & vocabitur nomen eius emmanuel. ¶ Post octauam epiphanie vsque ad passionem domini. an. Inclina domine aurem tuam mihi: & exaudi verba mea. Per estatem ã. Pectora nostra tibi tu cõditor orbis adure: igne pio purgans atq; cremando probans. Psalmus. xvij.

Diligam te domine fortitudo mea: dominꝰ firmamẽtum meum & refugium meum, & liberator meus.
Deus meus adiutor meus: & sperabo in eum.
Protector meus et cornu salutis mee: & susceptor meus.
Laudans inuocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero.
Circũdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederunt me: preoccupauerunt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui dominum: et ad deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meã: et clamor meus in conspectu eiꝰ introiuit in aures eius.
Commota est & contremuit terra: & fundamenta montiũ conturbata sunt, & commota sunt quoniam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit celos & descendit: et caligo sub pedibus eiꝰ

Et ascendit super cherubin & volauit: volauit super pennas ventorum.
Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius: tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Pre fulgore in cõspectu ei⁹ nubes transierunt: grando & carbones ignis.
Et intonuit de celo dominus, & altissimus dedit vocẽ suam: grando, et carbones ignis.
Et misit sagittas suas & dissipauit eos: fulgura multiplicauit & conturbauit eos.
Et apparuerũt fontes aquarum: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue.
Misit de summo & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
Preuenerunt me in die afflictionis mee: & factus est dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinẽ: saluum me fecit quoniam voluit me.
Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuũ mearum retribuet mihi.
Quia custodiui vias domini: nec impie gessi a deo meo.
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli a me.
Et ero immaculatus cũ eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris.
Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.
Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis.
Quoniã tu illuminas lucernam meam domine: deus meus, illumina tenebras meas.
Quoniam in te eripiar a tẽtatione: & in deo meo transgrediar murum.
Deus meus impolluta via ei⁹: eloquia domini igne examinata: protector est omniũ sperantium in se.
Quoniam quis deus preter dominum? aut quis deus preter deum nostrum?
Deus qui precinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tã quam ceruorum: & super excelsa statuens me.
Qui docet manus meas ad prelium: & posuisti vt arcum ereum brachia mea.
Et dedisti mihi protectionẽ

salutis tue: et dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finem: et disciplina tua ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea.
Persequar inimicos meos, et comprehendam illos: et non convertar donec deficiant.
Confringam illos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.
Et precinxisti me virtute ad bellum: et supplantasti insurgentes in me subtus me.
Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: et odientes me disperdidisti.
Clamaverunt nec erat qui salvos faceret: ad dominum, nec exaudivit eos.
Et comminuam eos ut pulverem ante faciem venti: ut lutum platearum delebo eos
Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.
Populus quem non cognovi, servivit mihi: in auditu auris obedivit mihi.
Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inveterati sunt et claudicaverunt a semitis suis.
Vivit domin9, et benedictus deus meus: et exaltetur deus salutis mee.
Deus qui das vindictas mihi, et subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.
Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
Propterea cõfitebor tibi in nationibus domine: et nomini tuo psalmum dicam.
Magnificans salutes regis eius, et faciẽs misericordiam Christo suo david: et semini eius usq; in seculum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen.
Per adven. ã. Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis: et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes serviẽt ei. ℣. Egredietur virga de radice iesse. ℟. Et flos de radice eius ascendet. Post octa. epipha. usq; ad passionem domini ã. Dominus firmamentum meum et refugiũ meum. ℣. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. ℟. Super iudicia iustificatiõis tue. Per estatem ãn. Tu populum humilẽ salvasti a morte redemptor: atque superba tuo colla premis iaculo. ℣. Media nocte. Psalm9. xviij.
Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentũ.
Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam
Non sunt loquele neq; sermones: quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis

terre verba eorum.
In sole posuit tabernaculũ suum: & ipse tanq̃ sponsus p̄cedens de thalamo suo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam: a summo celo egressio eius.
Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata cõuertens animas: testimoniũ domini fidele, sapiẽtiam prestans paruulis.
Iustitie domini recte, letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini sanctus permanet in seculum seculi: iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multũ: & dulciora super mel & fauũ.
Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: et emũdabor a delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei, in conspectu tuo semper.
Domine adiutor meus: & redemptor meus.
Gloria patri et filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc & semper: & in secula seculorum. Amen.
¶ Dominicis diebus per aduen. vsq₃ ad natiuitatẽ dñi. In .iij. noc. ān. Nox precessit dies autem appropinquauit abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis. ¶ Dominicis diebus ab octa. epi. vsque ad passio. do. qñ de do. agitur. In .iij. noct. ān. Preceptum domini lucidum illuminans oculos.
¶ Dominicis dieb⁹ per estatem qñ de do. agitur vsq₃ ad aduentum. In .iij. noct. aña. Sponsus vt e thalamo processit christus in orbem: descẽdens celo iure salutifero.

Psalmus .xix.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: & de sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuũ confirmet.
Letabimur in salutari tuo: & in nomine dei nostri magnificabimur.
Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus christum suum.
Exaudiat illum de celo sancto suo: in potentatibus sal⁹ dextere eius.
Hi in curribus & hi in equis: nos autem in nomine domini

dei nostri innocabimus.

Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine saluum fac regem: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat. &c. Per aduen. an. Hora est iam nos de somno surgere: & aperti sunt oculi nostri surgere ad christum: qz lux vera est fulgens in celis. Ab octaua epipha. vsqz ad passionem domini. a. Impleat domin⁹ omnes petitiones tuas. Per estatem a. Auxilium nobis saluator mitte salutis & tribuas vitam tempore perpetuo. Psalmus. xx.

Domine in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorū eius non fraudasti eum.

Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso.

Vitam petiit a te & tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, et deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerūt consilia que non potuerunt stabilire.

Quoniā pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.

Exaltare domine in virtute tua: cātabimus & psallemus virtutes tuas.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc & semper: & in secula seculorum. Amen. Per aduen. an. Gaudete in domino semper, modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus prope est, nichil solliciti sitis, sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deum. ℣. Egredietur dominus de loco sancto suo. ℟. Veniet vt saluet populū suū. non dicatur vlteri⁹. Ab octa. epi. vsqz ad passionem dn̄i. an. Domine in virtute tua letabitur rex. Ps. Exaltare domine in virtute tua. Respon.

Cantabimus & psallemus virtutes tuas. Per estatem. aña. Rex sine fine manens miseris tu parce ruinis: premia concedens & tua cuncta regēs. Vsus. Exaltare. vt supra.

¶ Canticum Ambrosij & Augustini.



Te deum laudamus: te dominū confitemur.
Te eternum patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli, tibi celi & vniuerse potestates.
Tibi cherubin et seraphin: incessabili voce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi, & terra: maiestatis glorie tue.
Te gloriosus: apostolorum chorus.
Te prophetarum: laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus: laudat exercitus.
Te per orbem terrarū: sancta confitetur ecclesia.
Patrem: immēse maiestatis
Venerandum tuum verum, & vnicum filium.
Sanctum quoque paraclitum spiritum.
Tu rex glorie christe.
Tu patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandū suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes, in gloria patris.
Iudex crederis esse venturus
Te ergo quesumus famulis tuis subueni, quos precioso sanguine redemisti.
Eterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.
Saluum fac populum tuum domine: & benedic hereditati tue.
Et rege eos, & extolle illos vsq; in eternum.
Per singulos dies, benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in seculum: & in seculum seculi.
Dignare domine die isto sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.
In te domine speraui: non confundar in eternum.
Vsus. Excelsus super omnes gentes dominus. ℟. Et super celos gloria eius. Deus in adiutorium. ¶ In laudibus. aña. Regnauit dominus precinctus fortitudine cū decore virtutum: cuius sedes est in eternum. ps. Dominus regnauit aña. Sciamus omnes quia dñs ipse est deus: cui iubilemus, et exaltemus & laudemus nomē eius in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra. a. Benedicā te dñe in vita mea: vt videam virtutē tuam & gloriā tuam.

ps. Deus deus meus. Aña. Omnis creatura celi & terre benedicat dominum: hymnū dicat, & superexaltet eū in secula. ps. Benedicite. aña. Spiritꝰ omnis laudet dñm: quia ipse dixit & facta sunt omnia, mandauit & creata sunt vniuersa. ps. Laudate dominum de celis. Iste predicte añe semper in laud. dicantur dñicis diebus qñ inchoatur aliqua noua historia cum pleno seruitio: & quando vltimo fit seruitium de dñica ante. lxx. vel ante aduentum. Mediis vero dominicis dicitur hec sola ã. Regnauit. Psalmus. xcii.



Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, et precinxit se.

Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur.

Parata sedes tua deus ex tunc: a seculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarū multarum.

Mirabiles elatiões maris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuā decet sanctitudo domine, in longitudinem dierum.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat. Psalmus. xcix.

Iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia.

Introite in cōspectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos & non ipsi nos.

Populus eius & oues pascue eius, introite portas eiꝰ in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus in eternum misericordia eius: & vsqꝫ in generatione & generatione n veritas eius.

Gloria patri. Psalmꝰ. lxii.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: ꝙ multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuā & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: et labijs, exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarū tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: me suscepit dex=

tera tua.
Ipsi vero in vanum quesierunt animã meam: introibũt in inferiora terre: tradẽtur in manus gladij, partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo, laudabuntur oẽs qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. Ps. lxvi.
DEus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultũ suum super nos, & misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.
Cõfiteantur tibi populi de⁹: confiteantur tibi populi oẽs.
Letentur & exultent gẽtes: quoniam iudicas populos in equitate: & gentes, in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.
Benedicat nos deus de⁹ noster: benedicat nos deus, et metuant eum oẽs fines terre
Gloria patri et filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc & semper: & in secula seculorum. Amen.
Canticum trium puerorũ.
Dan. 3
BEnedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eum in secula.
Benedicite angeli domini domino: benedicite celi dño.
Benedicite aque omẽs que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.
Benedicite sol & luna domino: benedicite stelle celi dño.
Benedicite imber & ros domino: benedicite omnis spiritus dei domino.
Benedicite ignis & estus domino: benedicite frig⁹ & estas domino.
Benedicite rores & pruina domino: benedicite gelu & frigus domino.
Benedicite glacies & nives domino: benedicite noctes & dies domino.
Benedicite lux & tenebre domino: benedicite fulgura et nubes domino.
Benedicat terra dominum: laudet & superexaltet eum in secula.
Benedicite montes & colles domino: benedicite universa germinantia in terra domĩo.
Benedicite fontes domino: benedicite maria & flumina domino.
Benedicite cete & oĩa que moventur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.
Benedicite omnes bestie et pecora domino: benedicite filii hominum domino.
Benedicat israel dominum: laudet & superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite servi domini domino.
Benedicite spiritus & ani-

me iustorum domino: benedicite sancti & humiles corde domino.

Benedicite anania, azaria, misael domino: laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus & superexaltemus eũ in secula.

Benedictus es domine in firmamento celi: & laudabilis, & gloriosus & superexaltatus in secula. Psalmus. cxlviij.

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eũ sol & luna: laudate eum omnes stelle & lumen.

Laudate eum celi celorum: & aque que super celos sunt, laudent nomen domini.

Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

Statuit ea in eternum & in seculum seculi: preceptum posuit & non preteribit.

Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.

Bestie & uniuersa pecora: serpentes & volucres pennate.

Reges terre & omnes populi: principes & omnes iudices terre.

Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super celum & terrã: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi. ps. cxlix.

Cantate domino canticũ nouum: laus ei⁹ in ecclesia sanctorum.

Letetur israel in eo qui fecit eum: & filie sion exultent in rege suo.

Laudent nomẽ eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciẽdam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorũ in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius. ps. cl.

Laudate dñm in sanctis ei⁹: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutib⁹ eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudi-

nis eius.

Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dominum.

Gloria patri. Capitulum.

Apoc. 7

Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio: honor et virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen. Deo gratias.

Hoc capitulum dicitur in omnibus dominicis ad laud. a Dne ne in ira. usque ad lxx. et a Deus omnium. usque ad aduentum quandocunque agitur de dominica.

¶ In omnibus dominicis a Domine ne in ira, quando de do. agit usque ad .xl. dr ad lau. hic sequens hymnus. Hymnus.

Eterne rerum conditor, noctem diemque qui regis: et temporum das tempora, ut alleues fastidium.

Preco diei iam sonet, noctis profunde peruigil: nocturna lux viantibus, a nocte noctem segregans.

Hoc excitatus lucifer, soluit polum caligine: hoc omnis errorum chorus, viam nocendi deserit.

Hoc nauta vires colligit: pontique mitescunt freta: hoc ipsa petra ecclesie canente culpam diluit.

Surgamus ergo strennue, gallus iacentes excitat: et somnolentos increpat, gallus negantes arguit.

Gallo canente spes redit, egris salus refunditur: mucro latronis conditur, lapsis fides reuertitur.

Iesu labentes respice, et nos videndo corrige: si respicis lapsus cadunt, fletuque culpa soluitur.

Tu lux refulge sensibus mentisque somnum discute: te nostra vox primum sonet, et vota soluamus tibi.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine. usque ad purificationem. post puri. vero dr.

Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen.

℣. Dns regnauit. ℟. Decorem induit alta. Iste ℣. cum pred. capo dicatur in laud. omnibus do. usque ad lxx. et a Deus omnium. usque ad aduentum dni: quando de do. agitur. A lxx. usque ad xl. ℣. Dne refugium factus es nobis. ℟. A generatione et progenie. Per estatem i do. et fer. diebus usque ad aduen. dr ad laudes hic sequens hymnus quando de dominica vel de feria agitur. Hymnus.

Ecce iam noctis tenuatur vmbra: lucis aurora rutilans coruscat: nisibus totis rogitemus omnes cunctipotentem.

Ut deus noster miseratus omnem pellat languorem, tribuat salutem, donet et nobis pietate patris, regna polorum

Prestet hoc nobis deitas beata, patris ac nati pariterq; sancti spiritus, cuius reboat in omni, gloria mundo. Amen.

℣. Dominus regnauit. ℟. Decorem induit alleluia.

¶ Canticum Zacharie prophete.

Luc. i.



Benedictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redemptionẽ plebis sue.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui.

Sicut locut⁹ est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutẽ ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiã cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad abraham patrem nostrũ: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.

In sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini, parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionẽ peccatorum eorum.

Per viscera misericordie dei nostri: in quib⁹ visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris et i vmbra mortis sedẽt: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria patri. Psalm⁹. cxxii.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas i celis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manib⁹ dominorum suorũ.

Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrũ donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multũ repleta est anima nostra: opprobrium abundantib⁹ et despectio superbis.

Gloria patri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Et ne nos inducas. Sed li.

Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomẽ tuum.

Domine deus virtutum cõuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine exaudi. Et clamor.

Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Oratio.

Ecclesie tue q̃s dñe preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate et pacem tuam nostris concede tẽporibus. Per dominum nostrum Jesum christum.

¶ Ad primam. Hymnus.

Iam lucis orto sydere, deum precemur supplices: ut in diurnis actib9, nos seruet a nocentibus.
Linguam refrenans tempe ret, ne litis horror insonet: vi sum fouendo contegat, ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima, absistat et vecordia: carnis te rat superbiam, potus cibiq parcitas.
Ut cum dies abscesserit, noctemq sors reduxerit: mundi per abstinentiam, ipsi canamus gloriam.
Deo patri sit gloria, eiusq soli filio: cum spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum.

Psalmus. xxi.


Deus de9 me9 respice i me: quare me dereliquisti? lōge a salute mea verba delictorū meorum.
Deus me9 clamabo per diē et non exaudies: et nocte et nō ad insipientiam mihi.
Tu autem i sancto habitas: laus israel.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos.
Ad te clamauerunt et salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi.
Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium homi num et abiectio plebis.
Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis et mouerunt caput.
Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eum quoniam vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris mee: in te proiectus sum ex vtero.
De ventre matris mee de9 me9 es tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet.
Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea
Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens: in medio vētris mei.
Aruit tanq̄ testa virt9 mea: et lingua mea adhesit faucib9 meis: et in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi: consiliū malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortē
Tu autem domine ne elongaueris auxiliū tuum a me: ad defensionem meā conspice
Erue a framea deus animā meam: et de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum semen iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen israel: quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suā a me: et cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes saturabūtur, et laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculū seculi.
Reminiscentur et conuertētur ad dominum: vniuersi fines terre.
Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse familie gentiū
Quoniam dñi est regnum: et ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt et adorauerunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: et semen meum seruiet ipsi.
Annunciabitur domino generatio ventura: et annunciabunt celi iustitiam eius, populo qui nascetur quem fecit dominus. Psalmus. xxij.

Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum
Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecū es
Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebriās quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo domini: in lōgitudinem dierū
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Ps. xxiij.

Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum.
Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a

deo salutari suo.
Hec est generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes vestras et elevamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? dominus fortis et potēs, dominus potens in prelio.
Attollite portas principes vestras et elevamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie? dominus virtutum ipse est rex glorie. Psalmus. xxiiii.
Ad te domine levavi animam meam: deus meus in te confido non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei: etenim universi qui sustinent te non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: supervacue.
Vias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus salvator meus et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum dñe: et misericordiarum tuarū que a seculo sunt.
Delicta iuventutis mee: et ignorantias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memēto mei tu: propter bonitatem tuam domine.
Dulcis et rectus dominus: propter hoc legē dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Universe vie domini misericordia et veritas: requirentibus testamentum eius, et testimonia eius.
Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet dominū: legem statuit ei in via quam elegit?
Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timentibus eum: et testamentū ipsius ut manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.
Respice in me, et miserere mei: quia unicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam et laborem meū: et dimitte universa delicta mea.
Respice inimicos meos quoniā multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam et erue me: non erubescam quoniam speravi in te.
Innocentes et recti adheserunt mihi: quia sustinui te.
Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc et semper. Psalmus. xxv.

Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor.
Proba me domine et tenta me: ure renes meos et cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua.
Non sedi cum consilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus non introibo.
Odivi ecclesiam malignantium: et cum impiis non sedebo.
Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum domine.
Ut audiam vocem laudis tue: et enarrem universa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue.
Ne perdas cum impiis deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine. Psalmus liii.

Deus in nomine tuo salvum me fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt deum ante conspectum suum.
Ecce enim deus adiuvat me: et dominus susceptor est anime mee.
Averte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo domine: quoniam bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria pa. ps. cxvii.

Confitemini dño quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione invocavi dominum: et exaudivit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: et ego despiciã inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: quam confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: quam sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: et in nomine domini quia

vltus sum in eos.

Circundantes circundederunt me: & in nomine domini quia vltus sum in eos.

Circundederunt me sicut apes, & exarserūt sicut ignis in spinis: & in nomine domini quia vltus sum in eos.

Impulsus euersus sum, vt caderem: & dn̄s suscepit me.

Fortitudo mea & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorum.

Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

Non moriar sed viuā: & narrabo opera domini.

Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitie, & ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini, iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniā exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic fact9 est in caput anguli.

A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nr̄is

Hec est dies quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea.

O domine saluum me fac, o domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini.

Benediximus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.

Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris.

Deus meus es tu & confitebor tibi: deus meus es tu & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

¶ A lxx. vsq; ad pascha die dominica pro isto p̄s Cōfitemini. dicitur p̄s. Dominus regnauit decorem. Psalmus. cxviij

Beati immaculati ī via: qui ambulant in lege domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt.

Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.

Utinā dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue.

Iustificationes tuas custodiam: nō me derelinquas vsquequaq;.

In quo corrigit adolescen-

tior viam suam: in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis.
In mādatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos. Psalmus.
Retribue seruo tuo viuifica me: & custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua
Incola ego sum in terra: nō abscondas a me mandata tua
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium et cōtemptum: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes & aduersum me loquebātur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea est: & cōsilium meū iustificationes tue.
Adhesit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
Vias meas enunciaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miserere mei
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mādatorum tuorum cucurri: cū dilatasti cor meū.
Gloria patri & filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc & semper: & in secula seculorum. Amen.
In diebus dñicis a Domine ne in ira. vsq3 ad lxx. & a Deus omnium. vsq3 ad aduen. do. quando de do. agitur ān Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocauit. In feriis a Domine ne in ira. vsq3 ad lxx. & a Deus omnium. vsq3 ad aduē. quando de do. agitur ān. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei In fe. per aduentum ān. Veni & libera nos deus noster.

¶ Symbolum Athanasij.

Quicunq3 vult saluus esse: ante omnia opus est vt teneat catholicam fidē.
Quam nisi quisq3 integrā,

inuiolatamq; seruauerit: absq; dubio in eternum peribit.
Fides autem catholica hec est, vt vnum deum in trinitate: & trinitatem in vnitate veneremur.
Neq; confundentes personas: neq; substantiam separantes.
Alia est enim persona patris, alia filij: alia spiritussancti
Sed patris & filii & spiritussancti vna est diuinitas: equalis gloria, coeterna maiestas
Qualis pater, talis filius: talis spiritussanctus.
Increatus pater, increatus filius: increatus spiritussanctus.
Immensus pater, immensus filius: immensus spiritussanctus.
Eternus pater, eternus filius: eternus spiritussanctus
Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus.
Sicut non tres increati nec tres immēsi: sed vnus increatus & vnus immensus.
Similiter omnipotens pater, omnipotens filius: omnipotens spiritussanctus.
Et tamen nō tres omnipotentes: sed vnus omnipotens
Ita deus pater, deus fili⁹: deus spiritussanctus.
Et tamen non tres dij: sed vnus est deus.
Ita dominus pater, dominus filius: dominus spiritussanctus.
Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus.
Quia sicut sigillatim vnāquamq; personam, deum aut dominum confiteri christiana veritate compellimur.
Ita tres deos aut dominos dicere, catholica religione prohibemur.
Pater a nullo est fact⁹: nec creatus, nec genitus.
Filius a patre solo est: non factus nec creatus, sed genitus.
Spiritussanctus a patre et filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.
Unus ergo pater, non tres patres: vnus filius, non tres filij: vn⁹ spiritussanctus, non tres spiritussancti.
Et in hac trinitate nihil prius aut posterius: nihil mai⁹ aut minus.
Sed tote tres persone: coeterne sibi sunt & coequales.
Ita vt per omnia (sicut iam supradictum est) & vnitas in trinitate: & trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad eternam salutem: vt incarnationem quoq; domini nostri iesu christi fideliter credat.
Est ergo fides recta vt credamus & confiteamur: quia dominus noster Jesus christus dei filius deus & homo est.
Deus est ex substantia patris ante secula genit⁹: & homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus deus perfect⁹ homo: ex anima rationali ꝛ humana carne subsistens.
Equalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundum humanitatem.
Qui licet deus sit ꝛ homo: non duo tamen, sed vnus est christus.
Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptiōe humanitatis in deum.
Vnus omnino non confusione substantie: sed vnitate persone.
Nam sicut anima rationalis ꝛ caro vnus est homo: ita deus ꝛ homo vnus est christ⁹
Qui passus est ꝑ salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.
Ascendit ad celos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos.
Ad cuius aduētum omnes homines resurgere habent, cum corporibus suis: ꝛ reddituri sunt de factis propriis rationem.
Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum.
Hec est fides catholica, quā nisi quisqꝫ fideliter firmiterqꝫ crediderit: saluus esse non poterit.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc ꝛ semper: ꝛ in secula seculorum. Amen

In omnibus do. quandocūqꝫ dr ps. Deus deus meus respice, cum reliquis psal. ad primā dicetur super Quicūqꝫ hec ān. Te deum patrem ingenitum, te filium vnigenitū te spiritum sanctum paraclitum: sanctā ꝛ indiuiduā trinitatem tuto corde ꝛ ore confitemur, laudamus atqꝫ benedicimus: tibi gloria in secula In ceteris autem dnicis vnplicibus totius anni: ꝛ omnibus festis simpliciter tam. iij ꝙ ix. lec. cum regimine cho. ꝛ in octa. ꝛ infra quando chor⁹ regitur: ꝛ in commemo. beate marie ꝛ festi loci: nisi in fest. ꝛ commemo. que contingunt infra octa. sancte trinitatis dr super Quicunqꝫ. hec ān. Te iure laudant, te adorant, te glorificant oēs creature tue o beata trinitas. In tpe pasch. alla. In omnibus fer. dn. per annum extra hebd. sancte trinitatis dr super Quicunqꝫ. hec ān. Gratias tibi de⁹, gratias tibi vera vna trinitas, vna ꝛ summa deitas, sancta ꝛ vna vnitas. In tempore pas. alla. In omnibus fer. quando de fer. agitur per totum annum: ꝛ in fes. iij. lec. sine regi. cho ꝛ in octa. ꝛ infra: ꝛ ī quibus cho. non regitur. Et in vigi. ꝛ in. iiij. temporibus extra hebd. pente. ꝛ heb. sancte trinitatis dr super Quicūqꝫ. hec ān. Gloria tibi trinitas, equalis vna deitas, ꝛ ante omnia secula ꝛ nunc ꝛ in perpetuum. In tempore pascha.

Alia. Per hebd. sancte trini. de quocumque fit servi. dr super Quicumque. hec an. O beata et benedicta et gloriosa trinitas: pater et filius et spiritussanctus. Cap.

Timothe. 1.

Regi seculorum immortali invisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum. Amen. Deo gratias.

Hoc pred. cap. dr omnib9 do. et in fes. et in octa. et infra quando cho. regitur. Et in comme. beate marie et de fest. loci per totum annum extra heb. pas.

¶ In omnibus aliis fest. per annum: et in omnibus fer. ab octa. pasche usque ad pentec. et in octa. et infra octa. sine regimine chori et in vigi. nati. do. et epip. cum extra do. evenerit dicitur hoc Capitulum.

Esaie. 24.

Domine miserere nostri: te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribulationis. In omnibus aliis fer. per adven. et a Dne ne in ira. usque ad cenam dni. et a De9 omnium. usque ad adventum quando de feria agitur dicitur Capitulum.

Zacha. 8.

Pacem et veritatem diligite: ait dominus omnipotens. Et quandocumque dr hoc pred. capm ad .j. tunc fiant preces cum prostratione ad oes hor. R. Jesu Christe fili dei vivi Miserere nobis. V. Qui sedes ad dexteram patris Miserere. Gloria patri. Jesu. Iste R. sc. Qui sedes. dr per totum annum post pred. R. nisi in die nativita. dni et ab hinc usque in crastinum. purifica. et a pasc. do. usque ad ascen. dni et nisi quando dicatur de sancta maria: et nisi in fes. et octa. corporis Christi quando de oct. fit servitium: et nisi in fes. transfigu. et in fes. et per octa. nominis Jesu: quando de ipsis oct. fit servitium sequitur V. Exurge domine adiuva nos. Rm. Et libera nos propter nomen tuum. Et his dictis sequuntur preces hoc modo.

Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie eleison. iij. Pater noster.

Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera.

Vivet anima mea et laudabit te. Et iudicia tua adiuvabunt me.

Erravi sicut ovis que periit Quere servum tuum domine quia mandata tua non sum oblitus. Credo in deum.

Carnis resurrectionem.

Et vitam eternam. Amen.

Repleatur os meum laude. Ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

Domine averte faciem tuam a peccatis meis. Et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me de9. Et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua Et spiritum sanctum tuum, ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salutaris tui. Et spiritu principali confirma me.

Eripe me domine ab homi

ne malo. A viro iniquo eri-
pe me.
Eripe me de inimicis meis
deus meus. Et ab insurgen-
tibus in me libera me.
Eripe me de operantib⁹ ini-
quitatem. Et de viris sangui
num salua me.
Sic psalmum dicam nomi-
ni tuo in seculum seculi. Ut
reddã vota mea de die in diẽ.
Exaudi nos deus salutaris
noster. Spes omnium finiũ
terre ꝛ in mari longe.
Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiuuan
dum me festina.
Sanctus deus sanctus for-
tis sanctus ꝛ immortalis.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi miserere nobis.
Benedic anima mea domino
Et omnia que intra me sunt
nomini sancto eius.
Benedic anima mea domino
Et noli obliuisci omes retri-
butiones eius.
Qui propitiatur omnibus
iniquitatib⁹ tuis. Qui sanat
omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vi-
tam tuam. Qui coronat te in
misericordia ꝛ miserationib⁹
Qui replet in bonis deside-
rium tuum. Renouabitur vt
aquile iuuentus tua. Deinde
dicitur Confiteor ꝛ Miserea-
tur ꝛ Absolutionem, vt ad cõ
pletorium. Sequuntur pre-
ces hoc modo.
Deus tu conuersus viuifi-
cabis nos. Et plebs tua leta-
bitur in te.
Ostende nobis domine mi-
sericordiam tuam. Et saluta-
re tuum da nobis.
Dignare domine die isto.
Sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine. Mi
serere nostri.
Fiat misericordia tua domi
ne super nos. Quemadmodũ
sperauimus in te.
Domine deus virtutũ con-
uerte nos. Et ostende faciem
tuam ꝛ salui erimus.
Domine exaudi. Et clamor.
Dominus vobiscum. Et cũ
spiritu tuo. Oremus.
Hec preces predicte dicantur
supradicto modo ad primam
per totum annum tam in fes.
ꝙ in profes. tam duplicib⁹ ꝙ
simplicibus: nisi a cena do. vs
ꝗ ad octa. pasch. ꝛ nisi in die
animarum: ita tamẽ ꝙ in om
nibus fes. ꝛ per aduentum: ꝛ
a Dñe ne in ira. vsqꝫ ad cenã
dñi: ꝛ a Deus omnium vsqꝫ
ad aduen. dñi quando de fes.
agitur statim post Fiat mĩa.
sequatur ℣. Exaudi dñe vocẽ
meam qua clamaui ad te, et
cetera omnia sicut ad compl.
notatum est vsqꝫ ad orationẽ
dicendã expleantur. Hec se-
quẽs oratio dicitur in omni-
bus fes. duplicib⁹ per annum
extra hebdo. pasche. Oratio.

In hac hora hui⁹ diei tua
nos domine reple mĩa:
vt per totum diem exultãtes,
in tuis laudibus delectemur
Per. Dñs vobiscum. Benedi
camus domino. Deo gratias.
In omnibus do. ꝛ in fes. san-

ctorum non dup. ꝛ in fest. extra hebdomada pasche dicatur oratio. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus, qui nos ad principium hui⁹ diei peruenire fecisti, tua nos hodie salua virtute: ꝛ concede vt in hac die ad nullū declinemus peccatum: nec vllū incurramus periculum: sed semper ad tuam iustitiam faciendam omnis nostra actio tuo moderamine dirigatur. Per. Dñs vobiscum. Benedicamus domino. Deo gratias. Deinde dicat sacerd. sic Preciosa est in conspectu domini. Mors sanctorū eius. Deinde dicat sacerdos sine Dominus vobiscum. ꝛ sine Oremus.

Sancta maria mater domini dei nostri Jesu christi, atq; omnes sancti iusti ꝛ electi dei intercedant ꝛ orēt pro nobis peccatorib⁹ ad dominum deum nostrū: vt nos mereamur ab eo adiuuari, et saluari: qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat deus. Per omnia secula seculorū. Amen. Sacerdos dicat Deus in adiutorium meum intende. Rñ Dñe ad adiuuandum me festina. Eodem modo d' trib⁹ vicibus Deus in adiu. Dñe ad adiu. ꝛ tunc sequitur sic Gl'ia patri. Sicut erat Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Et ne nos inducas. Sed li.

Et veniat super nos misericordia tua domine.

Salutare tuum secundū eloquium tuum.

Et respice i seruos tuos ꝛ in opa tua. Et dirige filios eor.

Et sit splēdor dñi dei nostri super nos. Et opera manuū nostrarū dirige super nos: ꝛ opus manuū nostrarū dirige. Hec sequens oratio dicitur in festis dupli. ꝛ quotienscunq; chorus regitur extra hebdo. pasche: sine Dñs vobiscum, sed tantum cum Oremus.

Omnipotens sempiterne deus dirige act⁹ nostros in beneplacito tuo: vt ī nomine dilecti filij tui mereamur bonis operib⁹ abundare. Qui tecum viuit. Dñs vobiscum. Benedicamus dño. In oībus aliis fes. ꝛ pfes. d' hec oō sine Dñs vo. sed tantū cū Orem⁹.

Dirigere ꝛ sanctificare ꝛ regere dignare dñe de⁹ (q̄s) corda ꝛ corpa nostra in lege tua ꝛ in operib⁹ mandatorū tuorum: vt hic ꝛ in eternū te auxiliante sani ꝛ salui esse mereamur. Per. Et sintax supradicto modo: vz cū Dñs vobiscū. ꝛ cū Bñdicam⁹ dño.

¶ Et sciendū est q̄ qñcūq; d' ps. Ad te leuaui. post matuti. tunc ad primā post tabulā lectā d' sine nota iste. ps. ps. cxx.

Leuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum ꝛ terram.

Non det in commotionē pedem tuum: neq; dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.
Per diē sol non uret te: neque luna per noctem.
Domin9 custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in seculum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio. &c.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater nr̄.
Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera.
Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis.
Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas. Deus me9 sperantes in te.
Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de siō tuere eos.
Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici.
Nihil proficiat inimicus in eis. Et filius iniquitatis nō apponat nocere eis.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus.
Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo. Oremus.
Adesto domine supplicationibus nostris: et viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone, ut inter omnes vie & vite huius varietates, tuo semper protegantur auxilio. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus salus eterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis pro quibus misericordie tue imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per christum. ℟. Amen. Excellentior persona dicat Bn̄dicite. Dominus. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.
¶ Ad tertiam. Hymnus.
Nunc sancte nobis spiritus, unum patri cum filio: dignare promptus ingeri, nostro refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor, cōfessionem personēt: flammescat igne charitas, accendat ardor proximos.
Presta pater piissime, patrique compar unice: cum spiritu paraclito, regnans per omne seculum. Amen. Psalmus.



Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiā.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum: in timore tuo.
Amputa opprobriū meum quod suspicat⁹ sum: quia iudicia tua iocunda.
Ecce cōcupiui mādata tua: in equitate tua viuifica me.
Et veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum secundū eloquium tuū.
Et respōdebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudiciis tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuam semper: in seculum et in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mādata tua exquisiui
Et loquebar in testimoniis tuis in cōspectu regum: et nō confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: et exercebor in iustificationib⁹ tuis. Psalmus.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spē dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebāt vsquequaq: a lege autem tua nō declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tue: in loco peregrinationis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam.
Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuā in toto corde meo: miserere mei secundum eloquiū tuum
Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos: in testimonia tua.
Paratus sum et non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: et legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum omniū timentium te: et custodientiū mandata tua.
Misericordia tua domie plena est terra: iustificationes tuas doce me.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Psalmus.

Bonitatem fecisti cū seruo tuo domine: secundū verbum tuum.
Bonitatem et disciplinam et

scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: super milia auri et argenti.
Manus tue fecerunt me, et plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me et letabuntur: quia in verba tua supersperaui.
Cognoui domine quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua: vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Ueniant mihi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est.
Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.
Gloria patri. In dnica. ana. Laus et perennis gloria deo patri et filio: sancto simul paraclito in secula seculorum. Cap.

Gratia dni nostri Jesu christi, et charitas dei: et communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus nobis. Rm. Inclina cor meum deus In testimonia tua. Uersus Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. In testi. Gloria pa. Inclina. Uersus. Ego dixi dne miserere mei. R. Sana aiam meam quia peccaui tibi. In fer. an. Ueniant mihi miserationes tue et viuam. Capm.

ij. cor. vltio.

Sana me domine et sanabor: saluum me fac et saluus ero, quoniam laus mea tu es. R. Sana animam meam Quia peccaui tibi. V. Ego dixi dne miserere mei. Quia peccaui. Gloria pa. Sana. V. Adiutor meus esto domine. R. Ne derelinquas me neque despicias me: deus salutaris meus In fer. per aduen. an. Tuam domine excita potentiam et veni ad saluandum nos. Capm.

Hier. 17.

Qui venturus est veniet et non tardabit: iam non erit timor in finibus nostris: quoniam ipse est saluator noster. R. Ueni ad liberandum nos Domine deus virtutum V. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine deus. Gloria patri. Ueni. V. Time

Hebr. 10.

bunt gentes nomen tuum domine. ℟m. Et omnes reges terre gloriam tuam.

¶ Ad sextam. Hymnus.

Rector potens verax deus qui temperas rerum vices, splendore mane instruis, et ignibus meridiem.

Extingue flammas litium, aufer calorem noxium confer salutem corporum, veramque pacem cordium.

Presta pater piissime. Ps.



Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuum supersperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me

Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui? quando facies de persequentibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua

Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me.

Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam viuifica me: et custodiam testimonia oris tui.

In eternum domine: verbum tuum permanet in celo.

In generatione et generationem veritas tua: fundasti terram et permanet.

Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.

In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Psalmus.

Quomodo dilexi legem tuam domine? tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo?

A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis.

Iuraui et statui: custodire iu dicia iustitie tue.
Humiliatus sum vsqueqquaque domine: viuifica me secundum verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis semper: et legem tuam nõ sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueum mihi: et de mandatis tuis non erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua in eternũ: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum: propter retributionem. Psalmus.
Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuum super speraui.
Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquium tuum, et viuam: et non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper.
Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.
Feci iudicium et iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruũ tuum in bonum: non calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et in eloquium iustitie tue.
Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: et iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum vt sciam testimonia tua.
Tempus faciendi domine: et dissipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: super aurum et topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viã iniquam odio habui.
Gloria patri. In dñica aña.
Gloria laudis resonet in ore omnium patri genitoque proli spiritui sancto pariter resultet laude perenni. Capitulũ.
Tres sunt qui testimonium dant in celo: pater, et verbum, et spiritus sanctus: et hi tres vnum sunt. ℟. — j. Joã. j. A
In eternum domine Permanet verbum tuum. ℣. In celo et in seculum seculi veritas tua. Permanet. Gloria patri In celo. ℣. Dominus regit me et nihil mihi deerit. ℟. In loco pascue ibi me collocauit In feria ã. Nõ confundas me dñe ab expectatione mea. Cap.
Omnia probate, quod bonum est tenete: ab omni — Thes. 5

specie mala abstinete vos. ℟ Benedicam dominū In omni tempore. ℣ Semper laus ei⁹ in ore meo. In omni. Gloria patri. Benedicam. ℣sus. Dominus regit. In aduen. an. In tuo aduentu erue nos domine. Capitulum.

Esaie. 14. PRope est vt veniat tempus eius : et dies eius non elongabuntur, miserebitur domin⁹ iacob & israel saluabitur. ℟ Ostende nobis domine Misericordiam tuam ℣. Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Gloria patri. Ostende. ℣. Memento nostri domine in beneplacito populi tui. ℟. Visita nos in salutari tuo.

¶ Ad nonam. Hymnus.

RErum deus tenax vigor immotus in te permanens: lucis diurne tempora successibus determinans.

Largire clarū vespere, quo vita nusquā decidat: sed premium mortis sacre, perennis instet gloria.

Presta pater. Psalmus.

MIrabilia testimōia tua domine : ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui & attraxi spiritum : quia mandata tua desiderabam.

Aspice i me & miserere mei: secundū iudicium diligentiū nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calumniis hominum: vt custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum : & doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Iustus es domine : & rectū iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer : & seruus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contemptus : iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iustitia in eternum: & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia inuenerunt me: mādata tua meditatio mea est.

Equitas testimonia tua in eternum: intellectum da mihi & viuam.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc & semper: & in secula seculorum. Amen. Psalmus.

CLamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.

Clamaui ad te saluum me

fac: vt custodiã mandata tua.
P reueni ĩ maturitate & clamaui: quia in verba tua supersperaui.
P reuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
V ocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.
A ppropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.
P rope es tu domine: & omnes vie tue veritas.
I nitio cognoui de testimoniis tuis: quia in eternum fundasti ea.
V ide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuã nõ sum oblitus.
I udica iudiciũ meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
L onge a peccatoribus sal9: quia iustificationes tuas nõ exquisierunt.
M isericordie tue multe domine: secũdum iudicium tuũ viuifica me.
M ulti qui persequũtur me, & tribulant me: a testimoniis tuis non declinaui.
V idi preuaricantes & tabescebam: quia eloquia tua nõ custodierunt.
V ide quoniam mãdata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.
P rincipium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iustitie tue.
G loria patri. Psalmus.
P Rincipes persecuti sũt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meum.
L etabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
I niquitatem odio habui et abominatus sum: legem autem tuam dilexi.
S epties in die laudem dixi tibi: sup iudicia iustitie tue.
P ax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scãdalum.
E xpectabam salutare tuum domine: & mãdata tua dilexi.
C ustodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.
S eruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo.
A ppropinquet deprecatio mea in cõspectu tuo domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
I ntret postulatio mea in cõspectu tuo: secundum eloquiũ tuum eripe me.
E ructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.
P ronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas.
F iat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.
C oncupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est.
V iuet anima mea & lauda-

bit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

Erraui sicut ouis que periit: quere seruum tuum domine, quia mandata tua non sum oblitus.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc & semper: & in secula seculorum. Amen.

In dominica. Antiphona. Ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia: ipsi gloria in secula. Capitulum.

Ad ephe. 5.

Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium: qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis: qui est benedictus in secula. ℟ Clamaui in toto corde. Exaudi me domine. ℣. Iustificationes tuas requiram. Exaudi. Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Clamaui in toto. ℣sus. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. In feriis. Aña Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum domine. Capitulum.

Gal. 6

Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem christi. ℟. Redime me domine Et miserere mei. ℣. Pes enim meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicam te domine. Et miserere mei. Gloria patri. Redime me domine & miserere mei. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. In feriis in aduentu aña Ueni domine & noli tardare: relaxa facinora plebis tue israel. Capitulum.

Mic. 4

Uenite ascendamus ad montem domini, et ad domum dei iacob: & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de sion exibit lex. & verbum domini de hierusalem. ℟ Super te hierusalem Orietur dominus. ℣sus. Et gloria eius in te videbitur. Orietur dominus. Gloria patri & filio: & spiritui sancto. Super te hierusalem. Orietur dominus. ℣ Domine deus virtutũ conuerte nos. ℟. Et ostende faciem tuam & salui erimus.

¶ Feria secunda. Ad matutinas. Inuitatorium. Uenite exultemus domino. Psalmus. Iubilemus deo salutari nostro. &c. A Domine ne in ira. vsque ad xl. quando de secunda feria agitur dicitur ad matutinas sequens. Hymnus.

Somno refectis artubus, spreto cubili surgimus: nobis pater canentibus, adesse te deposcimus.

Te lingua primum concinat, te mentis ardor ambiat: vt actuum sequentium tu sancte sis exordium.

Cedant tenebre lumini, et nox diurno syderi: vt culpa quam nox intulit, lucis labascat munere.

Precamur iidem supplices, noxas vt omnes amputes: & ore te canentium lauderis in

perpetuum.
Gloria tibi domine. Post purificationem dicitur
Presta pater piissime. Per estatem dicitur iste hymnus.
Nocte surgentes. Quere in principio psalterii ante pm.
Beatus vir. Psalmus.xxvi.



Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo?
Dominus protector vite mee: a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocētes: vt edāt carnes meas
Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meū.
Si exurgat aduersū me prelium: in hoc ego sperabo.
Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini: omnibus diebus vite mee.
Ut videam voluntatem domini: et visitem templū eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmū dicam domino.
Exaudi domine vocem meā qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuā domine requiram.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi domine in via tua: et dirige me in semita recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulātium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra viuentium.
Expecta dominum viriliter age et confortetur cor tuum: et sustine dominum. Ps.xxvii.

Ad te dn̄e clamabo, deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me et assimilabor descēdentibus in lacū.
Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
Ne simul tradas me cū peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundū opera eorum: et secundum nequitiam

adinuentionum ipsorum.
Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera domini: et in opera manuum eius destrues illos, et non edificabis eos.
Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et protector meus: et in ipso sperauit cor meum et adiut⁹ sum.
Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis sue: et protector saluationum christi sui est.
Saluum fac populum tuū domine et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vsq in eternum.
Gloria patri. ān. Dñs defensor vite mee. Psalm⁹. xxviij.
Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloriam et honorem afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Vox domini super aquas deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini confringentis cedros: et confringet domin⁹ cedros libani.
Et comminuet eas tanq̄ vitulum libani: et dilectus quē admodum filius vnicornium
Vox domini intercidentis flammam ignis, vox domini concutientis desertum: et commouebit dominus desertum cades.
Vox domini preparantis ceruos et reuelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.
Dominus diluuium inhabitare facit: et sedebit dominus rex in eternum.
Dominus virtutem populo suo dabit: domin⁹ benedicet populo suo in pace. ps. xxix.
Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
Domine deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meā: saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino om̄es sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinū letitia.
Ego autem dixi in abundātia mea: non mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutē
Auertisti faciem tuā a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad deum meum deprecabor.
Que vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corru-

ptionem.
Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?
Audiuit dominus & misertus est mei: dominus factus est adiutor meus.
Conuertisti planctum meū in gaudium mihi: concidisti saccum meum et circundedisti me letitia.
Ut cantet tibi gloria mea et non compungar: domine deus meus in eternum confitebor tibi.
Gloria patri et filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc & semper: & in secula seculorum amen. Antiphona.
Adorate dominū in aula sancta eius. Psalmus.xxx.
In te domine speraui non confundar in eternū: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuā: accelera vt eruas me.
Esto mihi in deū protectorem & in domum refugij: vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu: & propter nomen tuū deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quē absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.
Odisti obseruantes vanitates: superuacue.
Ego autem in domino speraui: & exultabo & letabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitatem meā: saluasti de necessitatibus animam meam.
Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos.
Miserere mei domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.
Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea cōturbata sunt.
Super oēs inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: & timor notis meis.
Qui videbant me foras fugerūt a me: obliuioni datus sum tanquā mortuus a corde.
Factus sum tanquam vas perditum: quoniā audiui vituperationem multorum cōmorantium in circuitu.
In eo dum cōuenirēt simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.
Ego autem in te speraui domine, dixi deus meus es tu: in manibus tuis sortes mee.
Eripe me de manu inimicorum meorum: & a persequentibus me.
Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua domine: non confundar quoniam inuocaui te.

Erubescant impij et deducantur in infernū: muta fiāt labia dolosa.
Que loquuntur aduersus iustū iniquitatem: in superbia et in abusione.
Quam magna multitudo dulcedinis tue domine: quā abscondisti timentibus te?
Perfecisti eis qui sperāt in te: in conspectu filiorum hominum.
Abscondes eos in abscondito faciei tue: a conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.
Benedictus dominus quoniam mirificauit misericordiam suam mihi: in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculorum tuorum.
Ideo exaudisti vocē orationis mee: dū clamarem ad te.
Diligite dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret dominus: et retribuet abundanter facientibus superbiam.
Viriliter agite et confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat. Psalmus. xxxi.
Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me man⁹ tua: conuersus sum, in erumna mea dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanct⁹: in tēpore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meū a tribulatione que circūdedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruā te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equ⁹ et mulus: quib⁹ non est intellect⁹.
In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui nō approximant ad te.
Multa flagella peccatoris sperantem autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula se

culcrum. Amen. An. In tua iustitia libera me dñe. ps. xxxii

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum nouũ: bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbũ domini: & omnia opera eius in fide.

Diligit misericordiam & iudicium: misericordia domini plena est terra.

Verbo domini celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueã tur oẽs inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.

Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum: & reprobat consilia principum.

Cõsilium autem domini in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Beata gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.

De celo respexit dominus: vidit omnes filios hominum

De preparato habitaculo suo: respexit super omẽs qui habitant terram.

Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

Non saluatur rex per multam virtutem: & gygas non saluabitur ĩ multitudine virtutis sue.

Fallax equus ad salutẽ in abundantia autem virtutis sue non saluabitur.

Ecce oculi domini super metuentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius.

Ut eruat a morte animas eorum: & alat eos in fame.

Anima nostra sustinet dominum: quoniam adiutor et protector noster est.

Quia in eo letabitur cor nostrum: & in nomine sancto ei9 sperauimus.

Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. ps. xxxiii.

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur.

Magnificate dominum mecum: & exaltemus nomen ei9 in idipsum.

Exquisiui dominum & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationib9 meis eripuit me

Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestre non confundentur.

Iste pauper clamauit & do-

minus exaudiuit eum: et ex omnib⁹ tribulationibus ei⁹ saluauit eum.
Immittet angelus domini in circuitu timentium eum: et eripiet eos.
Gustate et videte quoniam suauis est dominus: beat⁹ vir qui sperat in eo.
Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.
Venite filij audite me: timorem domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?
Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo et fac bonū: inquire pacē et persequere eā.
Oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eorū.
Vultus autem domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos.
Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit.
Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberauit eos dominus.
Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dominus animas seruorum suorum: et non delinquent omnes qui sperant in eo.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. An. Rectos decet collaudatio. Ps. xxxiiii.
Iudica domine nocētes me: expugna impugnātes me.
Apprehende arma et scutū: et exurge in adiutoriū mihi.
Effunde frameam et conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic anime mee, salus tua ego sum.
Confundantur et reuereantur: querentes animā meam.
Auertantur retrorsum et cōfundantur: cogitantes mihi mala.
Fiant tanꝙ puluis ante faciem venti: et angelus domini coartans eos.
Fiat via illorum tenebre et lubricum: et angelus domini persequens eos.
Quoniam gratis absconderūt mihi interitū laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat: et captio quem abscōdit apprehendat eum, et in laqueum cadat in ipsum.
Anima autem mea exulta-

bit in domino: et delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum et pauperem a diripientibus eum.
Surgētes testes iniqui: que ignorabā interrogabant me.
Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem anime mee.
Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: et oratio mea in sinu meo conuertetur.
Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens et cōtristatus sic humiliabar.
Et aduersum me letati sunt et cōuenerūt: cōgregata sunt super me flagella et ignoraui
Dissipati sunt nec compuncti temptauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
Domine quando respicies restitue animam meam a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam.
Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique qui oderunt me gratis et annuunt oculis.
Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt super me os suum: dixerūt euge euge viderunt oculi nostri.
Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me.
Exurge et intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in causam meam.
Iudica me secundum iustitiam tuā domine deus meus: et non supergaudeant mihi.
Non dicant in cordib9 suis euge euge anime nostre: nec dicant deuorabimus eum.
Erubescant et reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione et reuerentia: qui maligna loquūtur super me.
Exultent et letentur qui volunt iustitiam meam: et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius.
Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

Psalmus. xxxv.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos ei9.
Quoniam dolose egit in cōspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit enim omni vie non bone: malitiam

autem non odiuit.
Domine in celo misericordia tua: et veritas tua usque ad nubes.
Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa
Homines et iumenta salvabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.
Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab ubertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniam apud te fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen.
Pretende misericordiam tuam scientibus te: et iustitiam tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbie: et manus peccatoris non moveat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. an. Expugna impugnantes me. ps. xxxvi.
Noli emulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem
Quoniam tanquam fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident.
Spera in domino et fac bonitatem: et inhabita terram et pasceris in divitiis eius.
Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui.
Revela domino viam tuam: et spera in eo et ipse faciet.
Et educet quasi lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto domino et ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: et in homine faciente iniustitias.
Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulari ut maligneris.
Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum et non erit peccator: et queres locum eius et non invenies.
Mansueti autem hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.
Observabit peccator iustum: et stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quod veniat dies eius.
Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum.
Ut decipiant pauperem et inopem: ut trucidant rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum confringatur.
Melius est modicum iusto:

super diuitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur: cõfirmat autem iustos dominus.

Nouit dominus dies immaculatorum: et hereditas eorum in eternum erit.

Non confundentur in tempore malo: et in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.

Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.

Mutuabitur peccator et nõ soluet: iustus autem miseretur & tribuet.

Quia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicẽtes autem ei disperibunt.

Apud dominum gressus hominis dirigẽtur: & viam eius volet.

Cum ceciderit iustus non collidetur: quia domin⁹ supponit manum suam.

Iunior fui etenim senui: et non vidi iustum derelictum, nec semẽ eius querẽs panẽ.

Tota die miseretur & commodat: et semen eius in benedictione erit.

Declina a malo et fac bonum et inhabita in seculum seculi.

Quia dominus amat iudicium & non derelinquet sanctos suos: in eternum conseruabuntur.

Iniusti punientur: & semen impiorum peribit.

Iusti autem hereditabunt terram: et inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Os iusti meditabitur sapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex dei ei⁹ in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Cõsiderat peccator iustum: & querit mortificare eum.

Dominus autem non derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Expecta dominum & custodi viam eius et exaltabit te vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.

Vidi impium superexaltatum: & eleuatum sicut cedros libani.

Et transiui & ecce nõ erat: quesiui eum et non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam & vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.

Iniusti autem disperibũt: simul reliquie impiorum interibunt.

Salus autem iustorum a domino: et protector eorũ est in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos: et eruet eos a peccatorib⁹ et saluabit eos quia sperauerunt in eo.

Psalmus.xxxvii.

Domine ne ĩ furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorũ meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meũ: et sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerunt & corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum & curuat⁹ sum vsq; in finẽ: tota die contristatus ingrediebar,
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et nõ est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliat⁹ sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meũ: & gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum cõturbatum est in me, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erãt de lõge steterunt: & vim faciebant qui querebant animã meam.
Et qui inquirebãt mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanꝗ surdus nõ audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.
Et fact⁹ sum sicut homo non audiens: et nõ habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus,
Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniã ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meã annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderũt me inique.
Qui retribuũt mal pro bonis detrahebãt mihi: quoniã sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus me⁹ ne discesseris a me.
Intende in adiutoriũ meũ: domine deus salutis mee.
Gloria patri & filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. An. Reuela domino viam tuam ℣. Domine in celo misericordia tua. ℟. Et veritas tua vsque ad nubes. Lectiones et ℟ia de eadẽ feria. Ante laudes ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. Iste ℣. dicitur ante laudes in omnibus fer. a Domine ne in ira. vsq; ad xl. Et a Deus omnium.

ad aduentū dñi qñ de feria agitur ¶ In laudibus. ps. l.



Iserere mei de⁹: secundum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinē miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo mūda me.
Quoniam iniquitatem meā ego cognosco: et peccatū meū contra me est semper.
Tibi soli peccaui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me domine hyssopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū & letitiam: et exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundū crea in me de⁹: et spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi letitiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: & exaltabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiqz holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spirit⁹ contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua sion: vt edificentur muri hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.
Gloria patri & filio: & spiritui sancto.
Sicut erat. an. Miserere mei deus. ps. v. Uerba mea. vt supra. fo. ij. an. Intellige clamorem meū domine. an. De⁹ de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. ps. Ipsum. Canticum Esaie.

Cap. 12.

Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus & consolatus es me.
Ecce deus saluator meus: fiducialiter agā & nō timebo
Quia fortitudo mea & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: & di-

cetis in illa die, cōfitemini do mino et inuocate nomen eius.
Notas facite in populis ad inuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius.
Cantate domino quoniam magnifice fecit: annunciate hec in uniuersa terra.
Exulta et lauda habitatio sion: quia magnus in medio tui sanctus israel.
Gloria patri et filio: et spi ritui sancto.
Sicut erat. Aña. Conuersus est furor tuus domine et con solat⁹ es me. añ. Laudate do minū de ce. ps. Ipsum. Cpm.
Vigilate et orate: state in fide: viriliter agite et cō fortamini: et omnia vestra in charitate fiāt. Hoc cp. dicitur omnibus fer. ad lau. a. Domi ne ne in ira. vsq ad caput ie iunij: et a Deus omniū. vsq ad aduentum domini quando de feria agitur. A Domine ne in ira. vsq ad. xl. quando de secunda feria agitur dici tur ad laud. sequens hymn⁹.

I. cor. 16.

Splendor paterne glo rie, de luce lucem pro ferens: lux lucis et fons lumi nis, dies diem illuminans.
Verusq sol illabere, micās nitore perpeti: iubarq sancti spiritus, infunde nostris sen sibus.
Votis vocemus te patrem, patrem perennis glorie: pa trem potentis glorie, culpam releget lubricam.
Informet actus strenuos, dentem retūdat inuidi: casus secūdet asperos, donet gerē di gratiam.
Mentem gubernet et regat, casto fideli corpore: fides ca lore ferueat, fraudis venena nesciat.
Christusq nobis sit cib⁹ po tusque noster sit fides: leti bi bamus sobriam ebrietatē spi ritus.
Letus dies hic transeat: pu dor sit ut diluculum: fides ve lut meridies crepusculū mēs nesciat.
Aurora cursus prouehit, au rora totus prodeat: in patre totus filius, et tot⁹ in verbo pater.
Deo patri sit gloria, eiusq soli filio: cum spiritu paracli to et nunc et in perpetuum. Amen. ℣. In matutinis domi ne meditabor in te ℟. Quia fuisti adiutor me⁹. Per esta tem dicitur hy⁹. Ecce iam no ctis. ℣. In matutinis. Iste ℣. dr omnib⁹ fer. ad laud. a Do mine ne in ira. vsq ad. xl. et a Deus omniū. vsq ad aduen. do. qn̄ de fer. agi. añ Bndict⁹ de⁹ israel. ps. Ipsum. Deinde dicātur pces feriales hoc mō.
Kyrie eleison. iij. Chri ste eleison. iij. Kyrie e leison. iij. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera.
Ego dixi domine miserere mei. Sana animā meā, quia peccaui tibi.
Conuertere domine vsque quo. Et deprecabilis esto su per seruos tuos.

Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodũ sperauimus in te.
Sacerdotes tui induãtur iustitiã. Et sancti tui exultent.
Domine saluum fac regem Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus me⁹ sperantes in te.
Saluum fac populum tuũ domine: et benedic hereditati tue. Et rege eos ꝛ extolle illos vsq; in eternum.
Domine fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.
Oremus pro fidelib⁹ defunctis. Requiem eternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis.
Exaudi domine vocem meã qua clamaui adte. Miserere mei ꝛ exaudi me. ps. Miserere mei de⁹ totus psalmus dicatur sine nota. cũ Gloria patri. et Sicut erat. Finito psalmo solus sacerdos erigat se et ad gradum cho. accedat ad matutinas ꝛ ad vesperas tũc dicendo hos versus.
Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos propter nomẽ tuũ
Domine deus virtutũ conuerte nos. Et ostende faciem tuam ꝛ salui erimus.
Domine exaudi. Et clamor.
Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Oremus. In aduentu domini quando de feria agitur: dicuntur memorie ad matu. ã. Spiritussanctus in te descendet maria: ne t'meas habẽs in vtero filium dei alleluia. Vs⁹. Egredietur virga de radice iesse. Et flos de radice eius ascendet. Oro.
Deus qui de beate marie virginis vtero verbum tuum angelo nunciante carnẽ suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis, vt qui vere eam dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eũdem christum dominum m. Memoria de omnibus sanctis. ã.
Ecce dominus veniet ꝛ omnes sancti eius cum eo: et erit in die illa lux magna alleluia. Vsus. Ecce apparebit dominus super nubem candidam. R. Et cum eo sanctorum milia. Oratio.
Conscientias nostras quesumus domine visitando purifica: vt veniens iesus christus filius tuus dominus noster cum omnibus sanctis, paratã sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum. ꝛc. Ad vesp. ꝛc. Ab octa. sancti stephani vsq; ad puri. quotidie fiat memo. de sancta maria: de quocunq; fiat seruit. tam ad vespe. q̃ ad matu. nisi in vigilia epiphanie ꝛ in die eiusdem. In fes. nouem le. ꝛ infra octa. ꝛ in octa. quando chorus regitur. Et in dominicis ad vtrasq; vesperas cũ hac ãn. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tũc implete sunt scripture: sicut pluuia in vellus descendisti vt

saluum faceres genus huma num: te laudamus deus noster. Et ad matu. cū hac ān. Ecce maria genuit nobis saluatorem: quem Joannes videns exclamauit dicens: ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi alleluia. In feriis vero et in fes. iij. le. sine reg. cho. ad ves. dr hec ān. Rubum quem viderat moyses incombustum conseruatā agnouimus tuam laudabilē virginitatem: dei genitrix intercede pro nobis. Et ad matutinas cum hac ān. Germinauit radix iesse: orta est stella ex iacob: virgo peperit saluatorem: te laudamus deus noster. Et ad matutinas dicitur semper ℣. Post partum virgo. Et ad ves. dicitur ℣. Speciosus forma pre filiis hominum. ℟. Diffusa est gratia in labiis tuis. Non dicitur vlterius. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue quesumus vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum iesum christum filium tuum. Deinde fiat memoria de omnibus sanctis in fes. & in fes. sine regimine chori ad vespe. & ad matutinas. Post purifi. vero ad matu. dicitur hec ān. Beata mater & innupta virgo gloriosa regina mūdi: intercede pro nobis ad dominū ℣. Post partum. Oratio. Famulorū. vel oratio. Omnipotens sempiterne deus. vt postea patet. Non dicitur oro. Concede quesumus misericors deus. ad memoriā de sancta maria nisi ad proces. tantum. Memoria de omnibus sanctis Ad matu. ān. Exultabunt. ℣. Mirabilis. Oratio. Infirmitatem. vel oratio. Omniū sanctorum. vel oratio. Vide domine. vel oro. Tribue. Post puri. ad memo. de sancta ma. dicātur āe sicut post historiā. Deus omnium. Et etiam de omnibus sanctis ad vesperas et ad memo. de pasc. tēpore.

¶ Feria secūda post octa. trinita. & abhinc vsque ad aduē. domini: tam in fes. q̄ in fes. iij. lect. sine regi. cho. & in oct. et infra quando cho. non regitur dicantur he tres memo. scilicet de cruce, de sancta maria, & de omnibus sanctis. Cū vero in fe. iij. lec. aliquod fes. sanctorum contig. tunc in primis fiat memoria de sancto & postea memorie supradicte. Per octa. vero reliquiarum: siue dicitur de sanctis, siue de feriis semp fiat i primis memoria de cruce. Ad matu. ān. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Jesu christi. ℣sus. Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. Rem. Psalmum dicat nomini tuo. Oratio.

Deus qui sanctam crucem tuā ascēdisti & mūdi tenebras illuminasti: tu

corda et corpora nostra illuminare dignare saluator mundi Qui viuis et regnas cum deo in vnitate. Vel oratio.

Pacem perpetuam (q̄s) domine pace custodi quos per lignum sancte crucis redimere dignatus es saluator mundi Qui viuis et regnas cū deo. Memoria de sancta maria ad matuti. ān. Beata mater et innupta. vt proxime supra. V̸s. Post partum virgo. Oratio.

Adesto nobis dn̄e deus noster, et quos scte crucis letari facis honore: eius quoque perpetuis defende subsidiis. Per christum dominū nostrum. Vel oratio.

Famulorum tuorū quesumus domine delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris non valem⁹, genitricis filij tui domini nostri Jesu christi intercessione saluemur. Per eundem christum dominum. Vel oratio.

Omnipotens sempiterne deus nos famulos tuos dextera tue potentie a cūctis protege periculis: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione fac nos presenti gaudere prosperitate et futura. Per christum dominum. Non dicitur oratio Concede quesumus misericors. ad memoriam de sancta Maria per totum annum: sed ad proces. et ad completorium de ea tantū Memoria de omnib⁹ sanctis ad matutinas ān Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. V̸. Mirabilis de⁹ in sanctis suis. R̸. Et gloriosus in maiestate sua. Oro.

Infirmitatem nostram q̄s domine propiti⁹ respice: et mala omīa que iuste meremur, omnium sanctorum tuorum intercessione auerte. Per dominum. Vel oratio.

Omnium sanctorum tuorum quesumus domine intercessione placatus, et veniam delictorū nobis tribue: et remedia sempiterna concede. Per. Vel oratio.

Vide domine infirmitates nostras, et intercedētibus omnibus sanctis tuis, celeri nobis pietate succurre. Per. Vel oratio.

Tribue quesumus dn̄e omnes sanctos tuos iugiter orare pro nobis: et eos semper clementer audire digneris. Per. Mēo. de cruce ad vesp. ā. Salua nos christe saluator per virtutem sancte crucis: qui saluasti petrū in mari miserere nobis. V̸sus. Omnis terra. vel ān Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. vel ān. Adoramus te christe et benedicimus tibi: quia per crucē tuam redemisti mundum. V̸⁹. Omnis terra. Orō vts ad matut. Mēo de sancta Maria ad vespe. ā Sancta maria virgo intercede pro toto mundo q̄r genuisti regem orbis. V̸. Sācta dei genitrix virgo semper maria. vel. ā. Sācta dei genitrix virgo semper maria: in-

tercede pro nobis ad dominũ deum nostrum. ℣. Post partũ virgo. vel ãn In prole mater in partu virgo: gaude & leta re pia mater domini. ℣. Sancta dei genitrix. Oratio vt supra ad matutinas. Memoria de omnib⁹ sanctis ad ves. ãn Sancti dei omnes qui estis consortes supernorum ciuiũ: intercedite pro nobis. ℣. Letamini. vel Exultent. vel ãn. Omẽs electi dei nostri memoramini ante deum: vt vestris precib⁹ adiuti mereamur vobis adiungi. ℣. Letamini. vel Exultent. vel ãn Sanctorum precibus cunctorum redde salutem corporis ac anime christe tuis famulis. ℣. Letamini vel ãn O q̃ gloriosum est regnum in quo cũ christo gaudent omnes sancti: amicti stolis albis sequuntur agnum quocunq; ierit. ℣. Letamini. Isti duo ℣sus ad mẽo. de omnibus sanctis non variantur nisi cum ℣. Letamini ad primas vesperas dicitur: tũc ad mẽo. de omnibus sanctis dicetur ℣. Exultent. Similiter ad matuti. quando ℣. Mirabilis deus. dicitur in lau. tunc ad memo. de omnibus sanctis dicetur ℣⁹. Iustorum anime. quod per totum annum obseruetur: nisi in aduen. & in tempore pascha. Oratio vt supra ad matutinas.

¶ Feria tertia ad matutinas Inuita Iubilemus deo salutari nostro. Ps. Venite exultem⁹. A Domine ne in ira. vsq; ad quadragesimã quando de tertia feria agitur dicitur ad matutinas sequens Hymn⁹.

Consors paterni luminis, lux ipse lucis & dies: noctem canendo rũpimus, assiste postulantibus.

Aufer tenebras mentium, fuga cateruas demonum: expelle somnolentiam, ne pigritantes obruat.

Sic christe nobis omnib⁹, indulgeas credentibus: vt prosit exorantibus, quod precinentes psallimus.

Presta pater piissime. Per estatem. Hymnus. Nocte surgentes. Psalmus. xxxviii.



Dixi custodiã vias meas: vt non delinquam in lingua mea.

Posui ori meo custodiam cũ consisteret peccator aduersum me

Obmutui & humiliat⁹ sum & silui a bonis: & dolor meus renouatus est.

Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

Locut⁹ sum in lingua mea: notum fac mihi domine finẽ meum.

Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanq̃ nihilum ante te.

Uerumtamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens.

Uerumtamen in imagine

pertransit homo: sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat: et ignorat cui congregabit ea.

Et nunc que est expectatio mea? nonne dominus. et substantia mea apud te est?

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui et non aperui os meum quoniam tu fecisti: amove a me plagas tuas.

A fortitudine manus tue ego defeci: in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam domine et deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.

Ne sileas quoniam advena ego sum apud te: et peregrinus sicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrigerer: priusquam abeam et amplius non ero.

Psalmus. xxxix.

Expectans expectavi dominum: et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum: carmen deo nostro.

Videbunt multi et timebunt: et sperabunt in domino.

Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates, et insanias falsas.

Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annunciavi et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce venio.

In capite libri scriptum est de me. ut facerem voluntatem tuam deus meus volui: et legem tuam in medio cordis mei

Annunciavi iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea, non prohibebo domine tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam: a concilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me, misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me

Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee, et non potui ut viderem.

Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meum

dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur et reuereantur simul qui querunt animam meam: vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum et reuereantur: qui volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge.
Exultent et letentur super te omnes querentes te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum et pauper: dominus sollicitus est mei
Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio, et nunc et semper: et in secula seculorum amen. an. Ut non delinquam in lingua mea. ps. xl.
Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus.
Dominus conseruet eum et viuificet eum et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi, domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur et peribit nomen eius?
Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras: et loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
Uerbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?
Etenim homo pacis mee in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem.
Tu autem domine miserere mei et resuscita me: et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in eternum
Benedictus dominus deus israel: a seculo et in seculum fiat fiat. Psalmus. xlj.
Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei?
Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus?
Hec recordatus sum et effu-

di in me animam meam: quoniam trāsibo in locum tabernaculi admirabilis, usqꝫ ad domum dei.

In voce exultationis ⁊ cōfessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es aīa mea? ⁊ quare conturbas me?

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus.

Ad meipsum anima mea cōturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis, ⁊ hermonii a monte modico.

Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum

Omnia excelsa tua ⁊ fluctus tui: super me transierunt.

In die mandavit dominus misericordiam suam: ⁊ nocte canticum eius.

Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es.

Quare oblit⁹ es mei: ⁊ quare contristatus incedo, dū affligit me inimicus?

Dū confringuntur ossa mea exprobraverunt mihi: qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: ubi est de⁹ tuus?

Quare tristis es anīa mea? ⁊ quare conturbas me?

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus.

Gloria patri ⁊ filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio. An. Sana domine animam meā, quia peccavi tibi.

Iste psalmus non dicitur ad noctur. Psalmus. xlii.

Iudica me deus ⁊ discerne causam meam. Psalm⁹. xliii.

Deus auribus nostris audivimus: patres nostri annunciaverunt nobis.

Opus quod operatus es in diebus eorum: ⁊ in dieb⁹ antiquis.

Manus tua gētes disperdidit ⁊ plantasti eos: afflixisti populos ⁊ expulisti eos.

Nec enim in gladio suo possederunt terram: ⁊ brachium eorum non salvavit eos.

Sed dextera tua ⁊ brachiū tuū ⁊ illuminatio vult⁹ tui: quoniam complacuisti in eis

Tu es ipse rex me⁹ ⁊ deus meus: qui mandas salutes iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu: ⁊ in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo: ⁊ gladius meus nō salvabit me.

Salvasti enim nos de affligentibus nos: ⁊ odiētes nos confudisti.

In deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo cōfitebimur tibi in seculum.

Nunc autem repulisti ⁊ cōfudisti nos: ⁊ non egredieris de⁹ in virtutibus nostris.

Avertisti nos retrorsū post inimicos nostros: ⁊ qui oderunt nos diripiebant sibi.

Dedisti nos tanq̄ oves escarū: ⁊ in gētib⁹ dispersisti nos

Vendidisti populum tuum sine precio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem et derisum his qui in circuitu nostro sunt.

Posuisti nos in similitudinem gētibus: commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea cōtra me est: et confusio faciei mee cooperuit me.

A voce exprobrātis et obloquentis: a facie inimici et persequentis.

Hec omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrū: et declinasti semitas nostras a via tua.

Quoniā humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deum alienum.

Nonne deus requiret ista? ipse enim novit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oves occisionis.

Exurge, quare obdormis domine? exurge et ne repellas in finem.

Quare faciem tuā avertis: obliviisceris inopie nostre et tribulationis nostre?

Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra: cōglutinatus est in terra venter nr̄.

Exurge domie adiuva nos: et redime nos propter nomen tuum. Psalmus .xliiij.

Eructavit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis.

Speciosus forma pre filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in eternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.

Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna.

Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua

Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis.

Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis a domibus eburneis: ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate.

Audi filia et vide inclina aurem tuā: et obliviscere populum tuū et domum patris tui

Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum

Et filie tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis: circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi.

Afferentur in letitia: et exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: et in seculum seculi.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper. An. Eructavit cor meum verbum bonum. Ps. xlv.

DEus noster refugium et virtus: adiutor in tribulationibus que invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt et turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus letificat civitatem dei: sanctificavit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius non commovebitur: adiuvabit eam deus mane diluculo.

Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

Venite et videte opera domini: que posuit prodigia super terram.

Auferens bella usque ad finem terre: arcum conteret et confringet arma, et scuta comburet igni.

Vacate et videte quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob. Psalmus. xlvi.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

Quoniam dominus excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hereditatem suam: speciem Iacob quem dilexit.

Ascendit deus in iubilo: et dominus in voce tube.

Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.

Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter.

Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum deo abra-

ham: quoniam dij fortes terre vehementer eleuati sunt.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper. an. Adiutor in tribulationibus. ps. xlvij.

Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius.

Fundatur exultatione vniuerse terre: mons sion latera aquilonis ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terre congregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues tharsis.

Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum.

Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua.

Letetur mons sion et exultent filie iude: propter iudicia tua domine.

Circundate sion et complectimini eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda vestra in virtute eius: et distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est deus deus noster in eternum, et in seculum seculi: ipse reget nos in secula. Psalmus. xlviij.

Audite hec omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.

Quique terrigene et filij hominum: simul in vnum diues et pauper.

Os meum loquetur sapientiam: et meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me.

Qui confidunt in virtute sua: et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Frater non redimit, redimet homo: et non dabit deo placationem suam.

Et precium redemptionis anime sue: et laborabit in eternum et viuet adhuc in finem.

Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiens et stultus peribunt.

Et relinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum.

Tabernacula eorum in progenie et progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.

Et homo cum in honore esset non intellexit: comparatus

est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Hec via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.

Et dominabuntur eorũ iusti in matutino: & auxiliũ eorum veterascet in inferno a gloria eorum.

Ueruntamen deus redimet animam meam de manu inferi: cum acceperit me.

Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gl'ia dom' ei'

Quoniã cum interierit non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius.

Quia anima ei' in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit vsq; i progenies patrum suorũ: & vsq; in eternum non videbit lumen.

Homo cum in honore esset non intellexit: comparat' est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.

Gloria patri & filio. ãn. Auribus percipite qui habitatis orbem. Psalmus. xlix.

Deus deorum dominus locutus est: & vocauit terram.

A solis ortu vsq; ad occasũ: ex sion species decoris eius.

Deus manifeste veniet: de' noster & non silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tẽpestas valida.

Aduocauit celum desursum: & terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos ei': qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annunciabunt celi iustitiam eius: quoniam deus iudex est.

Audi populus meus et loquar israel & testificabor tibi: deus deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregib' tuis hircos.

Quoniam mee sunt omnes fere siluarum: iumenta in mõtibus et boues.

Cognoui omnia volatilia celi: & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinẽ hircorum potabo?

Immola deo sacrificiũ laudis: & redde altissimo vota tua

Et inuoca me in die tribulationis: eruam te et honorificabis me.

Peccatori autem dixit de', quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentũ meum per os tuum?

Tu vero odisti disciplinã: & proiecisti sermones meos retrorsum.

Si videbas furem currebas

cum eo: et cum adulteris por-
tionem tuam ponebas.
Os tuũ abũdauit malitia: et
lingua tua cõcinnabat dolos
Sedens aduersus fratrem
tuum loquebaris: et aduers⁹
filiũ matris tue ponebas scã
dalum, hec fecisti et tacui.
Existimasti inique q̃ ero tui
similis: arguam te et statuam
contra faciem tuam.
Intelligite hec qui oblini-
scimini deum: nequando ra-
piat et non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honori-
ficabit me: et illic iter quo o-
stendam illi salutare dei. Nō
dr ad noctur. iste psalmus
Miserere mei deus secundum
magnam miam. etc. ps. lj.
Quid gloriaris in mali
tia: qui potẽs es in ini
quitate?
Tota die iniustitiam cogita
uit lingua tua: sicut nouacu-
la acuta fecisti dolum.
Dilexisti malitiam super be
nignitatem: iniquitatem ma-
gis q̃ loqui equitatem.
Dilexisti omnia verba pre-
cipitationis: lingua dolosa.
Propterea deus destruet te
in finem: euellet te et emigra
bit te de tabernaculo tuo, et
radicem tuam de terra viuen
tium.
Videbunt iusti et timebunt
et super eum ridebunt et dicẽt:
ecce homo qui non posuit deũ
adiutorem suum.
Sed sperauit in multitudi-
ne diuitiarum suarum: et pre-
ualuit in vanitate sua.
Ego autem sicut oliua fru-
ctifera in domo domini: spera
ui in misericordia dei in eter
num et in seculum seculi.
Confitebor tibi in seculum
quia fecisti: et expectabo no-
men tuum quoniam bonũ est
in conspectu sanctorum tuorũ
Gloria patri. an. Deus deo-
rum dñs locutus est. ℣. Im-
mola deo sacrificium laudis.
℟. Et redde altissimo vota
tua. Ante laud ℣. Fiat mia.
In laud. ã. Secundum ma
gnam misericordiam tuã mi-
serere mei deus. ps. Miserere
mei deus. Psalmus. xlij.
Iudica me deus et discer
ne causam meam de gẽ
te non sancta: ab homine ini-
quo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo
mea: quare me repulisti, et
quare tristis incedo dum af-
fligit me inimicus?
Emitte lucem tuam verita-
tem tuam: ipsa me deduxerũt
et adduxerunt in montem san
ctum tuum, et in tabernacu-
la tua.
Et introibo ad altare dei:
ad deum qui letificat iuuen-
tutem meam.
Confitebor tibi in cithara
deus deus meus: quare tri-
stis es anima mea: et quare
conturbas me?
Spera in deo quoniam ad-
huc confitebor illi: salutare
vultus mei et deus meus.
Gloria patri et filio: et spiri-
tui sancto.
Sicut erat in principio. Sn

Salutare vultus mei et de⁹ meus. an. Ad te de luce vigilo. ps. Deus deus meus.

¶ Canticum Ezechie.

Esaie 38

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadã ad portas inferi.

Quesiui residuum annorũ meorum: dixi non videbo dominũ deum in terra viuentiũ.

Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est et conuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.

Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me.

De mane vsqꝫ ad vesperam finies me: sperabam vsqꝫ ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

De mane vsqꝫ ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelso.

Domine vim patior respon de pro me: quid dicã aut quid respondebit michi, cum ipse fecerim?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee.

Domine si sic viuitur et in talibus vita spiritus mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neqꝫ mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine saluum me fac: et psalmos nostros cãtabimus cunctis diebus vite nostre in domo domini.

Gloria patri et filio: et spiritui scõ. a. Cunctis dieb⁹ vite nostre saluos fac nos dñe. an. In excelsis laudate deum. ps. Laudate. Capm. Vigilate. R. Domine ne in ira. vsqꝫ ad xl quando de. iij. fer. agitur dr ad laudes sequens. Hymnus

Ales diei nuncius, lucẽ propinquam precinit: nos excitator mentium, iam christus ad vitam vocat.

Auferte clamat lectulos, egros sopore desides: castiqꝫ recti ac sobrij, vigilate sum proximus.

Iesum ciamus vocibus, flẽtes precantes sobrie: intenta supplicatio dormire cor mundum vetat.

Tu christe somnum discute, tu rumpe noctis vincula: tu solue peccatum vetus, nouũqꝫ lumen ingere.

Deo patri sit gloria. Vsus. In matutinis. Cpm. Vigilate. Per estatem. Hy⁹. Ecce iã noctis. V. In matutinis. aña. Et erit dominus nobis corna

salutis in domo david pueri sui. ps. Benedictus. Preces vt sup. in secunda fer. oratio vt decet. Cetera vt supra.

¶ Feria quarta. Inuitatorium In manu tua domine. Omnes fines terre. ps Venite. a. Domine ne in ira. vsq ad. xl. quando de. iiij. feria agitur dr ad matu. sequens. Hymnus.

Rerum creator optime, rectorq noster aspice: nos a quiete noxia mersos sopore libera.

Te christe sancte poscimus, ignosce tu criminibus: ad confitendum surgimus, morasq noctis rumpimus.

Mentes manusq tollimus, propheta (sicut nouimus) nobis gerendum precepit, paulusq gestis censuit.

Vides malum quod gessimus, occulta nostra pandimus: preces gementes fundimus, dimitte quod peccauimus.

Presta. Per estatem hy. Nocte surgentes. Psalmus. lij.



Dixit insipiens in corde suo: non est deus.

Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.

Deus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.

Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis?

Deum non inuocauerunt illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor.

Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos.

Quis dabit ex sion salutare israel? cum conuerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Non dr ad noc. iste ps. liij Deus in nomine. Psalmus. liiij.

Exaudi deus orationem meam: et ne despexeris deprecationem meam, intende mihi et exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: et in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me.

Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre.

Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbe: et volabo et requiescam?

Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine.

Expectabam eum qui saluum me fecit: a pusillanimitate spiritus et tempestate.

Precipita domine et diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatē et contradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circūdabit eā super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniustitia.
Et nō defecit de plateis eius: vsura et dolus.
Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique.
Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus.
Qui simul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu.
Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.
Quoniam nequitie in habitaculis eorum: in medio eorum.
Ego autem ad dominum clamaui: et dominus saluabit me.
Vespere & mane & meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.
Exaudiet deus & humiliabit illos: qui est ante secula.
Non enim est illis commutatio & non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo.
Contaminauerunt testamētum eius: diuisi sunt ab ira vultus eius, et appropinquauit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominū curam tuam et ipse te enutriet: & nō dabit in eternum fluctuationem iusto.
Tu vero deus deduces eos: in puteum interitus.
Viri sanguinū & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.
Gloria patri et filio: & spiritui sancto Aña. Auertet dominus captiuitatem plebis sue. Psalmus. lv.
Miserere mei deus quoniam cōculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.
Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.
In deo laudabo sermones meos, in deo speraui: nō timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.
Inhabitabūt et abscondēt: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerūt animam meā pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
Deus vitam meam annun-

clamavi tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.
Sicut in promissione tua: tunc convertentur inimici mei retrorsum.
In quacunque die invocavero te: ecce cognovi quoniam deus meus es.
In deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonē: in deo speravi non timebo quid faciat mihi homo.
In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi
Quoniā eripuisti animam meā de morte et pedes meos de lapsu: ut placeā coram deo in lumine viventium. ps. lvi
Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in umbra alarum tuarū sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deū altissimū: deum qui benefecit mihi.
Misit de celo & liberavit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit deus misericordiam suam & veritatem suam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormivi conturbatus.
Filii hominum dentes eorum arma & sagitte: & lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et in omnem terram gloria tua.
Laqueum paraverunt pedibus meis: et incurvaverunt animam meam.
Foderūt ante faciem meam foveam: et inciderunt in eam
Paratum cor meū deus paratum cor meum: cantabo et psalmum dicam domino.
Exurge gloria mea exurge psalterium & cithara: exurgā diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: & psalmum dicā tibi in gentibus.
Quoniam magnificata est usque ad celos misericordia tua: et usque ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.
Gloria patri et filio: & spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc & semper. Antiphona.
Quoniam in te confidit anima mea. Psalmus. lvii.
Si vere utique iustitiam loquimini: recte iudicate filii hominum.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias enim manus vestre cō cinnant.
Alienati sunt peccatores, a vulva erraverunt: ab utero locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpētis: sicut aspidis surde & obturantis aures suas.
Que nō exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorū in ore ipsorum: molas leonū confringet dominus.

Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens. intendit arcum suum donec infirmentur.

Sicut cera que fluit auferentur: super cecidit ignis et non viderunt solem.

Priusquã intelligerent spine vestre rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos

Letabitur iustus cum viderit vindictam: man⁹ suas lauabit in sanguine peccatoris

Et dicet homo si vtiqȝ est fructus iusto: vtiqȝ est deus iudicans eos in terra. ps. lviij.

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgẽtib⁹ in me libera me.

Eripe me de operantib⁹ iniquitatem: et de viris sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt animã meam: irruerunt in me fortes

Neque iniquitas mea neqȝ peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi.

Exurge in occursum meum et vide: et tu domine deus virtutum deus israel.

Intende ad visitandas omnes gẽtes: nõ miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore suo et gladius in labiis eorũ: quoniam quis audiuit?

Et tu domine deridebis eos: et ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam quia deus susceptor meus: deus meus misericordia eius preueniet me.

Deus ostẽdit mihi super inimicos meos: ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus domine.

Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: et comprehendãtur in superbia sua.

Et de execratione et mendacio: annunciabũtur in consummatione.

In ira consummationis et non erunt: et scient quia deus dominabitur iacob et finium terre.

Conuertentur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero nõ fuerint saturati et murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: et exaltabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus et refugium meum: in die tribulationis mee.

Adiutor me⁹ tibi psallam: quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea

Gloria patri et filio: et spiritui sancto. ãn. Iuste iudicate filij hominum. Psalmus. lix.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis.

Commouisti terram & conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino cōpunctiōis
Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant a facie arcus.
Ut liberētur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me.
Deus locutus est in sancto suo, letabor & partibor sichimam: & conuallem tabernaculorum metibor.
Meus est galaad & meus est manasses: & effraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: moab olla spei mee.
In idumeam extendam calciamentum meum: mihi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me usq in idumeam?
Nonne tu deus qui repulisti nos: & non egredieris de[9] in virtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilū deducet tribulantes nos. Psalmus. lx.

Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi mee.
A finibus terre ad te clamaui dum anxiaretur cor meū: in petra exaltasti me.
Deduxisti me quia fact[9] es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adijcies: annos eius usq in diem generationis & generationis
Permanet in eternum in cōspectu dei: misericordiā & veritatem eius quis requiret?
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculū seculi: ut reddam vota mea de die in diem
Gloria patri. Ān. Da nobis domine auxilium de tribulatione. Psalmus. lxi.

Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ipso em̄ salutare meum.
Nam & ipse deus meus & salutaris meus: susceptor meus non mouebor amplius.
Quousq irruitis in hominē: interficitis uniuersi vos tanq̄ parieti inclinato & macerie depulse?
Ueruntamen precium meū cogitauerunt repellere: cucurri in siti, ore suo benedicebāt, & corde suo maledicebant.
Ueruntamen deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.
Quia ipse deus meus & saluator meus: adiutor me[9] non emigrabo.
In deo salutare meū & gloria mea: deus auxilij mei, et spes mea in deo est.

Sperate in eo omnis cõgregatio populi: effundite coram illo corda vestra, deus adiutor noster in eternum.

Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere.

Semel locutus est de⁹ duo hec audiui, quia potestas dei est et tibi domine misericordia: quia tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera sua.

Non dicatur ad noct. sequẽs Psalmus. lxij. Deus deus meus. Psalmus. lxiij.

Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conuentu malignãtium: a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt vt gladiũ linguas suas: intenderũt arcum rem amaram, vt sagittẽt in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum et non timebunt: firmauerunt sibi sermonem neqꝫ.

Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: defecerũt scrutãtes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus.

Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum: et infirmate sunt cõtra eos lingue eorũ.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.

Et annunciauerũt opera dei: et facta eius intellexerunt.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

Gloria patri et filio et spũi.

an. A timore inimici eripe domine animam meam. Non dr ad noctur. iste psalmus. lxiiii.

Te decet hymnus de⁹ in sion: et tibi reddetur votum in hierusalem.

Exaudi orationem meã: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum preualuerunt super nos: et impietatib⁹ nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis dom⁹ tue: sanctum est templũ tuum mirabile in equitate.

Exaudi nos deus salutaris noster: spes omnium finium terre et in mari longe.

Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundũ maris sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis.

Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illorum,

quoniam ita est preparatio eius.
Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue: & campi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent. Psalmus. lxv.
Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite deo quam terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
Uenite & videte opera dei: terribilis in consilijs super filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in eternum oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
Benedicite gentes deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius.
Qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos deus: igne nos examinasti sicut examinatur argentum:
Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem et aquam: & eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum: in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Uenite audite & narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: & exultaui sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus
Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee.
Benedictus deus qui non amouit deprecationem meam: & misericordiam suam a me.
Non dr ad noct. iste ps. lxvj.
Deus misereatur. ps. lxvij.
Exurgat deus & dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur & exultent

in conspectu dei: & delectētur in letitia.
C antate deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi.
E xultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum, et iudicis viduarum.
D eus in loco sancto suo: de⁹ qui inhabitare facit vni⁹ moris in domo.
Q ui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.
D eus cū egredereris in conspectu populi tui: cū pertrāsieris in deserto.
T erra mota est, etenim celi distillauerunt a facie dei sinay: a facie dei israel.
P luuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue & infirmata est: tu vero perfecisti eam.
A nimalia tua habitabunt in ea: parasti ī dulcedine tua pauperi deus.
D omin⁹ dabit verbū euangelizantibus: virtute multa.
R ex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.
S i dormiatis inter medios cleros penne columbe deargentate: & posteriora dorsi ei⁹ in pallore auri.
D um discernit celestis reges super eam, niue dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis.
M ons coagulatus mōs pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?
M ons in quo beneplacitū est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.
C urrus dei decem milibus multiplex: milia letantiū, dominus in eis in sinay in scō.
A scendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.
E tenim non credentes: inhabitare dominum deum.
B enedictus domin⁹ die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.
D eus noster de⁹ saluos faciendi: & domini domini exitus mortis.
V eruntamen deus confringet capita inimicorum suorū: verticem capilli perambulantium in delictis suis.
D ixit dominus ex basan cōuertam: conuertam in profundum maris.
V t intingnatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
V iderūt ingressus tuos de⁹: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto.
P reuenerunt principes cōiuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarum.
I n ecclesijs benedicite deo: domino de fontibus israel.
I bi beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
P rincipes iuda duces eorū:

principes zabulon et princi-pes neptalim.
Manda deus virtuti tue: cõ-firma hoc deus quod operatus es in nobis.
A templo tuo in hierusalẽ: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vac-cis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento
Dissipa gẽtes que bella vo-lunt: veniant legati ex egy-pto: ethiopia preueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo qui ascendit su-per celum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocem virtutis, date gloriam deo su-per israel: magnificentia eius, et virtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem ple-bi sue, benedictus deus.
Gloria patri et filio. An. In ecclesijs benedicite domino.
℣. Deus vitam meam annun-ciaui tibi. ℟. Posuisti lachry-mas meas in conspectu tuo.
Ante laudes. Vsus. Fiat mia.
In laudibus ãn. Amplius laua me deus ab iniustitia mea ps. Miserere mei. a. Te decet hymnus deus in sion. Ps. Ip-sum. a. Labia mea laudabũt te in vita mea deus meus. Ps Deus deus meus.

Canticum Anne.

I.re.2. Exultauit cor meum in domino: et exaltatum est cornu meum in deo meo.
Dilatatum est os meum su-per inimicos meos: quia leta-ta sum in salutari tuo.
Non est sanctus vt est domi-nus: neque enim est alius ex-tra te, et non est fortis sicut deus noster.
Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes.
Recedant vetera de ore ve-stro: quia deus scientiarum dominus est, et ipsi preparan-tur cogitationes.
Arcus fortium superatus est: et infirmi accincti sunt robore
Repleti prius pro panibus se locauerunt: et famelici sa-turati sunt.
Donec sterilis peperit plu-rimos: et que multos habebat filios infirmata est.
Dominus mortificat et viui-ficat: deducit ad inferos et re-ducit.
Dominus pauperem facit et ditat: humiliat et subleuat.
Suscitans de puluere ege-num: et de stercore erigens pauperem.
Ut sedeat cum principibus: et solium glorie teneat.
Domini enim sunt cardines terre: et posuit super eos orbẽ
Pedes sanctorum suorum seruabit: et impij in tenebris conticescent, quia non in for-titudine sua roborabitur vir.
Dominum formidabunt ad-uersarij eius: et super ipsos in celis tonabit.
Dominus iudicabit fines ter-re, et dabit imperiũ regi suo:

et sublimabit cornu christi sui. Gloria patri. an. Dominus iudicabit fines terre. an. j. Celi celorum laudate deum. ps. Laudate dominum de celis. Hym. Vigilate et orate. A Domine ne in ira. usque ad xl. quando de quarta feria agitur: dr ad laudes sequens. Hymnus

Nox et tenebre et nubila confusa mundi et turbida: lux intrat, albescit polus, christus venit, discedite.

Caligo terre scinditur, percussa solis spiculo: rebusque iam color redit, vultu nitentis syderis.

Te christe solum novimus, te mente pura et simplici: flendo canendo quesumus, intende nostris sensibus.

Sunt multa fucis illita, que luce purgentur tua: lux eoi syderis, vultu sereno illumina.

Deo patri sit gloria. Vr. In matutinis. Hym. Vigilate et c. Per estatem hymn⁹. Ecce iam esus. In matutinis. an. Salutem ex inimicis nostris: et de manu oim qui nos oderunt libera nos dne. ps. Benedict⁹ Preces vts. Oratio ut decet.

¶ Feria quita. Ad matutinas Invitatorium. Adoremus dominum. Qm ipse fecit nos. ps. Venite exultemus. Pro historia. Domine ne in ira. A Domine ne in ira. usque ad xl. quando de v. fer. agitur: dicitur ad matuti. sequens. Hy⁹.

Nox atra rerum contegit terre colores omnium: nos confitentes poscimus, te iuste iudex cordium.

Ut auferas piacula, sordesque mentis abluas: donesque christe gratiam, ut arceantur crimina.

Mens ecce torpet impia, quam culpa mordet noxia: obscura gestit tollere, et te redemptor querere.

Repelle tu caliginem intrinsecus quam maxime: ut in beato gaudeat se collocari lumine.

Presta pater piissime, patrique compar. Per estatem hy⁹. Nocte surgentes. Super nocturnum. Psalmus. lxviij.



Salvum me fac de⁹: quoniam intraverunt aque usque ad aiam meam.

Infix⁹ sum in limo profundi: et non est substantia.

Veni in altitudinem maris: et tempestas demersit me.

Laboravi clamans, rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam: et delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te domine: domine virtutum.

Non confundantur super me:

qui querunt te deus israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: aperuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis: et peregrinus filiis matris mee.

Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam: et factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: et factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta: et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.

In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.

Eripe me de luto ut non infigar: libera me ab his qui oderunt me et de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aque: neque absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me

Et ne avertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.

Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum et confusionem meam: et reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectavit cor meum et miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: et qui consolaretur et non inveni.

Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et in retributiones et in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: et non intrent in iustitiam tuam.

Deleantur de libro viventium: et cum iustis non scribantur

Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me.

Laudabo nomen dei cum cantico: et magnificabo eum in laude.

Et placebit deo super vitulum novellum: cornua producen-

tem & vngulas.
V ideant pauperes & letentur: querite deum & viuet anima vestra.
Q uoniam exaudiuit pauperes dominus: & vinctos suos non despexit.
L audent illum celi & terra: mare & omnia reptilia in eis.
Q uoniam deus saluam faciet sion: & edificabuntur ciuitates iude.
E t inhabitabunt ibi: & hereditate acquirent eam.
E t semē seruorum eius possidebit eam: & qui diligūt nomen eius inhabitabūt in ea.

Psalmus. lxix.

D Eus in adiutoriū meū intende: domine ad adiuuandum me festina.
C onfundantur & reuereantur: qui querunt aīam meam.
A uertātur retrorsum & erubescāt: qui volunt mihi mala
A uertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge.
E xultēt & letentur in te omnes qui querunt te: & dicant semper magnificetur dñs, qui diligunt salutare tuum.
E go vero egenus & pauper sum: deus adiuua me.
A diutor meus & liberator meus es tu: dñe ne moreris.
G loria patri et filio: et spiritui sancto.
S icut erat. Añ. Domine de⁹ in adiutorium meum intende.

Psalmus. lxx.

I N te domīe speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me & eripe me.
I nclina ad me aurem tuā: & salua me.
E sto mihi in deum protectorem & in locum munitum: vt saluum me facias.
Q. m̄ firmamentum meum: & refugium meum es tu.
D eus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu contra legem agentis & iniqui.
Q uoniam tu es patientia mea domīe: domine spes mea a iuuentute mea.
I n te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus.
I n te cantatio mea semper: tanq̄ prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.
R epleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
N e proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Q uia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam consilium fecerūt in vnum.
D icentes deus dereliquit eum: persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.
D eus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meū respice.
C onfundantur & deficiant detrahentes anime mee: operiantur confusione & pudore qui querunt mala mihi.
E go autem semper sperabo:

& adijciam super omnem laudem tuam.

Os meum annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.

Quoniam non cognoui literaturam introibo in potentias domini: domine memorabor iustitie tue solius.

Deus docuisti me a iuuentute mea: & vsqz nunc pronunciabo mirabilia tua.

Et vsqz in senectam & seniū: deus ne derelinquas me.

Donec annunciem brachiū tuum: generationi omni que ventura est.

Potentiam tuam & iustitiā tuam deus vsqz in altissima que fecisti magnalia: de⁹ quis similis tibi?

Quātas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me: et de abyssis terre iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi: veritatē tuā deus psallam tibi in cithara sanctus israel.

Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi & reueriti fuerint qui querunt mala mihi.

Psalmus. lxxj.

Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iustitia: & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo: & colles iustitiam.

Iudicabit pauperes populi: & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole et ante lunam: in generatione & generationem.

Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in dieb⁹ eius iustitia & abundantia pacis: donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari vsqz ad mare: & a flumine vsqz ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent.

Reges tharsis & insule munera offerent: reges arabum & saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges: oēs gentes seruiēt ei.

Quia liberabit pauperem a potente: & pauperem cui nō erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi: et aīas pauperum saluas faciet

Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum corā illo.

Et viuet & dabitur ei de auro arabie: & adorabunt de ipso semper, tota die bñdicent ei

Erit firmamentū in terra in summis mōtium, superextol-

letur super libanum fructus eius: et florebunt de ciuitate sicut fenum terre.

Sit nomē eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus dn̄s deus israel: qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat.

Gloria patri et filio. Aña. Esto mihi domine in deum protectorem. Psalmus. lxxii.

Quam bonus israel de⁹: his qui recto sunt corde

Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns.

Quia non est respect⁹ morti eorum: et firmamentum in plaga eorum.

In labore hominū nō sunt: et cum hominibus non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.

Cogitauerunt et locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

Posuerunt in celum os suū: et lingua eorum transiuit in terra.

Ideo conuertetur populus meus hic: et dies pleni inuenientur in eis.

Et dixerunt quomodo scit deus? et si est scientia in excelso.

Ecce ipsi peccatores et abūdantes in seculo: obtinuerūt diuitias.

Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus tota die: et castigati[o] mea i matutinis

Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

Existimabam vt cognoscerē: [h]oc labor est ante me.

Donec intrem in sanctuariū dei: et intelligam in nouissimis eorum.

Ueruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.

Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatē suam.

Uelut somnium surgētium dn̄e: in ciuitate tua imagnem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum et renes mei commutati sunt: et ego ad nihilū redactus sum et nesciui.

Ut iumentū fact⁹ sum apud te: et ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in celo?

& a te quid volui super terrã?
Defecit caro mea & cor meũ: deus cordis mei et pars mea deus in eternum.
Quia ecce qui elongant se a te peribunt: perdidisti oẽs qui fornicantur abs te.
Mihi autẽ adherere deo bonũ est: ponere in domino deo spem meam.
Ut annunciem omnes predicationes tuas: in portis filie sion. Psalmus.lxxiij.

Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tu⁹ super oves pascue tue?
Memor esto congregationis tue: quam possedisti ab initio
Redemisti virgam hereditatis tue: mons sion in quo habitasti in eo.
Leva manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.
Et gloriati sunt qui oderũt te: in medio solennitatis tue.
Posuerunt signa sua signa: et non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in silua lignorũ securibus exciderunt ianuas ei⁹ in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuarium tuũ in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerũt in corde suo, cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra.
Signa nostra nõ vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?
Ut quid auertis manũ tuã: & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?
Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutẽ in medio terre.
Tu cõfirmasti in virtute tua mare: cõtribulasti capita draconum in aquis.
Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eum escam populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes & torrẽtes: tu siccasti fluuios ethã.
Tuus est dies et tua est nox tu fabricatus es auroram et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius, inimic⁹ improperauit domino: et populus insipiẽs incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestiis animas cõfitẽtes tibi: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentũ tuũ: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis fact⁹ cõfusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge de⁹ iudica causam tuã: memor esto improperiorum tuorum eorum que ab insipiente sunt tota die.

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorũ: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

Gloria patri. Añ. Liberasti virgam hereditatis tue.

Psalmus.lxxiiij.

Confitebimur tibi deus confitebimur: et inuocabimus nomen tuum.

Narrabim⁹ mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

Liquefacta est terra et omnes qui habitãt in ea: ego cõfirmaui columnas eius.

Dixi iniquis, nolite inique agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altũ cornu vestrũ: nolite loqui aduersus deum iniquitatem.

Quia neq3 ab oriẽte neq3 ab occidente neq3 a desertis montibus: quoniam de⁹ iudex est.

Hunc humiliat et hũc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.

Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terre.

Ego autem annunciabo in seculum: cantabo deo iacob.

Et omnia cornua peccatorũ confringam: et exaltabuntur cornua iusti. Psalmus.lxxv.

Notus in iudea deus: in israel magnum nomen eius.

Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in sion

Ibi confregit potentias: arcum scutum gladiũ et bellum

Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde

Dormierunt somnum suũ: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manib⁹ suis.

Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

De celo auditum fecisti iudiciũ: terra tremuit et quieuit

Cum exurgeret in iudicio deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terre.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festũ agent tibi.

Uouete et reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili et ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terre.

Gloria patri. Aña. In israel magnum nomen eius.

Psalmus.lxxvi.

Uoce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum et intendit mihi.

In die tribulationis mee deum exquisiui manib⁹ meis nocte contra eum: et non sum deceptus.

Renuit cõsolari anima mea: memor fui dei, et delectatus sum, et exercitatus sum et defecit spiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum et non

sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mēte habui
Et meditatus sum nocte cū corde meo: & exercitabar & scopebam spiritum meum.
Nunquid in eternum proiciet deus: aut non apponet vt complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiam suā abscindet: a generatione in generationem?
Aut obliuiscetur misereri de⁹: aut cōtinebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi.
Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sctō via tua: quis deus magnus sicut deus noster? tu es deus qui facis mirabilia.
Notā fecisti in populis virtutē tuā: redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob et ioseph.
Viderunt te aque deus viderunt te aque et timuerunt: & turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarū: vocem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue trāseūt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt corruscationes tue orbi terre: commota est et contremuit terra.
In mari via tua & semite tue in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu moysi et aaron. Psalmus. lxxvij.
ATtendite popule me⁹ legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuim⁹ & cognouim⁹ ea: et patres nostri narrauerunt nobis.
Non sunt occultata a filiis eorum: in generatione altera
Narrantes laudes domini et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit.
Et suscitauit testimonium in iacob: et legem posuit in israel.
Quanta mandauit patrib⁹ nostris: nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur et exurgent: enarrabunt filiis suis.
Vt ponant in deo spem suā: et non obliuiscantur operum dei, et mandata eius exquirant.
Ne fiāt sicut patres eorum: generatio praua et exasperans.
Generatio que non direxit cor suum: et non est creditus cum deo spiritus eius.
Filij effrem intendentes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum dei: & in lege eius nolue-

sunt ambulare.

Et obliti sunt benefactorũ eius: et mirabilium eius que ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos.

Interrupit mare et perduxit eos: ⁊ statuit aquas quasi in utre.

Et deduxit eos ĩ nube diei: et tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petrã in eremo: ⁊ adaquauit eos velut in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra: et deduxit tanquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram concitauerunt excelsum in inaquoso.

Et tentauerunt deum in cordibus suis: ut peterent escas animabus suis.

Et male locuti sunt de deo: dixerunt, nunquid poterit de⁹ parare mensam in deserto?

Qui percussit petram ⁊ fluxerunt aque: ⁊ torrentes inũdauerunt.

Nunquid et panem poterit dare: aut parare mensam populo suo?

Ideo audiuit dñs ⁊ distulit: ⁊ ignis accẽsus est in iacob, ⁊ ira dei ascendit in israel

Quia non crediderunt in deo: nec sperauerunt in salutari eius.

Et mãdauit nubibus desuper: et ianuas celi aperuit.

Et pluit illis mãna ad mãducandum: et panem celi dedit eis.

Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantiam.

Transtulit austrum de celo: et induxit in virtute sua africum.

Et pluit super eos sicut puluerem carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.

Et manducauerunt ⁊ saturati sunt nimis, ⁊ desiderium eorũ attulit eis: nõ sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum: et electos israel impediuit.

In omnibus his peccauerunt adhuc: ⁊ non crediderũt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate dies eorum: ⁊ anni eorum cũ festinatione.

Cum occideret eos querebant eum et reuertebantur: et diluculo veniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: ⁊ de⁹ excelsus redemptor eorũ est.

Et dilexerunt eũ in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Ipse autem est misericors ⁊ propitius fiet peccatis eorũ: et non disperdet eos.

Et abundauit vt auerteret iram suã: et non accendit omnem iram suam.
Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens et nõ rediens.
Quotiens exacerbauerunt eum in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso.
Et conuersi sunt et tentauerunt deum: et sanctum israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit i egypto signa sua: et prodigia sua in campo thaneos.
Et conuertit in sanguinem flumina eorum: et imbres eorum ne biberent.
Misit in eos cynomyam et comedit eos: et ranam et disperdidit eos.
Et dedit erugini fruct⁹ eorum: et labores eorum locuste
Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumẽta eorum: et possessionem eorum igni.
Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et iram et tribulationem, immissiones per angelos malos.
Viam fecit semite ire sue et non pepercit a morte animarum eorum: et iumenta eorum in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra egypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis cham.
Et abstulit sicut oues populum suum: et perduxit eos tã quam gregem in deserto.
Et eduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eorũ operuit mare.
Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montem quem acquisiuit dextera eius
Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus israel.
Et tentauerunt et exacerbauerũt deum excelsum: et testimonia eius non custodierũt.
Et auerterunt se et non seruauerũt pactum: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.
In iram cõcitauerunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationem eum prouocauerunt.
Audiuit de⁹ et spreuit: et ad nihilum redegit valde israel
Et repulit tabernaculum silo: tabernaculum suũ vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: et pulchritudinẽ eorũ in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suã spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentate.
Sacerdotes eorũ in gladio ceciderunt: et vidue eorũ non plorabantur.

Et excitatus est tanquam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus a vino.
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda: montem sion quem dilexit.
Et edificauit sicut unicornis sanctificium suum: in terra quam fundauit in secula.
Et elegit dauid seruum suum et sustulit eum de gregibus ouium: de post fetantes accepit eum.
Pascere iacob seruum suum: et israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuum suarum deduxit eos
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio amen.
Tu es deus qui facis mirabilia. Psalmus.lxxviij.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt hierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre.
Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret
Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Usquequo domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt.
Quia comederunt iacob: et locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis.
Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.
Ne forte dicant in gentibus, ubi est deus eorum? et innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachii tui: posside filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine.
Nos autem populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum.
In generatione et generationem: annunciabimus laudem tuam. Psalmus.lxxix.

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph.
Qui sedes super cherubin

manifestare corã effraim ben iamin et manasse.
Excita potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos.
Deus conuerte nos: & osten de faciem tuam & salui eri=mus.
Domine deus virtutũ quo=usqꝫ irasceris: super orationẽ serui tui?
Cibabis nos pane lachry=marum: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.
Posuisti nos in cõtradictio=nem vicinis nostris: & inimi=ci nostri subsannauerũt nos.
Deus virtutũ conuerte nos: et ostende faciem tuam & sal=ui erimus.
Vineam de egypto transtu=listi: eiecisti gentes et plan=tasti eam.
Dux itineris fuisti in cõspe=ctu eius: & plantasti radices eius & impleuit terram.
Operuit montes vmbra ei⁹: & arbusta eius cedros dei.
Extendit palmites suos vs=qꝫ ad mare: et vsqꝫ ad flumen propagines eius.
Vt quid destruxisti maceriã eius: & vindemiant eam o=mnes qui pretergrediuntur viam?
Exterminauit eam aper de silua: et singularis ferus de=pastus est eam.
Deus virtutum conuertere: respice de celo et vide & visita vineam istam.
Et perfice eam quam plan=tauit dextera tua: et super fi=lium hominis quem confir=masti tibi.
Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui per=ibunt.
Fiat manus tua super vi=rum dextere tue: et super fi=lium hominis, quem confir=masti tibi.
Et non discedimus a te vi=uificabis nos: & nomen tuum inuocabimus.
Domine deus virtutum cõ=uerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.
Gloria patri & filio. ãn. Pro=pitius esto peccatis nostris do=mine. ℣. Gaudebunt labia mea dum cantauero tibi. ℟. Et anima mea quam redemi=sti. Ante laud. ℣. Fiat mia.
¶ In laudibus ãn. Tibi soli peccaui domine miserere mei Psalm⁹. Miserere mei deus.

Psalmus. lxxxix.

Domine refugium fact⁹ es nobis: a generatio=ne in generationem.
Priusqꝫ mõtes fierẽt aut for=maretur terra & orbis: a secu=lo & vsqꝫ in seculum tu es de⁹
Ne auertas hominem in hu=militatem: & dixisti conuerti=mini filij hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanqꝫ dies hester=na que preterijt.
Et custodia in nocte: que pro nihilo habentur eorum anni erunt.
Mane sicut herba transeat: mane floreat & transeat: vespe=re decidat induret et arescat.
Quia defecimus in ira tua:

et in furore tuo turbati sum⁹

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerūt: et in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorū nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.

Quis nouit potestatem ire tue: & pre timore tuo iram tuā dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.

Conuertere domine vsqȝquo: & deprecabilis esto super seruos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Letati sumus pro dieb⁹ quib⁹ nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.

Respice in seruos tuos & in opera tua: & dirige filios eorū.

Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opera manuum nostrarum dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige.

Gloria patri. ān. Domine refugium factus es nobis. ān. In matutinis dn̄e meditabor in te. ps. Deus deus meus.

Canticum Moysi.

Exodi 15

Cantemus domino, gloriose enim magnificat⁹ est: equum et ascensorem proiecit in mare.

Fortitudo mea et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem.

Iste deus meus & glorificabo eum: deus patris mei & exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius: currus pharaonis & exercitū eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt i mari rubro: abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundū quasi lapis

Dextera tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine percussit inimicum: et in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos.

Misisti iram tuam que deuorauit eos sicut stipulam: et in spiritu furoris tui congregate sunt aque.

Stetit vnda fluēs: cōgregate sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimic⁹, persequar et comprehendam & diuidā spolia: implebitur anima mea.

Euaginabo gladiū meum: et interficiet eos man⁹ mea.

Flauit spiritus tuus & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortib⁹ domine, quis similis tui? ma

gnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis & faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam: et deuorauit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua: populo quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores philistiim.

Tunc conturbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores chanaan.

Irruat super eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui.

Fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine: donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo qd operatus es domine.

Sanctuarium tuum domine quod firmauerunt man⁹ tue: dominus regnabit in eternū et vltra.

Ingressus est enim eques pharao cum curribus & equitibus ei⁹ in mare: et reduxit super eos dn̄s aquas maris.

Filij autem israel ambulauerunt per siccum: in medio eius.

Gloria patri. an. In eternū domin⁹ regnabit & vltra. an. In sanctis eius laudate deū. ps. Laudate dn̄m de celis. Capm Vigilate. R. Domine ne in ira. vsq; ad xl. quando de quinta feria agitur: dicitur ad laudes sequens Hymnus

Lux ecce surgit aurea, palles fatiscat cecitas: que nosmet in preceps diu errore traxit deuio.

Hec lux serenum conferat, purosq; nos prestet sibi: nihil loquamur subdolum, voluamus obscurum nihil.

Sic tota discurrat dies, ne lingua mendax nec manus: oculi nec peccent lubrici, nec noxa corpus inquinet.

Spectator astat desuper, qui nos diebus omnibus: actusq; nostros prospicit, a luce prima in vesperum.

Deo patri sit gloria. Vsus. In matutinis. Per estatē hy⁹ Ecce iam noctis. ps. In matutinis. an. In sanctitate seruiamus domino & liberabit nos ab inimicis nostris. ps. Bn̄⁹.

¶ Feria sexta. Ad matutinas Inuitatoriū. Dominum qui fecit nos. Venite adoremus. Psalmus. Venite exultem⁹. R. Domine ne in ira. vsq; ad quadragesimam quando de sexta feria agitur: dicitur ad matu. sequens. Hy⁹.

Tu trinitatis vnitas, orbem potenter qui regis attende laudum cantica, que excubantes psallimus.

Iam lectulo consurgimus, noctis quieto tempore: vt flagitemus vulnerum a te medelam omnium.

Quo fraude quicquid demonum, in noctibus deliquim⁹: abstergat illud celit⁹ tue potestas glorie.

Ne corpus assit sordidum, nec torpor instet cordium: nec criminis cõtagio, tepescat ardor spiritus.

Ob hoc redemptor quesum⁹, nos reple tuo lumine: per qđ dierum circulis, nullis ruamur actibus.

Presta pater. Per eternitatem Hymnus Nocte surgentes vigilemus. Psalmus.lxxx.



Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob.

Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocundum cum cithara.

Buccinate in neomenia tubã: in insigni die solennitatis vestre.

Quia preceptũ in israel est: et iudicium deo iacob.

Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti: linguam quam nõ noverat audivit.

Divertit ab onerib⁹ dorsum eius: manus eius in cophino servierunt.

In tribulatione invocasti me et liberavi te: exaudivi te in abscondito tempestatis, probavi te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus et contestabor te: israel si audieris me non erit in te deus recẽs, neqꝫ adorabis deum alienum

Ego enim sum dominus de⁹ tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud.

Et non audivit popul⁹ me⁹ vocem meam: et israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibũt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici dñi mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.

Et cibavit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturavit eos. Psalmus.lxxxi.

Deus stetit ĩ synagoga deorum: in medio autẽ deos dijudicat.

Usqꝫquo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis?

Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.

Eripite pauperem et egenum: de manu peccatoris liberate.

Nescierunt neqꝫ intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fũdamẽta terre.

Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini: et sicut unus de

principibus cadetis.
Surge deus iudica terram: quoniã tu hereditabis in omnibus gentibus.
Gloria patri ꝛ filio. An. Exultate deo adiutori nostro.
Psalmus. lxxxij.
Deus quis similis erit tibi? ne taceas neq; cõpescaris deus.
Quoniã ecce inimici tui sonuerunt: ꝛ qui oderunt te extulerunt caput.
Super populum tuum malignauerunt consilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Dixerũt, venite ꝛ disperdamus eos de gente: ꝛ non memoretur nomen israel vltra.
Quoniam cogitauerũt vnanimiter simul aduersus te: testamentum disposuerunt tabernacula idumeorum, et ismaelite.
Moab et agareni gebel ꝛ amon et amalech: alienigene cum habitantibus tyrum.
Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filijs loth.
Fac illis sicut madian ꝛ sisare: sicut iabin in torrente cison.
Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre.
Pone principes eorum sicut oreb ꝛ zeb: et zebee ꝛ salmana.
Omnes principes eorũ qui dixerunt: hereditate possideamus sanctuarium dei.
Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante faciem venti.
Sicut ignis qui comburit siluam: ꝛ sicut flamma comburens montes.
Ita persequeris illos in tẽpestate tua: et in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuũ domine.
Erubescant et conturbẽtur in seculum seculi: ꝛ confundãtur et pereant.
Et cognoscant quia nomen tibi deus: tu solus altissimus in omni terra. Ps. lxxxiij.
Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini.
Cor meum ꝛ caro mea exultauerunt in deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi domum et turtur nidum: vbi reponat pullos suos.
Altaria tua dñe virtutum: rex meus et deus meus.
Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.
Beatꝰ vir cuiꝰ est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit.
Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur deꝰ deorum in sion.
Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deꝰ:

Et respice in faciem christi tui
Quia melior est dies vna in atriis tuis: super milia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus.
Nō priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: dn̄e virtutum beat⁹ homo qui sperat in te.
Gloria patri. An. Tu solus altissimus super omnem terram. Psalmus. lxxxiiij.
BEnedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuā: auertisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuā a nobis.
Nunquid ineternū irasceris nobis: aut extendes iram tuā a generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra
Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax osculate sunt.
Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos. Psalmus. lxxxv.
INclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego
Custodi animam meā quoniam sanct⁹ sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quoniam ad te clamaui, tota die letifica animā serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe domine orationem meam: intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: q2 exaudisti me
Non est similis tui in diis domine: et non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunq3 fecisti venient, et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et

faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua: letetur cor meũ vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine de⁹ meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: et eru'sti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quesierũt animam meã: et non proposuerunt te in cõspectu suo.
Et tu domine deus miserator & misericors: patiẽs & multe misericordie et verax.
Respice i me & miserere mei, da imperium tuũ puero tuo: & saluũ fac filium ancille tue
Fac mecum signum in bono vt videant qui oderunt me & confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me et consolatus es me.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio.
Benedixisti domine terram tuam. Psalmus.lxxxvi.
Fundamenta ei⁹ in montib⁹ sanctis: diligit dominus portas sion super omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab & babylonis: scientium me:
Ecce alienigene & tyrus et populus ethiopum: hi fuerũt illic.
Nunquid sion dicet homo et homo nat⁹ est in ea: & ipse fundauit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis populorum: & principum horum qui fuerũt in ea.
Sicut letantium omnium habitatio est in te. ps.lxxxvii
Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.
Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.
Estimat⁹ sum cũ descendentibus in lacum: fact⁹ sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormiẽtes in sepulchris, quorum nõ es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi.
Traditus sum & non egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia.
Clamaui ad te dñe: tota die expandi ad te manus meas.
Nũquid mortuis facies mi-

rabilia: aut medici suscitabūt et confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: et iustitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniet te.

Ut quid domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliat⁹ sum et conturbatus.

In me transierunt ire tue: et terrores tui cōturbauerūt me

Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul.

Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Aña. Fundamenta eius in montibus sanctis.

Psalmus. lxxxviij.

Misericordias domini: in eternum cantabo.

In generatione et generationem: annunciabo veritatē tuam in ore meo.

Quoniam dixisti in eternū misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis: iuraui dauid seruo meo, vsqꝫ in eternum preparabo semen tuum.

Et edificabo in generatione et generationem: sedē tuam

Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus equabitur domino: similis erit domino in filiis dei?

De⁹ qui glorificatur in consilio sanctorum: magn⁹ et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

Domine deus virtutū quis similis tibi? potens es domine et veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt celi et tua est terra: orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem et mare tu creasti.

Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua: iustitia et iudicium preparatio sedis tue.

Misericordia et veritas precedent faciem tuam: beat⁹ populus qui scit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exultabunt tota die: et in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniā gloria virtutis eo-

rũ tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Q uia domini est assumptio nostra: et sancti israel regis nostri.
T unc locutus es in visione sanctis tuis: et dixisti posui adiutorium in potente et exaltaui electum de plebe mea.
I nueni dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum.
M anus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confirmabit eum.
N ihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nõ apponet nocere ei.
E t concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eũ in fugam conuertam.
E t veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ei9
E t ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius.
I pse inuocauit me pater me9 es tu: deus meus et susceptor salutis mee.
E t ego primogenitum ponam illum: excelsum pre regibus terre.
I n eternum seruabo illi misericordiam meam: et testamẽtum meum fidele ipsi.
E t ponam in seculum seculi semen eius: et thronum eius sicut dies celi.
S i autem dereliquerint filij eius legem meam: et in iudicijs meis nõ ambulauerint
S i iustitias meas prophanauerint: et mandata mea nõ custodierint.
V isitabo in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum.
M isericordiam autẽ meam non dispergam ab eo: neq3 nocebo in veritate mea.
N eq3 prophanabo testamentum meum: et que procedunt de labijs meis nõ faciam irrita.
S emel iuraui in sctõ meo si dauid mentiar: semen eius in eternum manebit.
E t thronus eius sicut sol in cõspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum, et testis in celo fidelis.
T u vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuũ.
A uertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.
D estruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentũ ei9 formidinem.
D iripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
E xaltasti dexteram deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius.
A uertisti adiutorium gladij eius: et non es auxiliatus ei in bello.
D estruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.
M inorasti dies tẽporis ei9: perfudisti eum confusione.
V squequo domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare que mea substantia: nunquid enim vane constituisti filios hominum?
Quis est homo qui vivet et non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?
Ubi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti david in veritate tua?
Memor esto domine opprobrij servorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium.
Quod exprobraverunt inimici tui domine: quod exprobraverunt commutationem christi tui.
Benedictus domin⁹ in eternum: fiat fiat.
Quarto die qui flammeam solis rotam constituens: lune ministrans ordini, vagos recursus syderum.
Ut noctibus vel lumini, diremptionis terminum: primordiis & mensium signum dares notissimum.
Illumina cor hominū: absterge sordes mentium: resolue culpe vinculum: euerte moles criminum.
Presta pater piissime, patriq; cōpar vnice. &c. V. Dirigatur dn̄e. Per estatē hy. Lucis creator. Vlus. Dirigatur. An. Respexisti humilitatē meā domine deus meus. ps. Magnificat. Preces vt supra.
¶ Feria. v. ad vesp. ps. cxxxi.



Memento domine dauid: & omnis mansuetudinis eius.
Sicut iurauit domino: votū vouit deo iacob
Si introiero in tabernaculū domus mee: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimus eam in campis silue.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem

tuam: tu et arca sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iustitiam: et sancti tui exultent.
Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem christi tui.
Iurauit dominus dauid veritatem et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentum meum: et testimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eorum vsque in seculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
Uiduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari: et sancti ei⁹ exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo.
Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et secula seculorum amen. aña. Et omnis mansuetudinis ei⁹ ps. cxxxii.

Ecce quam bonum et quam iocundum: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam barbam aaron.
Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.
Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: et vitam vsque in seculum.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen. an. Ecce quam bonum et quam iocundum. Non dicitur ad vesperas iste

Psalmus. cxxxiij.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex sion: qui fecit celum et terram. ps. cxxxiiij.

Laudate nomen domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
Laudate dominum quoniam bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue.
Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui quod magnus est dominus: et deus noster pre omnibus dijs.
Omnia quecunque voluit dominus fecit: in celo et in terra, in mari et in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo

terre: fulgura in pluuiã fecit
Qui producit vẽtos de thesauris suis: qui percussit primogenita egypti ab homine vsq3 ad pecus.
Et misit signa & prodigia in medio tui egypte: in pharaonem & in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.
Seon regem amorrheorum, & og regem basan: & oĩa regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatẽ israel populo suo.
Domine nomen tuum in eternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem.
Quia iudicabit domin⁹ populum suum: & in seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentium argẽtum & aurum: opera manuũ hominum.
Os habent & non loquẽtur: oculos habent & non videbũt
Aures habẽt & non audiẽt: neq3 enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite dominum: domus aaron benedicite dominum.
Domus leui benedicite dominum: qui timetis dominũ benedicite dominum.
Benedictus dñs ex sion: qui habitat in hierusalem.
Gloria patri. ❧ Omnia quecũq3 voluit dñs fecit. Ps. cxxxv

Confitemini domino quõ bon⁹: quoniam in seculum misericordia eius.
Confitemini: deo deorum.
Confitemini: dño dñorum.
Qui facit: mirabilia magna solus.
Qui fecit celos: in intellectu
Qui firmauit terram super aquas.
Qui fecit: luminaria magna
Solem: in potestatem diei.
Lunam & stellas: in potestatem noctis.
Qui percussit egyptum: cũ primogenitis eorum.
Qui eduxit israel: de medio eorum.
In manu potenti: & brachio excelso.
Qui diuisit mare rubrum: in diuisiones.
Et eduxit israel: per mediũ eius.
Et excussit pharaonem & virtutem eius: in mari rubro.
Qui traduxit populum suũ: per desertum.
Qui percussit reges magnos.
Et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorum.
Et og regem basan.
Et dedit terram eorum: hereditatem.
Hereditatem israel: seruo suo.
Quia in humilitate nostra: memor fuit nostri.
Et redemit nos: ab inimicis nostris.
Qui dat escam: omni carni.
Confitemini: deo celi.

Confitemini domino domi- norum: quoniam in eternum misericordia eius.
Gloria patri. Aña. Qm̄ in eternū misericordia eius. Ps. cxxxvi.
Super flumina babylonis illic sedimus et flevimus: dū recordaremur tui syō
In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogaverūt nos: qui captivos duxerunt nos verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis syon.
Quomodo cantabimus canticum domini: in terra aliena?
Si oblitus fuero tui hierusalē: oblivioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.
Si non proposuero tui hierusalem: in principio leticie mee
Memor esto domine filiorū edom: in die hierusalem.
Qui dicūt exinanite exinanite: usque ad fundamentū in ea.
Filia babylōis misera: beatus qui retribuet tibi retributionē tuā quā retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: et allidet parvulos suos ad petram.
Gloria patri. Sicut erat. Aña. Hymnum cantate nobis de canticis syon. Cap. Dominus autem dirigat. Aña. Domine ne in ira. usque ad xl. Hymnus.
Magne deus potētie, qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti, partim levas in aera.
Diversa lymphis imprimēs subvecta celis irrigans: ut stirpe una prodita: diversa rapiant loca.
Largire cunctis servulis, quos mundat unda sanguinis: nescire lapsus criminū, nec ferre mortis tedium.
Ut culpa nullum deprimat, nullum levet iactantia: elisa mens ne concidat, elata mēs ne corruat.
Presta pater piissime: patrique compar unice. etc. Vsus. Dirigatur. Per estatē. Hymnus. Lucis creator. Vsus. Dirigatur domine. an. Deposuit potentes sanctos persequentes: et exaltavit humiles christum confitentes. Ps. Magnificat. Preces et cetera ut s. Et memoria ferie ut in secunda feria ad matutinas patet.

¶ Feria sexta. Ad vesperas. Psalmus. cxxxvii.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu angelorū psallam tibi: adorabo ad templū sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua et veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomē sanctum tuum.
In quacunque die invocavero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierūt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis domini: quonia magna est gloria dni

Quoniam excelsus domin9 & humilia respicit: & alta a lo ge cognoscit.

Si ambulauero in medio tri bulationis viuificabis me: & super iram inimicorum meo- rum extendisti manum tuam, et saluu me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in se culum: opera manuum tuaru ne despicias.

Gloria patri et filio: et spi- ritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semp. amen. In conspe- ctu angelorum psallam tibi deus meus. Psalm9. cxxxviij

Domine probasti me, et cognouisti me: tu cogno uisti sessionem meam & resur- rectionem meam.

Intellexisti cogitatioes me as de longe: semitam meam & funiculum meu inuestigasti.

Et omnes vias meas preui disti: quia non est sermo i lin- gua mea.

Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti su- per me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est & no potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam?

Si ascedero in celum tu il- lic es: si descendero in infer- num ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in ex- tremis maris.

Etenim illuc manus tua de- ducet me: et tenebit me dexte- ra tua.

Et dixi, forsitan tenebre co- culcabut me: & nox illumina- tio mea in delicijs meis.

Quia tenebre non obscura- buntur a te & nox sicut dies il- luminabitur: sicut tenebre e- ius ita & lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee.

Confitebor tibi quia terri- biliter magnificatus es: mi- rabilia opera tua & aia mea cognoscet nimis.

Non est occultatum os meu a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferiori- bus terre.

Imperfectum meum viderut oculi tui, & in libro tuo om- nes scribentur: dies formabu tur & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorifi cati sunt amici tui deus: ni- mis confortatus est principa tus eorum.

Dinumerabo eos & super a- renam multiplicabuntur: ex- urrexi & adhuc sum tecum.

Si occideris deus peccato- res: viri sanguinum declina- te a me.

Quia dicitis in cogitatio- ne: accipiant in vanitate ciui tates suas.

Nonne qui oderunt te domi ne oderam: & super inimicos tuos tabescebam.

Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.
Proba me deus ₰ scito cor meum: interroga me ₰ cognosce semitas meas.
Et vide si via iniquitatis in me est: ₰ deduc me in via eterna. Añ. Domine probasti me ₰ cognouisti me. Psal. cxxxix.
Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die cōstituebant prelia.
Acuerunt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum.
Custodi me domine de manu peccatoris: ₰ ab hominib9 iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
Dixi domino, deus meus es tu: exaudi domine vocem deprecationis mee.
Domine domine virt9 salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli.
Nō tradas me domine a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorū ipsorū operiet eos
Cadēt super eos carbones, in ignem deiicies eos: in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: ₰ vindictam pauperum.
Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: ₰ habitabunt recti cum vultu tuo.
Gloria patri. Añ. A viro iniquo libera me domine. Ps. cxl.
Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
Pone domine custodiā ori meo: ₰ ostium circunstātie labiis meis.
Non declines cor meum in verba malitie: ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: ₰ non communicabo cum electis eorum
Corripiet me iustus in misericordia ₰ increpabit me: oleum autē peccatoris non impinguet caput meum.
Qm̄ adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorū
Audient verba mea qm̄ potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.
Dissipata sunt omnia ossa nostra secus infernum, quia ad te domine dñe oculi mei: in te speraui non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: ₰ a scādalis

operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo ei⁹ peccatores: singulariter sum ego donec transeam.
Gloria patri. Dñe clamaui ad te exaudi me. ps. cxli.
Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationem meam: et tribulationem meam ante ipsum pnuncio.
In deficiendo ex me spiritũ meum: et tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabã: absconderunt laqueum mihi
Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me.
Periit fuga a me: et non est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationem meã: qr humiliat⁹ sum nimis
Libera me a persequentib⁹ me: quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam ad confitẽdum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi.
Gloria patri. Portio mea dñe in terra viuentiũ. Capm Dominus autem dirigat.
¶Sequens hy⁹ dr solum ad ves. feria vi prima ante dñicam primam quadragesime quando in predicta feria serũ agitur de feria. Hymnus.

Plasmator hominis de⁹, qui cuncta solus ordinans: humum iubes producere reptantis et fere genus.
Qui magna rerum corpora, dictu iubentis viuida: vt seruiant per ordinem, subdens dedisti homini.
Repelle a seruis tuis, quicquid per immunditiam: aut moribus se suggerit, aut actibus se interserit.
Da gaudiorum premia, da gratiarum munera: dissolue litis vincula, astringe pacis federa.
Presta pater. ℟. Dirigatur. Per estatem hy⁹. Lucis creator. ℟. Dirigatur. a. Suscepit deus israel puerũ suum sicut locutus est abraham et seminis eius: exaltauit humiles vsqꝫ in seculum. ps. Magnificat.
Preces et c. vrs. ij. tex. ad matuti. Non dr ad vesp. iste ps. cxlij. Domine exaudi orationem meã auribus percipe. et c.
¶Sabbato ad ves. ps. cxliiij.



Benedictus dñs deus meus qui docet man⁹ meas ad prelium: et digitos meos ad bellum.
Misericordia mea et refugiũ meum: susceptor meus et liberator meus.
Protector me⁹ et in ipso speraui: qui subdit populũ meum sub me.
Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut umbra pretereunt.
Domine inclina celos tuos et descende: tange montes et fumigabunt.
Fulgura coruscationem et dissipabis eos: emitte sagittas tuas et conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto: eripe me et libera me de aquis multis, et de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum est vanitatem: et dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum novum cãtabo tibi: i psalterio decachordo psallam tibi.
Qui das salutẽ regib⁹: qui redemisti david servum tuũ, de gladio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorũ alienorum, quorum os locutũ est vanitatem: et dextera eorũ dextera iniquitatis.
Quorum filii sicut novelle plãtationes: in iuventute sua
Filie eorum cõposite: circũornate ut similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oves eorum fetose abundãtes in egressibus suis: boves eorum crasse.
Non est ruina macerie neque transitus neque clamor: in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum cui hec sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.
Gloria patri et filio: et spũi.
Sicut erat. ãn. Benedictus dñs deus meus. Ps. cxliiij.

Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo in seculum, et in seculũ seculi.
Per singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuum in seculum, et in seculũ seculi.
Magnus dominus et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis.
Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentiam tuam pronunciabunt.
Magnificẽtiam glorie sanctitatis tue loquentur: et mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribiliũ tuorum dicent: et magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam abũdantie suavitatis tue eructabunt: et iustitia tua exultabunt.
Miserator et misericors dominus: patiens et multum misericors.
Suavis dominus universis: et miserationes ei⁹ super omnia opera eius.
Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur.
Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnum omnium seculorum: et dominatio tua in omni generatione et generationem.

et in sabbatis ad ves. a De⁹ omnium, usque ad aduentum quando de dnica agitur. Hymnus

O Lux beata trinitas, et principalis unitas: iam sol recedit igneus, ifunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine, te deprecemur vesperi: te nostra supplex gloria, per cũcta laudet secula.
Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclito, et nũc et in perpetuũ. Amẽ.
℣. Vespertina oratio ascendat ad te dñe. Et di an. ut decet.

Luc. I. Magnificat, anima mea dominum.
Et exultauit spiritus me⁹: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potẽs est: et sanctũ nomen ei⁹
Et mia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suũ: recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham et semini eius in secula.
Gloria patri. Sicut erat.
¶ Ad completorium dicto Pater noster. et Aue maria. In-

cipiat sacerdos.

Conuerte nos deus salutaris noster. Responsio.
Et auerte irã tuam a nobis
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandũ me festina. Psalmus. iiii.

Cõpleto. I



Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filij hominũ usquequo graui corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mẽdaciũ?
Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cũ clamauero ad eum.
Irascimini et nolite peccare que dicitis ĩ cordib⁹ vestris: et in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in dño: multi dicũt, quis ostẽdit nobis bona?
Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo.
A fructu frumẽti vini et olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiã et requiescam.
Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat ĩ principio et nũc et semper: et in secula seculorũ Amen. Psalmus. xxx.

In te domine speraui nõ confundar in eternum: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuã: accelera vt eruas me.
Esto mihi in deum protectorem ⁊ in domum refugij: vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu: ⁊ propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.
Gloria patri. Psalmus .xc.
Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.
Dicet dño, susceptor meus es tu: ⁊ refugium meum deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: ⁊ a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pẽnis ei⁹ sperabis
Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.
A sagitta volãte in die a negocio perambulante in tenebris: ab incursu ⁊ demonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille et decẽ milia a dextris tuis: ad te autẽ non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis cõsiderabis: ⁊ retributionẽ peccatorum videbis.
Quoniã tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum: ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis suis mãdauit de te: vt custodiãt te in omnibus viis tuis.
In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem ⁊ basiliscũ ambulabis: ⁊ cõculcabis leonem ⁊ draconem.
Qm̃ in me sperauit liberabo eum: protegam eum qm̃ cognouit nomen meum.
Clamauit ad me ⁊ ego exaudiam eũ: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum ⁊ glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: ⁊ ostendam illi salutare meum. Psalmus .cxxxiij.
Ecce nunc benedicite dominum: oẽs serui dñi.
Qui statis ĩ domo domini: in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite man⁹ vestras in sancta: ⁊ benedicite dominum.
Benedicat te domin⁹ ex siõ: qui fecit celum ⁊ terram.
Gloria. ãn. Miserere mihi domine: ⁊ exaudi orationẽ meã.
Hec predic. ã. dr sup hos ps per totũ aduẽ. ⁊ a crasti. octa. epi. vsq; ad xl. ⁊ a do. in pas. vsq; ad cenã do. ⁊ a crasti. sãcte trini. vsq; ad aduẽ. nisi in fest. ⁊ in oct. b. marie ⁊ ĩ festis reliquiarũ ⁊ oim̃ sctõꝝ. Cap.

Hiere. 14.

Tu in nobis es domine: et nomen sanctum tuum innocatum est super nos: ne derelinquas nos domine deus noster. Hoc cap. dicitur ad completo. per totum annum: nisi a cena domini usque ad octauas pasche. Hymnus.

Te lucis ante terminum, rerum creator poscimus: ut solita clementia, sis presul ad custodiam.

Procul recedant somnia et noctium fantasmata: hostemque nostrum comprime, ne polluantur corpora.

Presta pater omnipotens: per iesum christum dominum: qui tecum in perpetuum, regnat cum sancto spiritu. Amen.

℞. Custodi nos domine. Ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege nos.

Canticum Simeonis.

Luc. 2

Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel

Gloria patri. an. Veni domine visitare nos in pace: ut letemur coram te corde perfecto.

Kyrie eleison. &c. Sequantur preces.

Hoc completo. non mutatur in aduen. nisi in festis dupli. infra aduen. contingen. tunc enim mutatur hy. solum modo: et dr hy. Saluator. Et nisi in conce. bte marie cum infra aduen. cele. fuerit tunc enim in fine hym. dicitur Gloria tibi domine, qui natus es. &c.

Comple to. 2

In vigil. nati. dni ad completo. super pos a. Estote parati similes hominibus expectantibus dnm quando reuertatur a nuptiis. ps. Cum inuocarem. et ceteri ps consueti. cap. Tu in nobis es. Hymnus.

Saluator mundi domine, qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos protege, et salua omni tempore.

Adesto nunc propitius, et parce supplicantibus: tu dele nostra crimina, tu tenebras illumina.

Ne mentem somnus opprimat, nec hostis nos surripiat: nec ullis caro (petimus) commaculetur sordibus.

Te reformator sensuum, votis precamur cordium: ut puri castis mentibus surgamus a cubilibus.

Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum. Amen.

℟. Custodi. Hic hy. dr ad complet. quotidie usque ad oct. epi. et in ipsis oct. Et in oibus fest. dup. ab oc. epi. usque ad j. do. xl. Et in oibus fest. dup. a pasc. usque ad vig. nati. do. dr etiam in vigi. pent. et per ipsius hebdo. scz in v. et in vj. fer. et sab. Et quotidie p oct. et in oct. assump. et nati. b. ma. et dedica. ecclesie siue de oc. sit seruitium, siue de aliquo sco o. ix. l. Et p oc. corporis xpi ubi sunt cum regimi. cho. a.

Vigilate omnes et orate: nescitis enim quando temp⁹ sit: vigilate ergo: nescitis enim quando dñs veniet: sero an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venerit repẽte inueniat vos dormientes. ps Nūc dimittis. Preces et q̃ ad cõple. pertinẽt expleant.

Cõpleto. 3

¶ In die natiui. dñi ad completo. super ps añ Natus est nobis hodie saluator qui est christ⁹ dñs in ciuitate dauid. ps Cum inuocarem. Cp. Tu in nobis. Hy⁹ Saluator. R⁹ Custodi nos. añ Alla: verbum caro factum est alla: et habitauit in nobis alleluia alla. ps Nunc dimittis. Preces etc. vts. Hoc completo. nõ mutatur vsq; ad circuncisionem añ. vero super. Nunc dimittis. vz vsq; ad vigil. epi.

Cõpleto, 4

¶ In die circũcisionis dñi ad completor. añ Nato domino angelorũ chori canebant dicẽtes: salus deo nostro sedenti super thronum et agno. ps Cũ inuocarem. Cpm. Tu in nobis. Hy⁹ Saluator. R Custodi. añ Alleluia: verbum caro. ps Nunc dimittis. Preces etc que ad completo. pertinent expleantur. Hoc completo. non mutatur vsq; ad vigil. epiph.

Complet. 5

¶ In vigil. epip. ad complet. super ps añ Lux de luce apparuisti christe: cui magi munera offerunt alla alla alla. ps Cum inuocarẽ. Cp. Tu in nobis. Hy⁹ Saluator. R Custodi nos. añ Alla: omnes de saba venient alla: aurũ et th⁹ deferentes alla alleluia. ps. Nunc dimittis. Hoc comple. non mutatur per totam octa.

Cõpleto. 6

¶ In crastino epi. ad cõple. a. Miserere. ps Cum inuo. Cp. Tu in nobis. Hy⁹ Te lucis. R Custodi nos. a. Salua nos dñe vigilantes: custodi nos dormientes: vt vigilem⁹ cum christo et requiescam⁹ in pace ps Nũc dimittis. Preces vts etc. que ad complet. pertinent expleantur. Hoc comple. vz a crastino octa. epip. vsq; ad xl. Et a crasti. sctẽ trini. vsq; ad aduen. dñi nisi in festis dupl. et per octa. visitationis, assumptionis, et nati. beate marie, et dedicationis ecclesie: et nisi in commemoratione beate marie

Cõpleto. 7

¶ Dñica prima xl. ad cõplet. super ps añ. Signatum est super nos lumen vultus tui dñe: dedisti letitiam in corde meo. ps Cum inuocarẽ. Cpm Tu in nobis. Cleric⁹ R. In pace. Chor⁹ In idipsum dormiam et requiescam. Cleric⁹. R⁹ Si dedero somnũ oculis meis: et palpebris meis dormitationẽ. Chor⁹ Dormiam et requiescam. Clericus Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Chorus In pace. Hy⁹.

Christe qui lux es et dies, noctis tenebras detegis: lucisq; lumen crederis, lumen beatum predicans.

Precamur sancte domine, defende nos in hac nocte: sit nobis in te requies, quietam noctem tribue.

Ne grauis somnus irruat,

Cõ
to.

nec hostis nos surripiat: nec caro illi consentiens, nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant, cor ad te semper vigilet: dextera tua protegat, famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice, insidiantes reprime: guberna tuos famulos, quos sanguine mercatus es.

Memento nostri domine, in gravi isto corpore: qui es defensor anime, adesto nobis domine.

Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum. Amen. ℣. Custodi nos. an. Cum videris nudum operi eum: et carnem tuam ne despexeris: tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et gloria domini colliget te. ps. Nunc dimittis. Hec predicta an. vel Signatum est. et ℟. In pace. et hy. Christe qui lux es. dicantur quotidie ad complet. usque ad passionem domini, de quocunque fit servitium an. vero super Nunc dimittis. per quindecim dies

Comple to. 8

Dominica tertia xl. ad comple. an. Signatum est. ps. Cum invocarem. Chm. Tu in nobis. ℟. In pace. hy. Christe qui lux ℣. Custodi nos. ps. Nunc dimittis. an. Media vita in morte sumus: quem querimus adiutorem nisi te domine? qui pro peccatis nostris iuste irasceris. Sancte deus. Sancte fortis. Sancte et misericors salvator: amare morti ne tradas nos. ℣. Ne proiicias nos in tempore senectutis: cum defecerit virtus nostra ne derelinquas nos domine. Sancte deus. ℣. Noli claudere aures tuas ad preces nostras. Sancte fortis. ℣. Qui cognoscis occulta cordis parce peccatis nostris. Sancte et misericors. Hec an. dicitur super ps. Nunc dimittis. per xv. dies ℣. vero non dicitur nisi in sab. et in dominicis: et in festis ix lec. In fes. dup. ad utrumque comple. in superiori gradu dicantur loco nec habitu mutato.

Comple to. 9

Dominica in passione ad completo. an. Miserere. ps. Cum invocarem. Chm. Tu in nobis. Clericus. ℟. In manus tuas. Chorus prosequatur domine commendo spiritum meum. Clericus ℣. Redemisti me domine deus veritatis. Chorus. Commendo Non dicitur Gloria patri et filio. sed reincipiat clericus In manus. Hymnus.

Cultor dei memento te fontis, et lavachri rorem subisse sanctum, te chrismate innovatum.

Fac cum vocante somno castum petis cubile: frontem locumque cordis crucis figura signet.

Crux pellit omne crimen: fugiunt crucem tenebre: tali dicata signo mens fluctuare nescit.

Procul procul vagantum portenta somniorum: procul esto pervicaci prestigiator astu.

O tortuose serpens, qui mille per meandros fraudesque flexuosas agitas quieta corda.

Discede, christus hic est: christus hic est, liquesce: signum quod

ipse nosti damnat tuã catervã
Corpus licet fatiscẽs, iaceat recline paulum: christũ tamẽ sub ipso meditatur sopore.
Gloria eterno patri, et christo vero regi, paraclitoque sancto: nunc et in perpetuũ. Amẽ. ℣. Custodi nos. ps. Nunc dimittis. ãn. O rex gloriose inter sanctos tuos qui semper es laudabilis et tamen ineffabilis: tu in nobis es dñe: et nomen sanctum tuũ invocatũ est super nos: ne derelinquas nos deus noster: ut in die iudicij nos collocare digneris Inter sanctos et electos tuos Rex benedicte. ℣. Rex benedicte tuos per prospera dirige servos. Inter. Et dr usque ad finem an. Alius ℣. Ut tergant miseras pia per ieiunia culpas. Rex benedicte. Alius ℣. Atque colant pure solennia mystica pasche. Inter sanctos et electos tuos rex benedicte. usque ad finẽ. ãn. Hoc comple. dr quotidie usque ad cenã dñi supradicto modo: de quocũque fit servitiũ. Excepto quod in fer. nõ dñr ℣. post ℣. Nunc dimittis.

Cõpleto. 10

¶ Feria v. in cena dñi ad cõpleto. in primis inchoetur ab executore officij ãn. Christus factus est. sine nota ps. Cum invocarẽ. In te dñe. Ecce nũc Nunc dimittis. sine Gloria patri et filio: et spiritui. Post hos dr tota ãn Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortẽ autem crucis. Deinde dicat sacer. Dñs vobiscum. Et cum spũ. Oratio.

Respice qs dñe super hãc familiam tuam: pro qua dñs noster iesus christus non dubitavit manib[9] tradi nocẽtium, et crucis subire tormentum. que terminetur sic Qui tecum. etc. Dñs vobiscum. Et cum. Benedicam[9] dño. Deo grã

Cõpleto. 11

¶ Feria vj. in die pasceues ad cõple. incipiat sacer. ã. sine nota Christus factus est. et interim fiat genuflexio i choro. ã. etc. oia fiãt sicut in die cene: sine Dñs vo. et sine Orem[9]. et post ps̃m et ãn. dr Pater noster et Ave maria. et ps. Miserere. sine Gloria patri. cũ psalterio, Et finiatur cõplet. sacer. dicente orationẽ Respice qs dñe. sine Dñs vo. et sine Orem[9]. et sine Qui tecum. et sine Benedicamus. et sic compleatur.

Cõpleto. 12

¶ Sabbato sctõ in vigi. pasc. pulsatis cãpanis duobus signis dup. et tripli. incipiat sacer. Deus in adiu. Gloria patri etc. more solito sine Converte nos. ãn. incipiatur in superiori gradu Alla. iiij. ps̃i Cũ invo. In te. Ecce nũc. Nunc di. Et dñr hi psi pdicti sub una voce nullũ ps̃m exaltãdo: qd etiam obser. quotidie usque adoc. pas ad cõple. Finitis psis cũ Gloria tota dr ãn. Deinde dr Dominus vo. et Oremus. Oratio

Spiritũ nobis dñe tue charitatis infunde: ut quos sacramẽtis paschalib[9] satiasti, tua facias pietate cõcordes. Per dñm. eiusdem. cũ Dñs vobiscũ, et Benedicam[9] sine alla, ab executore officij.

Et sciendum est q hec oro dr quotidie ad xp. usq ad oc. pas.

Cople to. 13

¶ In die pasch. ad completo. **Deus in adiuto.** añ. & ps sicut in sab. Repetita añ. post psal. statim incipiatur a cãtore R. **Hec dies quam fecit dñs: exultemus & letemur in ea.** sine neuma. Deinde dicat sacer. V. **In resurrectione tua Christe Celi & terra letentur al. Dñs vo. Oremus.** Oratio. **Spiritũ nobis.** cum **Dñs vo.** & **Benedicamus.** sine **alla.** Hoc eodẽ modo dr completo. per totam hebdoma. usq ad sabbatum.

Cople to. 14

¶ Dñica in octa. pasche. Ad completo. **Conuerte nos.** et **Deus in adiuto** añ. **Alla alla alla alla.** ps. **Cum inuocarem In te domine speraui. Qui habitat. Ecce nunc.** Capitulũ **Tu in nobis.** Hymnus.

IEsu saluator seculi, verbũ patris altissimi: lux lucis inuisibilis, custos tuorum peruigil.

Tu fabricator oim discretor atq temporũ: fessa labore corpora, noctis quiete recrea.

Ut dum graui in corpore, breui manemus tempore: sic caro nostra dormiat, ut mens in christo vigilet.

Te deprecamur supplices, ut nos ab hoste liberes: ne valeat seducere tuo redemptos sanguine.

Quesumus auctor omnium, in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu, tuum defende populum.

Gloria tibi dñe, qui surrexisti a mortuis: cũ patre & sancto spiritu, in sempiterna secla Amẽ. V. **Custodi nos.** ã. **Alla. Resurrexit dñs alla, sicut dixit vobis alla alla.** ps. **Nunc dimittis.** Preces & cetera que ad cõple. pertinent expleant. Hoc cple. nõ mutatur usq ad ascen. dñi de quocunq sit seruic. nisi qñ dr de sancta maria: tunc em̃ dr in fine hym. **Quesum' auctor.** cum V. **Gloria tibi dñe, qui na.** Ita tñ q ã. super nos dr usq ad fes. s. trini.

Cople to. 15

¶ In vigi. ascens. dñi. Ad completo. super nos ut in oct. pas. cap. **Tu in nobis es.** Hy.

IEsu nostra redemptio, amor & desyderium, de' creator omnium, homo in fine temporum.

Que te vicit clementia, ut ferres nostra crimina: crudelẽ mortem patiẽs, ut nos a morte tolleres?

Inferni claustra penetrãs, tuos captiuos redimens: victor triumpho nobili, ad dexteram patris residens.

Ipsa te cogat pietas, ut mala nr̃a superes: parcẽdo & voti cõpotes, nos tuo vultu saties.

Tu esto nostrum gaudium, qui es futur' premium: sit nostra in te gloria, per cũcta semper secula.

Gloria tibi dñe, qui scãdis supra sydera: cum patre & scõ spũ, in sempiterna secla. Amẽ. V. **Custodi.** añ **Alla: ascendẽs christus in altum alla: captiuam duxit captiuitatem alleluia alla.** ps. **Nunc dimittis**

Hoc eodem modo dr comple. quotidie usq ad pen. de quocunq fit seruitiu: nisi quando dicitur de comemo. beate marie: tunc enim post ℟. Tu esto dr ℣. Gloria tibi dne, qui nat⁹.

Cople to. 16

¶ In vigil. pente. ad cupleto. an. Alla. iiij. vrs in octa. pas. Cpm. Tu in nobis. Hy⁹. Saluator. ℣. Custodi nos. an. Alleluia: spiritus paraclitus alleluia: docebit vos omnia alleluia alleluia. ps. Nunc dimittis. Preces et cetera q ad comple. pertinent expleantur

Cople to. 17

¶ In die pente. ad comple. an Alla. iiij. vrs ps. Cu inuocarem. Cpm. Tu in nobis. Hac die et tribus diebus sequentibus pro hym. dr ista sequetia

Alma chorus dni, nunc pangat nomina summi
Messias, soter, emmanuel, sabaoth, adonai.
Est unigenit⁹, via, vita, manus, homousion.
Principium primogenitus, sapientia, virtus.
Alpha, caput, finisq simul vocitatur, et est oo.
Fons, et origo boni, paraclitus, ac mediator.
Agnus, ouis, vitulus, serpens, aries, leo, vermis.
Os, verbum, splendor, sol, gloria, lux, et imago.
Panis, flos, vitis, mons, ianua, petra, lapisq.
Angel⁹, et sponsus, pastorq propheta, sacerdos.
Athanatos, kyrios, theos, et pantoncraton, ysus.
Saluificet nos.
Sit cui secla.
Per omnia doxa. Amen. ℣⁹. Custodi nos. Reliquis vero diebus dr hy⁹. Saluator. an Alla: spiritus paraclitus. ps. Nunc dimittis seruum tuu.

¶ In festo sancte trini. ad copleto. an. Miserere. ps. Cu inuocarem. Cpm. Tu in nobis. Hy⁹ Saluator. ℣⁹. Custodi nos. an. Lucem tuam dne nobis concede: vt destitutis cordium tenebris peruenire possim⁹ ad lumen quod est christus. ps. Nunc dimittis. Hoc comple. dr omnibus dup. fes. ab hac die usq ad aduen. dni. Et ab octa. epiph. usq ad do. i. xl. nisi in fest. et per octa. beate marie, et in fest. reliquiaru et oim sanctoru. Dicetur etia in fest. et in oct. dedica. ecclesie de quocunq fit serui. si extra adue. et xl. et tep⁹ pasc. eue. Et si per estatem contig. vel alias qn oct. cu reg. cho. habere poterit: sicut ht in eod. fest.

Cople to. 18

Cople to. 19

¶ In fes. reliquiarum et oim sanctorum ad compl. super ps. an Sanctorum precibus cunctorum redde salute corporis ac anime chre tuis famulis. ps Cum inuo. Cp. Tu in nobis. Hy⁹ Saluator. ℣. Custodi. an. Luce tuam. ps Nuc di.

Cople to. 20

¶ In purificatione beate marie ad completo. super psal. an Virgo verbo concepit, virgo permansit, virgo peperit rege omnium regu. ps Cum inuocarem. cp. Tu in nobis. Hy⁹ Saluator. ℣. Custodi nos. an Glorificamus. ps. Nunc di-

Cõple to. 21 ¶ In visita. et assump. eiusdem ad completorium super psal. an. Sancta maria virgo intercede pro toto mundo, quia genuisti regem orbis. ps. Cum invocarem. Cum. Tu in no. Hymnus Salva. v. Custodi. a. Glorificamus. ps. Nunc di.

Cõple to. 22 ¶ In nativitate eiusdem ad completo. super ps. an. Beata mater et innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. ps. Cum invocarem. Ca. hm. Tu in no. hy. Salvator. Vers. Custodi. an. Glorificamus te dei genitrix quia ex te natus est christus: salva omnes qui te glorificant. ps. Nunc dimit.

Kyrie eleison. iii. Christe eleison. iii. Kyrie eleisõ. iii. Predicta a. videlicet Glorificamus. dicitur in omnib' fes. et per octa. beate marie et in cõ. eiusdem per totum annum nisi in adven. et in annunciatione: et in tempore pascha.

¶ Sequuntur preces. Pater noster. Ave maria. Et ne nos inducas. Sed libera nos.

In pace in idipsum. Dormiã et requiescam. Credo in deum. Carnis resurrectionem. Et vitam eternam amen.

Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Laudemus et superexaltemus eũ in secula.

Benedictus es domine in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus et superexaltat' in secula.

Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors dominus. Amen. Confiteor. Misereatur. et Absolutionem. tã ad primam quam ad comple. per totum annũ quãdo Cõfiteor. dicitur: et dicitur privatim ut vix audiatur a cho. hoc mod.

¶ Sacer. respiciens ad al. Cõfiteor deo, beate marie, omnibus sanctis. vertẽs se ad chorum. et vobis: peccavi nimis cogitatione, locutione, et opere: mea culpa. respiciens ad altare. Precor sanctã mariã, et oẽs sanctos dei. Respiciẽs ad chorũ et vos orare pro me. Chorus respondeat ad eũ conversus. Misereatur. Postea primo ad altare cõversus. Cõfiteor. Deinde ad sacerdotem conversus ut prius sacerdos se habuit: deinde dicat sacerdos ad chorũ. Misereatur vestri omnipotens deus: et dimittat vobis omnia peccata vestra: liberet vos ab omni malo: conservet et cõfirmet in bono: et ad vitam perducat eternam. Amen.

Absolutionẽ et remissionẽ omnium peccatorum vestrorum, spaciũ vere penitentie, emendationem vite, gratiam et consolationem sancti spiritus: tribuat vobis omnipotẽs et misericors domin'. Amen.

Deus tu cõversus vivificabis nos. Et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis.

Dignare domine nocte ista.

Sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine. Miserere nostri.
Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum speravimus in te.
Domine deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.
Domine exaudi orationem.
Dominus vobiscum. Oremus.
He preces predicte dicuntur supradicto modo per totum annum ad compl. tam in fes. dupl. quam simpl. etiam cum reg. cho. Et in fer. nisi a cena domini usque ad octa. pasc. ita tamen quod in omnibus fer. per aduen. et a **Domine ne in ira.** usque ad cenam domini: et a **Deus omnium.** usque ad aduentum do. quando de fer. agitur: post ℟. **Fiat misericordia.** &c. statim sequatur **Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te. Miserere mei et exaudi me.** Sequatur ps. **Miserere.** totus ps. dicitur, cum **Gloria.** et **Sicut erat.** sine nota. Et tunc omnia fiant in prostra. ab inceptione. s. **Kyrie eleison.** usque post oro. et **Confiteor.** et **Misereatur.** et **Absolutionem.** ita tamen quod immediate post ps. erigat se sacerdos solus sic dicens.
Exurge domine adiuua nos Et libera nos propter nomen tuum.
Domine deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.
Domine exaudi. Et clamor.
Dominus vobiscum, Oremus.

Illumina quesumus domine deus tenebras nostras: et totius huius noctis insidias tu a nobis repelle propitius. Per dominum. in unitate.
Dominus vo. Benedicamus domino. Hec oro predicta cum cap. et ℟. **Custodi nos.** dicatur ad compl. per totum annum: nisi a cena do. usque ad octa. pasch.
¶ Omni die per annum post compl. de die: et post mat. de die preterquam in dupl. fest. Et per octa. corporis christi: et visitationis. assumptionis. et nati. beate marie et ded. ecclesie: et nominis iesu: et in die animarum: et in vigil. nati. dni: et abhinc usque ad inceptionem histo. **Dne ne in ira.** et a. iiii. fe. ante pasc. usque ad ince. hyst. **Deus omnium.** dicitur pro pace ecclesie cum genuflexione sine nota iste psalmus. Psalmus.
Ad te levaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus et despectio superbis.
Gloria. Finito ps. sequitur. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.
Et ne nos. Sed libera nos.
Exurge domine adiuua nos

Et libera nos propter nomē tuum.
Domine deus virtutum cō uerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus.
Domine exaudi. Et clamor.
Dominus vobiscum. Oratio.
Ecclesie tue dn̄e preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate: et pacem tuam nostris concede temporibus. Per christū. His dictis surgat sacer. et oēs clerici a prostratiōe osculātes formulas.
Psalmi penitentiales. Contra iram. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me
Miserere mei domine quoniā infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu dn̄e vsquequo?
Conuertere domine et eripe animam meam: saluū me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis cōfitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē: quoniā exaudiuit dn̄s vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: cōuertantur et erubescāt valde velociter.
Gloria patri. Sicut erat.
Contra superbiā. Psalmus.
Beati quorū remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniā tacui inueterauerūt ossa mea: dū clamarē tota die
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erūna mea dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meā dn̄o: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meū a tribulatione que circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruā te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.
In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui nō approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri. Sicut erat.
¶ Contra gulam. Psalmus.
Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et cōfirmasti super me manum tuam.
Nō est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meū: et sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerūt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum & curuat9 sum vsq; in finem: tota die cōtristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et nō est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliat9 sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meū: & gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.
Amici mei & proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de lōge steterunt: & vim faciebant qui querebant animam meā.
Et qui inquirebāt mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̄ surd9 non audiebam: et sicut mutus nō aperiens os suum.
Et fact9 sum sicut homo non audiens: et nō habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouētur pedes mei. super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor me9 in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meā annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniā sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus me9: ne discesseris a me
Intende in adiutoriū meū: domine deus salutis mee.

Gloria patri. Sicut erat.
¶ Contra luxuriam. Psalm⁹ miserere mei de⁹ secūdū. f.25.
¶ Contra auaritia. Psalm⁹.

Domine exaudi oratio=nem meam: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacunqȝ die tribulor inclina ad me aurem tuam
In quacunqȝ die inuocaue ro te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fum⁹ dies mei: et ossa mea sicut cre mium aruerunt.
Percussus sum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pelica no solitudinis: fact⁹ sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui, ⁊ factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mi=hi inimici mei: et qui lauda=bāt me aduersum me iurabāt
Quia cinerem tanq̄ panem māducabam: ⁊ potum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra decli nauerunt: et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternū permanes: et memoriale tuū in generatione ⁊ generationē
Tu exurgens domine mise reberis sion: quia temp⁹ mi=serendi eius, quia venit tēp⁹
Quoniam placuerūt seruis tuis lapides eius: et terre ei⁹ miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dominus siō: ⁊ videbitur in gloria sua
Respexit in oratione humi=liū: ⁊ nō spreuit precem eorū.
Scribantur hec in genera=tione altera: et populus qui creabitur laudabit dominū.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compe ditorum: vt solueret filios in=teremptorum.
Vt annuncient in sion no=men domini: et laudem eius in hierusalem.
In cōueniendo populos in vnum: et reges vt seruiant do mino.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meo=rum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorū: in generatio=ne ⁊ generationem anni tui.
Initio tu domine terrā fun dasti: et opera manuum tua=rum sunt celi.
Ipsi peribūt tu autem per=manes: et omnes sicut vesti=mentum veterascent.
Et sicut opertorium muta=bis eos et mutabuntur: tu au tem idem ipse es, et anni tui non deficient.
Filij seruorum tuorum ha=bitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen.

Contra inuidiam. Psalm⁹ De profundis. require sup.

Contra acediam. Psalm⁹.

Domine exaudi orationē meam, auribus percipe obsecrationē meā: in veritate tua exaudi me in tua iustitia

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimic⁹ animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spirit⁹ me⁹, in me turbatū est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi man⁹ meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notam fac mihi viā in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam:

Eripe me de inimicis meis domine ad te cōfugi: doce me facere voluntatem tuā, quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulāt animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. ā. Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parētū nostrorū, neqz vindictā sumas de pctīs nostris.

Nō dr vlteri⁹ qñ dr i choro.

Parce domine parce populo tuo quem redemisti precioso sanguine tuo: ne in eternum irascaris nobis: et ne des hereditatē tuā in perditionē ne in eternū obliuiscaris nobis

Notandum quod omni feriali die per totam .xl. dicitur letania sicut in secunda. fer. vsqz ad ordinem martyrum. Propitius esto. vsqz ad finem Et quicquid lacer. dicit de letania, cho. idem repetat plene et integre vsqz ad orationem Ut pacem nobis dones. Tūc respondeat chorus Te rogamus audi nos. tantum: et sic de singulis vsqz ad Fili dei. Te rogamus audi nos. Tūc respondeat chorus idem: et sic

de singulis usque ad Kyrie el.

¶ Feria secunda. Letania.

Kyrie eleison,
Christe eleison.
Christe audi nos.
Pater de celis deus:
Miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus:
Miserere nobis.
Spiritus sancte deus:
Miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus:
Miserere nobis.
Sancta maria ora
Sancta dei genitrix ora
Sancta virgo virginum
Ora pro nobis.
Sancte michael ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora
Omnes sancti angeli et archangeli dei. Orate pro nobis
Omnes sancti beatorum spirituum ordines. Orate pro.
Sancte ioannes baptista.
Ora pro nobis.
Omnes sancti patriarche et prophete. Orate pro nobis.
Sancte petre ora
Sancte paule ora
Sancte andrea ora
Sancte ioannes ora
Sancte iacobe ora
Sancte thoma ora
Sancte philippe ora
Sancte iacobe ora
Sancte matthee ora
Sancte bartholomee ora
Sancte simon ora
Sancte thadee ora
Sancte mathia ora
Sancte barnaba ora
Sancte marce ora
Sancte luca. ora
Omnes sancti apostoli et euangeliste. Orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli domini et innocentes. Orate.
Hucusque dicitur in singulis letaniis.

¶ Feria secunda in quadragesima.

Sancte stephane ora
Sancte line ora
Sancte clete ora
Sancte clemens ora
Sancte fabiane ora
Sancte sebastiane ora
Sancte cosma ora
Sancte damiane ora
Sancte prime ora
Sancte feliciane ora
Sancte dionysi cum sociis tuis. Ora pro nobis.
Sancte victor cum sociis tuis
Ora pro nobis.
Omnes sancti martyres.
Orate pro nobis.
Sancte siluester ora
Sancte leo ora
Sancte hieronyme ora
Sancte augustine ora
Sancte isidore ora
Sancte iuliane ora
Sancte gildarde ora
Sancte medarde ora
Sancte albine ora
Sancte eusebi ora
Sancte swithune ora
Sancte birine ora
Omnes sancti confessores.
Orate pro nobis.
Omnes sancti monachi et eremite. Orate pro nobis.
Sancta maria magdalena.
Ora pro nobis.

Sancta maria egypciaca or.
Sancta margareta or.
Sancta scholastica or.
Sancta petronilla or.
Sancta genoueva or.
Sancta praxedis or.
Sancta soteris or.
Sancta prisca or.
Sancta tecla or.
Sancta afra or.
Sancta editha or.
Omnes sancte virgines.
Orate pro nobis.
Omnes sancti. Orate pro.
Propitius esto. Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos domine.
Ab insidiis diaboli. Libera nos domine.
A dãnatione perpetua. Lib.
Ab imminentibus peccatorum nostrorũ periculis. Lib.
Ab infestationib⁹ demonũ. Libera nos domine.
A spiritu fornicationis. Li.
Ab appetitu inanis glorie. Libera nos domine.
Ab omni immunditia mentis et corporis. Libera nos.
Ab ira ⁊ odio et omni mala voluntate. Libera nos domine
Ab immundis cogitationibus. Libera nos domine.
A cecitate cordis. Libera.
A fulgure et tẽpestate. Lib.
A subitanea et improuisa morte. Libera nos domine.
Per mysterium sancte incarnationis tue. Libera nos dñe
Per natiuitatem tuã. Libe.
Per sanctam circuncisionẽ tuam. Libera nos domine.
Per baptismum tuũ. Libera nos domine.
Per ieiunium tuũ. Libera.
Per crucem ⁊ passionem tuã Libera nos domine.
Per preciosam mortem tuã. Libera nos domine.
Per gloriosam resurrectionem tuã. Libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam. Libera nos dñe.
Per gratiam sancti spiritus paracliti. Libera nos domine
In hora mortis. Succurre nobis domine.
In die iudicij. Libera nos.
Peccatores. Te rogam⁹ audi.
Ut pacẽ nobis dones. Te.
Ut misericordia ⁊ pietas tua nos custodiat. Te rogamus.
Ut ecclesiam tuam regere et defensare digneris. Te roga.
Ut donum apostolicum et omnes gradus ecclesie in sancta religione conseruare digneris. Te rogam⁹ audi nos
Ut episcopos ⁊ abbates nostros in sancta religione conseruare digneris. Te rogam⁹
Ut regi nostro et principibus nostris pacem et veram concordiam atq victoriã donare digneris. Te rogamus.
Ut congregationes omniũ sanctorum in tuo seruitio conseruare digneris. Te rogam⁹.
Ut cunctum populum christianum precioso sanguine tuo redemptum conseruare digneris. Te rogamus audi.
Ut omnibus benefactorib⁹ nostris sempiterna bona retribuas. Te rogam⁹ audi nos.

Ut animas nostras et parentum nostrorum ab eterna damnatione eripias. Te rogamus.
Ut fructus terre dare et conservare digneris. Te rogamus
Ut oculos misericordie tue super nos reducere digneris. Te rogamus audi nos.
Ut obsequium servitutis nostre rationabile facias. Te.
Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas. Te ro.
Ut miserias pauperum et captivorum intueri et relevare digneris. Te rogamus.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam dones. Te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris. Te rogamus audi nos.
Fili dei. Te rogamus audi.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi. Exaudi nos dne.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: Parce nobis dne.
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.
Kyrie eleison. Christe ek.
Kyrie eleison. Pater noster
Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos.
Ostende nobis dne miam tuam. Et salutare tuum da nobis.
Et veniat super nos misericordia tua domine. Salutare tuum scdm eloquium tuum.
Peccavimus cum patribus nostris. Injuste egimus iniquitatem fecimus.
Domine non secundum peccata nostra facias nobis. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Oremus pro omni gradu ecclesie. Sacerdotes tui induantur iusticiam, et sancti tui exultent
Pro fratribus et sororibus nostris. Salvos fac servos tuos et ancillas tuas, deus meus sperantes in te.
Pro cuncto populo christiano. Salvum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos usque in eternum.
Domine fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.
Anime famulorum famularumque tuarum. Requiescant in pace. Amen.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationem nostram: ut quos delictorum catena constringit, miseratio tue pietatis absolvat. Per christum dnm nostrum. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos pontifices et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: et ut in veritate tibi complaceant, perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Oratio.

Deus qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum cordibus fide-

lium infundis: da famulis et famulab⁹ tuis fratribus ꝛ sororibus nostris pro quibus tuam deprecamur clementiã salutem mentis ꝛ corporis: vt te tota virtute diligãt, ꝛ que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Oratio.

Deus a quo sancta desideria recta consilia ꝛ iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mund⁹ dare non potest pacẽ: vt ꝛ corda nostra mandatis tuis dedita, ꝛ hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione trãquilla. Oratio.

Ineffabilem miam tuã nobis q̃s dñe clementer ostẽde: vt simul nos ꝛ a peccatis omnibus exuas, ꝛ a penis quas pro his meremur benignus eripias. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor ꝛ redẽptor animabus omnium fidelium defunctorum remissionem cũctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Oratio.

Pietate tua quesum⁹ domine nostrorum solue vincula omnium delictorum: ꝛ intercedẽte beata ꝛ gloriosa semperqꝫ virgine dei genitrice maria cum omnib⁹ sanctis, nos famulos tuos ꝛ omnem populum catholicum in omni sanctitate custodi: omnesqꝫ consanguinitate ac familiaritate vel cõfessione nobis iunctos, seu omnes christianos a vitiis purga, virtutibus illustra. Pacem ꝛ salutem nobis tribue, hostes visibiles ꝛ inuisibiles remoue, pestem repelle, amicis ꝛ inimicis nostris charitatem largire, et omnibus fidelib⁹ viuis ac defunctis in terra viuentium vitam ꝛ requiẽ eternam concede. Per eundẽ christum dominum nostrũ. Amen

¶ Feria tertia in quadragesima ordo martyrum. ꝛc.

Sancte thoma or
Sancte sixte or
Sancte corneli or
Sancte cypriane or
Sancte ioannes or
Sancte paule or
Sancte marcelline or
Sancte petre or
Sancte vite or
Sancte modeste or
Sancte adriane or
Sancte nicasi cũ sociis tuis Ora pro nobis
Sancte eustachi cum sociis tuis or
Omnes sancti martyres. Orate pro nobis.
Sancte gregori or
Sancte augustine or
Sancte ambrosi or
Sancte remigi or
Sancte donatiane or
Sancte eligi or
Sancte audomare or
Sancte sulpici or
Sancte paterne or
Sancte patrici or
Sancte dunstane or
Sancte grimbalde or
Omnes sancti confessores.

Orate pro nobis.
Omnes sancti monachi et eremite. Orate.
Sancta felicitas or.
Sancta perpetua or.
Sancta columba or.
Sancta christina or.
Sancta eulalia or.
Sancta eufemia or.
Sancta eugenia or.
Sancta gertrudis or.
Sancta ragenfledis or.
Sancta batildis or.
Sancta anastasia or.
Sancta etheldreda or.
Omnes sancte virgines ort.
Omnes sancti ort.
Propitius esto. Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos
Ab insidiis diaboli. Libera nos domine.
A damnatione perpetua. Libera nos domine.
Ab imminentibus peccatorum nostrorum &c. vt supra.

¶ Feria quarta in xl.

Sancte laurenti or.
Sancte tyburti or.
Sancte valeriane or.
Sancte prothe or.
Sancte hyacinthe or.
Sancte abdon or.
Sancte sennes or.
Sancte timothee or.
Sancte apollinaris or.
Sancte saturnine or.
Sancte maurici cum sociis tuis or.
Sancte gereon cum sociis tuis or.
Omnes sancti martyres. Orate pro nobis.
Sancte hylari or.
Sancte martine or.
Sancte brici or.
Sancte amande or.
Sancte vedaste or.
Sancte germane or.
Sancte ausberte or.
Sancte volfrane or.
Sancte arnulphe or.
Sancte syluine or.
Sancte taurine or.
Sancte cuthberte or.
Omnes sancti confessores. Orate pro nobis.
Omnes sancti monachi et eremite ort.
Sancta agatha or.
Sancta susanna or.
Sancta brigida or.
Sancta barbara or.
Sancta marina or.
Sancta martina or.
Sancta felicula or.
Sancta iulita or.
Sancta sapientia or.
Sancta fides or.
Sancta spes or.
Sancta charitas or.
Omnes sancte virgines ort.
Omnes sancti Orate.
Propitius esto. Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libe. &c. vt s.

¶ Feria quinta in xl.

Sancte vincenti or.
Sancte geruasi or.
Sancte prothasi or.
Sancte timothee or.
Sancte simphoriane or.
Sancte felicissime or.
Sancte agapite or.
Sancte albane or.
Sancte gorgoni or.

Sancte achillee or.
Sancte hippolyte cum socijs tuis Ora pro nobis
Sancte luciane cum socijs tuis Ora pro nobis.
Omnes sancti martyres. orate
Sancte nicolae or.
Sancte audoene or.
Sancte romane or.
Sancte laude or.
Sancte machute or.
Sancte sanson or.
Sancte placide or.
Sancte columbane or.
Sancte antoni or.
Sancte machari or.
Sancte richarde or.
Sancte ethelwolde or.
Omnes sancti confessores orate
Omnes sancti monachi et eremite orate
Sancta cecilia or.
Sancta fides or.
Sancta austreberta or.
Sancta emerentiana or.
Sancta potentiana or.
Sancta opportuna or.
Sancta sophia or.
Sancta iuliana or.
Sancta beatrix or.
Sancta crescentia or.
Sancta walburgis or.
Sancta ermenildis or.
Omnes sancte virgines orate
Omnes sancti orate
Propitius esto. Parce. &c. bis

¶ Feria tertia in .xl.

Sancte quintine or.
Sancte christofore or.
Sancte lamberte or.
Sancte georgi or.
Sancte marcelle or.
Sancte theodore or.
Sancte valentine or.
Sancte chrisogone or.
Sancte felix or.
Sancte adaucte or.
Sancte bonifaci cum socijs tuis or.
Sancte kyliane cum socijs tuis or.
Omnes sancti martyres orate
Sancte benedicte or.
Sancte maure or.
Sancte maiole or.
Sancte egidi or.
Sancte wandregisille or.
Sancte wolmare or.
Sancte philiberte or.
Sancte bertine or.
Sancte winoce or.
Sancte iudoce or.
Sancte petroce or.
Sancte botulphe or.
Omnes sancti confessores orate
Omnes sancti monachi et eremite. orate
Sancta lucia or.
Sancta katherina. or.
Sancta sabina or.
Sancta iustina or.
Sancta eufraxia or.
Sancta fausta or.
Sancta monegundis or.
Sancta aldegundis or.
Sancta radegundis or.
Sancta prentia or.
Sancta benigna or.
Sancta walburgis or.
Omnes sancte virgines orate
Omnes sancti orate
Propitius esto. Parce. &c. bis

¶ Sabbato in quadragesima

Sancte calixte or.
Sancte urbane or.
Sancte magne or.

Sancte menna or.
Sancte rufe or.
Sancte valeri or.
Sancte processe or.
Sancte martiniane or.
Sancte marce or.
Sancte marcelline or.
Sancte gordiane cum sociis tuis or.
Sancte pancrati cum sociis tuis Ora pro nobis.
Omnes sancti martyres orate.
Sancte aldelme or.
Sancte aniane or.
Sancte euurci or.
Sancte basili or.
Sancte maurili or.
Sancte germane or.
Sancte ausberte or.
Sancte mammerte or.
Sancte vvilbrorde or.
Sancte leonarde or.
Sancte athanasi or.
Sancte osvvalde or.
Omnes sancti confessores orate.
Omnes sancti monachi et eremite orate.
Sancta agnes or.
Sancta benedicta or.
Sancta martha or.
Sancta helena or.
Sancta euprepia or.
Sancta candida or.
Sancta basilissa or.
Sancta balbina or.
Sancta ursula or.
Sancta victoria or.
Sancta corona or.
Sancta sexburgis ora.
Omnes sancte virgines orate.
Omnes sancti orate.
Propitius esto. Parce. Et dis
Finit [illegible] ad usum Sar.

¶ In vigil. mortuorum. Ad vesperas an. Placebo dño in regione vivorum. ps. Dilexi, quoniam exaudiet dominus. dicimus versus huius psalmi. scilicet Placebo. non psallatur: sed statim loco an. cantetur secundum usum Sar. an. Heu me quia incolatus meus: prolongatus est. ps. Ad dñm cum tribularer. an. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animã tuam dñs. ps. Levavi oculos meos in montes. an. Si iniquitates observaveris domine: domine quis sustinebit? ps. De profundis clamavi ad te dñe. Ana. Opera manuum tuarũ dñe ne despicias. ps. Confitebor tibi. ℣. A porta inferi. an. Audivi vocem de celo dicentem: beati mortui qui in domino moriuntur. ps. Magnificat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. et Ave maria. Deinde alta pronunciatione. Et ne nos inducas. Dicatur ps. Lauda anima mea dominum. Finito psal. dicat executor officii versum. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue domine. Credo videre bona domini. In terra viventium. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Pro corpore presenti cum ... fuerit dicitur ista oratio tam ad Placebo. quam ad Dirige. Oratio maior.

Deus cui proprium est misereri semper et par-

cere, te supplices deprecamur pro anima famuli tui vel famule tue, quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi, atque ad regionem viuorum perduci: et quia in te sperauit et credidit, sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per. In die tricennali pro quocunque fuerit dicitur ista oratio ad Placebo.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere propitiare anime famuli tui vel famule tue, et omnia eius peccata dimitte: vt mortis vinculis absolutus vel absoluta, transire mereatur ad vitam. In anniuersa. de quocunque fuerit dicitur ista oratio ad Placebo. Oratio.

DEus indulgentiarum domine: da anime famuli tui vel famule tue (cuius anniuersarium depositionis diem commemoramus) refrigerij sedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem.

¶ Pro episcopis defunctis dicitur ista oratio ad Placebo. Oratio.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate censeri: presta quesumus, vt quorum vicem ad horam gerebant in terris: eorum perpetuo consortio letentur in celis.

¶ Pro fratribus et sororibus dicitur ista oratio ad Placebo.

DEus venie largitor et humane salutis auctor, quesumus clementiam tuam: vt nostrarum congregationum fratres et sorores qui ex hoc seculo transierunt: intercedente beata maria semper virgine, et beato michaele archangelo cum omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas.

Oratio generalis ad Placebo.

FIdelium deus omnium conditor et redemptor animabus omnium fidelium defunctorum, remissionem cunctorum tribue peccatorum, vt indulgentiam quam semper optauerunt: piis supplicationibus consequantur. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus per omnia. Non dicatur Dominus vobiscum, neque Requiescant in pace. quando immediate sequitur Dirige.

¶ Ad matuti. an. Dirige domine deus meus, in conspectu tuo viam meam. ps. Verba mea. an. Conuertere domine et eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui. ps. Domine ne in furore .i. a. Nequando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat neque qui saluum faciat. ps. Domine deus meus. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Pater noster. Et ne nos Non dicatur Iube. Lectio .i.

PArce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum

Job. 17.

cor tuum? Visitas eum diluculo et subito probas illum. Usque quo nō parcis mihi: nec dimittis me ut glutiam salivam meam? Peccavi. Quid faciam tibi o custos hominū? Quare posuisti me contrariū tibi: et factus sum mihimetipsi gravis? Cur nō tollis peccatum meum: et quare nō aufers iniquitatē meam? Ecce nunc in pulvere dormio: et si mane me quesieris non subsistam. Non dicatur Tu antē.

℟ Credo quod redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deum salvatorem meum. ℣ Quem visurus sum ego ipse et non alius: et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne. Lectio ii.

Job. 10.

Tedet animam meā vite mee: dimittā adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo. Noli me condemnare. Indica mihi cur me ita iudices. Nunquid bonū tibi videtur si calumnieris et opprimas me opus manuū tuarum: et consilium impiorū adiuves? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo et tu vides? Nunquid sicut dies hominis dies tui: et anni tui sicut humana sunt tēpora? Ut queras iniquitatē meam, et peccatum meū scruteris: et scias quia nihil impium fecerim. Cum sit nemo qui de manu tua possit eruere, ℟ Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidum: tu eis domine dona requiem et locum indulgentie. ℣ Qui venturus es iudicare vivos et mortuos et seculū per ignē Tu eis. Lectio tertia.

Job. 10.

Manus tue fecerunt me: et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me? Memēto (queso) quod sicut lutum feceris me: et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi: et visitatio tua custodivit spiritum meum. ℟ Domine quando veneris iudicare terram: ubi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccavi nimis in vita mea. ℣ Cōmissa mea paveo et ante te erubesco: dum veneris iudicare noli me condemnare, Quia peccavi nimis.

¶ Sciendū est quod quando corpus adest presens cuiuscunque fuerit et in anniversariis episcoporum tantum, repetatur tertiū sextū et nonū. Respons.

¶ In secundo nocturno. An. In loco pascue ibi me collocavit. Ps Dominus regit me. An Delicta iuventutis mee et ignorantias meas ne memineris domine. Ps Ad te domine levavi. Ana Credo videre bona domini in terra viventium. Ps Dominus illuminatio mea et salus mea. Vsus. In memoria eterna erit iustus.

Job. 13.

℟. Ab auditione. Lectio .iiij.

QVantas habeo iniquitates et peccata: scelera mea atque delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam: et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines et consumere me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in neruo pedem meum, et obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. ℟. Hei mihi domine quia peccaui nimis in vita mea: quid faciam miser? vbi fugiam nisi ad te deus meus? miserere mei Dum veneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est valde: sed tu domine succurre ei. Dum. Lectio .v.

4

Job. 14.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore: repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut vmbra: et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo vt quiescat donec optata veniat (et sicut mercenarij) dies eius. ℟. Ne recorderis peccata mea domine. Dum veneris iudicare seculum per ignem. ℣. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris. Lectio .vi.

5

Job. 15.

QVis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me: et abscondas me donec pertranseat furor tuus: et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum viuat? Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℟. Domine secundum actum meum noli me iudicare nihil dignum in conspectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatem tuam vt tu deus deleas iniquitatem meam. ℣. Amplius laua me domine ab iniustitia mea: et a delicto meo munda me, quia tibi soli peccaui. Ideo depre.

6

¶ In tertio no. an. Complaceat tibi domine vt eripias me: domine ad adiuuandum me respice. ps. Expectans. an. Sana domine animam meam quia peccaui tibi. ps. Beatus qui intelligit. an. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem domini? ps. Quemadmodum desiderat ceruus. ℣lus. Requiem. Lectio .vij.

Job. 17.

Spiritus me⁹ attenuabitur, dies mei breuiabuntur: & solum mihi superest sepulchrum. Nō peccaui: & in amaritudinib⁹ moratur oculus meus. Libera me domine: et pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes mee dissipate sunt, torquentes cor meum. Noctē verterunt in diem: & rursum post tenebras spero lucē. Si sustinuero, infernus domus mea est: & in tenebris straui lectulū meum. Putredini dixi, Pater meus es: mater mea & soror mea vermib⁹. Ubi est ergo nunc prestolatio mea et patientia mea? Tu es domine deus meus. ℟m. Peccantem me quotidie & non penitentē timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio miserere mei deus et salua me. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac domine: & in virtute tua libera me. Qr in inferno. Lectio octaua.

7

Job. 19

Pelli mee cōsumptis carnibus adhesit os meū: & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei saltē vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut de⁹: et carnib⁹ meis saturamini? Quis mihi tribuat vt scribātur sermones mei? Quis mihi det vt exarētur in libro stylo ferreo: aut plumbi lamina vel celte sculpātur in silice? Scio enim q redemptor me⁹ viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea: et in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum egoipse: et oculi mei conspecturi sunt: et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Respō. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidū tu eis domine dona requiem. Et lux perpetua. Lectio nona.

8

Job. 10

Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam cōsumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem: de vtero translat⁹ ad tumulum. Nunquid nō paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum: anteq̄ vadam & nō reuertar ad terram tenebrosam & opertā mortis caligine. Terram miserie & tenebrarū: vbi vmbra mortis & nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. ℟. Libera me domie de morte eterna in die illa tremēda. Quando celi mouēdi sunt & terra. Dum veneris iudicare seculum per ignē. ℣. Dies illa dies ire, calamitatis & miserie: dies magna et amara valde. Quando celi mouendi sunt. ℣s⁹ Quid ergo miserrimus quid dicam vel quid faciam dū nil boni perferā ante tantum iudicem? Dum ve. q.

9

Nunc christe te petimus miserere quesumus, qui venisti redimere perditos noli dānare redemptos. Dum ve. Deinde repetatur ℟. Libera, quod per totū annū obseruetur qñcunqȝ dicitur hoc ℟. Libera. In omni .iii. ℥. vi. fe. per annum qñ fiunt vigilie mortuorum cū .ix. ℗. et .iii. ℟. tantum: tunc erit .iii. ℟. Libera me domine de viis inferni. Qui portas ereas confregisti et visitasti infernum et dedisti eis lumen vt viderent te qui erāt in penis tenebrarū. ℣. Clamātes et dicentes aduenisti redemptor noster. Qui por. ℥c. Nō repetatur hoc ℟. añ lau. ℣. Requiescāt in pace. Amē.

¶ In laudibus antiphona.

1 Exultabunt domino ossa humiliata. ℗. Miserere. āñ. Exaudi domine orationem meā ad te omnis caro veniet. ℗s. Te

2 decet. āñ. Me suscepit dextera tua domine. ℗s. Deus deus.

3 āñ. A porta inferi erue domine animam meam. ℗. Ego v.

4 āñ Omnis spiritus laudet dominum. ℗s. Laudate. ℣ Requiem. āñ. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet et omnis qui viuit ℥ credit in me, non morietur in eternum ℗s. Benedict⁹. Kyrie eleison. Xpe el. Kyrie el. Pater no. sine pronunciatione. Et ne. Deinde dicatur. ℗ Exaltabo. quo finito dicatur. Requiem. et A porta inferi. Erue. Credo videre bona do. In terra vi.

5 Dominus vo. Et cū. Orem⁹.

¶ Pro corpore pñti ad laudȝ hec or. Deus cui proprīū. maior. In anniuersariis. v. dicuntur orationes De⁹ cui proprīū. minor. In trigintalib⁹ v. dicūtur orationes. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus cui nunqȝ sine spe misericordie supplicatur, propitiare anime famuli tui vel famule tue: vt qui vel que de hac vita in tui nominis confessione decessit, sanctorū tuorū numero facias aggregari.

Pro episcopis defunctis ad laudes. Oratio.

Deus cui⁹ misericordie nō est numerus, suscipe pro animabus famulorū tuorū pontificum preces nostras: et lucis eis letitieqȝ regionem in sanctorū tuorū societate concede. Pro fratrib⁹ ℥ sororib⁹ ad laudes Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiā tuā suplices deprecamur: vt aīas famulorū famularūqȝ tuarū quas de hoc seculo migrare iussisti, ī pacis ac lucis regione cōstituas: et sanctorū tuorum iubeas esse consortes. Per christum dñm. Oremus.

Deinde dicatur oratio pro familiaribus priuatim ad placitum: quib⁹ dictis sequatur oratio generalis in audiētia.

Animabus quesumus dñe omniū fideliū defunctorū oratio proficiat supplicantium: vt eas ℥ a pecca-

tis omnib⁹ exuas, & tue redē-ptiōis facias esse participes. Qui cū deo patre & spū sctō.

Expliciūt vigi. mortuorū.

In natali vnius apostoli siue euangeliste vel plurimorum apostolorum paschalis temporis videlꝫ ab oct. pasc. vsqꝫ ad pēte c. In tempore paschali ad i. vesp. super ps. feriales. ān.

Lux ppetua lucebit sanctis tuis & eternitas tēporum alleluia. minor. psal. feria. capla. ad vtrasqꝫ vesperas et ad matu. & ad alias horas dicūtur ppria si habeantur, sin autem, dicantur de cōmuni apostolorum reliqui tēporis. R. Candidi facti sunt nazarei eius alleluia: splendorem deo dederūt alleluia. Et sicut lac coagulati sunt. Alla alleluia. Vsus. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre verba eorū. Et sicut. Gloria. Alla. Hymn⁹.

Tristes erant apostoli de nece sui domini: quē pena mortis crudeli, serui dānarant impij.

Quesumus auctor omnium in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu tuū defende populum.

Gloria tibi domine, qui surrexisti a mortuis: cum patre & sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. Per octa. ascensionis domini: & deinceps vsqꝫ ad pentecostē dicūtur hi duo Vsus. in fine istius hymni.

Tu esto nostrū gaudiū, qui es futur⁹ premiū: sit nr̄a in te gloria: per cūcta semp secula.

Gloria tibi dn̄e, qui scandis supra sydera. &c. vts. V. Gauisi sunt discipuli. R. Viso dn̄o all. ā. Filie hierusalē venite & videte martyrē cū corona qua coronauit eū dn̄s i die solēnitatis & letitie all. al. ps. Magt.

Sciendū est q̄ hec ān. Filie hieru. et R. Filie hierusa. dicuntur in pasc. tempore tā in fest. vni⁹ mar. q̄ plurimorū mar. & tam in fest. vnius cōfes. q̄ plurimorū cōfesso. et semper cum his verbis. Filie hierusalem venite & videte martyrem. quia hoc dictū martyrē. pertinet ad christū passis.

Oratio propria vel de cōmuni reliqui temporis. Cōpl. pasc. nō mutatur. Ad matut. inuit. Exultēt in domino sancti all. ps. Venite. Hymnus. Tristes erant. hec sola ān. super ps. de ān. Tristitia vestra alleluia: vertetur in gaudiū alleluia. Tres ps. dicuntur secundum ordinē noc. de cōi apl̄orū reliqui temporis: & hoc per tps pas. vꝫ nō incipiēdo a. j. noc. in qualibet hebd. sed dicātur ps secūdū ordinē noc. hebd. sequē. Eodē mō fiat de mr. & de ceteris sctis in pdicto tpe cōtigētib⁹. V. Gauisi sūt discipuli. R. Virtute magna reddebāt apostoli Testimoniū resurrectiōis iesu xpi dn̄i nostri all. al. V. Repleti quidē de spū sctō loquebātur cum fiducia. Te. R. Isti sūt agni nouelli q̄ annūciauerūt al. Modo venerūt ad fontes repleti sunt cla

ritate alleluia alleluia. Hi. In conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibus eorum. Modo venerunt. Rm. Candidi facti sunt. vts. ad ves. V. Vox letitie et exultationis. R. In tabernaculis iustorum alleluia. In laudibus. Ana.

1 Sancti tui domine florebunt sicut lilium alleluia: et sicut odor balsami erunt ante te alleluia. ps. Dominus

2 regnavit. an. Sancti et iusti in domino gaudete alleluia vos elegit deus in hereditatem sibi alleluia. ps. Jubilate. a.

3 In velamento clamant sancti tui domine alleluia alleluia alleluia. ps. Deus deus meus

4 an. Spiritus et anime iustorum hymnum dicite deo nostro alleluia alleluia. ps. Be-

5 nedicite. an. In celestibus regnis sctorum est habitatio alleluia in eternum requies eorum alleluia. ps. Laudate. Cpm vts. Hymnus

Claro paschali gaudio, sol mundo nitet radio: cum christum iam apostoli visu cernunt corporeo.

O stensa sibi vulnera, in christi carne fulgida: resurrexisse dominum voce fatentur publica.

Rex christe clementissime, tu corda nostra posside: ut tibi laudes debitas reddamus omni tempore.

Q uesumus auctor omnium.

Gloria tibi domine, qui surrexisti. Per octa. ascen. domini: et deinceps usque ad pente. dicuntur hi Hi. Tu esto nostrum gaudium. Gloria tibi domine, qui scandis. V. Gaudete iusti in domino. R. Rectos decet collaudatio alleluia. an. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine: alleluia: et eternitas temporum alleluia alleluia alleluia. maior. ps. Benedictus. Oratio ut supra.

Ad primam. a. Sancti tui dne. ps. Deus in nomine.

Ad tertiam an. Sancti et iusti in. ps. Legem pone. cp. vts R. Tristitia vestra alleluia alleluia. V. Vertetur in gaudium alla alla. Gloria. Tristitia ve. V. Ius Preciosa.

Ad sextam. an. In velamento. ps. Defecit. rpm. ut supra. R. Preciosa est in conspectu domini. Alleluia alleluia. Hi. Mors sanctorum eius. Alleluia alleluia. Gloria. Preciosa. V. Gaudete.

Ad nonam. an In celestibus. p. Mirabilia. cap. ut su. R. Gaudete iusti in domino. Alleluia alla. Hi. Rectos decet collaudatio. Alleluia all. V. Vox letitie. Ad secundas vespe. an Sancti tui domine. ps. Dixit dominus. et ceteri psalmi de apostolo. vel qui temporis cp. vts. Si fuerit dup. fes. tunc dicatur. R. Candidi. Si autem nullum R. dicetur. hym. Claro pasc. V. Gaudete in. an Lux perpetua. minor. p. Mgt. orationes ut in his. festorum notatum est.

In natali unius mar. sive unius confes. ab octa pasche usque ad pente. in fes. cu regi. cho. Ad .i. ves. super pos. an.

Lux perpetua. minor. ps fer. cp. ad utrasq; vesp. & ad mat. & ad alias hor. dicantur propria si habeantur: sinautem, de communi reliqui tēporis. ℟ Filie hierusalem venite & videte martyrem cum corona qua coronauit eum domin⁹. In die solennitatis & letitie. Alleluia. ℣. Quoniam confortauit seras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te. In. Gloria. Alleluia. hym. ad vesp. et ad matu. de cōi. reliqui tēporis. ℣. Tristitia vestra. ān. Filie hierusalem. vt sup. ps. Magnificat. Ad matu. Inuit. Exultent in domino. ps. Venite exultem⁹. Hymn⁹ de communi reliqui temporis. Sup psal. ā. Tristitia vestra. Tres ps dicuntur de communi reliqui temporis secundum ordinem noctur. ℣ Preciosa est in cōspectu domini. ℟. Mors sanctorū eius alleluia. Quādo vero dicitur propria ā. super ps ad matuti. scilicet in commemo. tunc dicitur vsus. Tristitia vestra. ℟. Beatus vir qui metuit dominū alla. In mandatis ei⁹ cupit nimis alleluia alla alla. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. In. ℟ Preciosa est in conspectu domini: Mors sanctorum eius alleluia. ℣. In cōspectu omnis populi ei⁹. Mors. ℟. Filie hierusalem. vt s. ad ves. ℣ Vox letitie & exultationis. ℟. In tabernaculis iustorū alleluia. In laudib⁹. ā Sancti tui domine. & cetere āe que sequuntur vt s. Cā. et hy⁹ vt s dictum est. ℣⁹ Gaudete iusti. ān. Lux perpetua. maior. ps. Benedictus. Ad primam & ad alias ho. ā. ℟. & ℣⁹ vt supra. de apostolis dicantur. Ad. ij. vesp. ān. Sancti tui domine. ps fe. cp. vt supra dixim⁹. Si du. fes. fue. tunc dicitur ℟ Filie hierusalem. sinautem, nullum ℟ dr, hy⁹ de communi reliqui tēporis. ℣ Gaudete iusti in domino. ān Lux perpetua lucebit sanctis. minor. ps Magnificat. oratio vt supra.

¶ Et nota quod quando ān. Lux perpetua. minor dr ad vesp. super psal. tunc ad mēo. alicuius scti scz vni⁹ mar. vel cōfes. dr. Lux ppetua. maior.

¶ In natali vnius mar. siue vnius confes. pasch. temporis sine regimine chori. Ad primas vesperas. ān Alleluia. Et psal. fes. cpm et hym. reliqui temporis. ℣. Tristitia vestra. ān. Filie hierusalem. ps. Magnificat. Ad matut. Inui. &c. vt sup. vsq; ad laudes dicuntur. In laud. hec sola ān. Sancti tui domine. ps Dominus regnauit. ℣. Gaudete iusti in domino. ān Lux perpetua. minor. ps Benedictus. &c. vt s. Ad. j. et alias ho. omnia stant vt s de apostolis cū capitulis de cōmuni reliqui temporis vt ibi notatum est.

¶ In nata. plurimorum mar. siue plurimorum confess. siue regi. chori ab octa. pasch. vsq; ad pente. Ad primas ves. ān.

Alleluia. Si fe. ꝯm. et hym. de communi reliqui tēporis. ℟. **Tristitia vestra.** an. **Filie hierusalem.** ps. **Magnificat.** Ad matu. Inuita. **Exultēt in domino.** ps. **Venite.** hy⁹ de cōmuni reliqui temporis. Sup pos. ā. **Tristitia vestra.** Tres psal. dicantur de communi reliqui temporis secundum ordinem noct. ℣. **Preciosa est in conspectu domini.** ℟. **Tristitia vestra alleluia. Conuertetur in gaudium alleluia alleluia.** ℣. **Mūdus autem gaudebit: vos aūt contristabimini: sed tristitia vestra. Conuertetur.** ℟. **Preciosa est in conspectu.** ps. in cōmuni vnius mar. pasc. temporis. ℟. **Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine. Et eternitas temporū. Alleluia alleluia.** ℣. **Vox letitie & exultationis in tabernaculis iustorum. Et eternitas. Gloria. Alleluia.** ℣. **Vox letitie & exultationis.** In laudibus hec sola. a. **Sancti tui domine.** ps. **Dñs regnauit.** Cp. & hy⁹ de cōi reliqui tēporis. ℣. **Gaudete iusti in dño.** ān. **Lux perpetua.** minor ps. **Bñdict⁹.** Ad primā & ad alias ho. oīa fiāt vt sup. dictum est.

¶ Hic finit commune sanctorum tempore paschali.

¶ In natali vnius apostoli: siue plurimorum apostolorū per totum annum extra tempus paschale. Ad primas vesperas. ā. **Estote fortes in bello: & pugnate cū antiquo serpente: & accipietis regnū eternum alleluia.** Quando fit seruitium de cōmuni vni⁹ apostoli post septuagesimam tunc in fine isti⁹ āe loco **Alleluia.** dicatur. **Hec dicit dominus.** In aliis vero aāis loco **Alleluia.** dicatur illud verbū. **In eternum.** Psalmi feriales. Cp.

Eph. 2 D



Iam nō estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorū et domestici dei, superedificati sup fundamentum apostolorum & prophetarum. ℟m. **Qui sunt isti qui vt nubes volant. Et quasi columbe ad fenestras suas.** ℣. **Cādidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo. Et quasi. Gloria. Et quasi.** Hymnus.

Annue christe seculorū dñe nobis per huius. Quando fit mentio plurimorum apostolorū: tunc dicetur **horum chara tibi merita: vt que te corā grauiter deliquimus, huius soluātur gloriosis precibus.**

Salua redemptor plasma tuum nobile signatum sctō vultus tui lumine: ne lacerari sinas fraude demonū, propter quos mortis exoluisti preciū

Vole captiuos esse tuos seruulos: absolue reos, cōpeditos erige: & quos cruore redemisti proprio, rex bone tecum fac gaudere perpetim.

Sit tibi iesu benedicte dñe,

gloria victus honor et imperium: vna cum patre sanctoque paraclito, cum quib⁹ regnas deus ante secula. Amē. ℣. In omnem terrā exiuit sonus. ā. Beati eritis cum vos oderint homines et cum separauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis: gaudete et exultate, ecce enim merces vestra multa est in celo. ps. Magnificat. Oratio de vigi. dicitur ppria, si habeatur: sin autē, dicitur oratio de die. Et si necesse fuerit quod processio fieri debeat de festo alicuius apostoli: et non habeatur propria oratio de vigi. tūc dr ad processionē ista. Oratio

Quesumus omnipotens deus vt nostra deuotio que natalitia beati N. apostoli tui antecedit, patrocinia intercessionis eius accumulet. Per dominū. Ad matutinas. Inuitato. Regem apostolorū dominum. Venite adoremus. ps. Venite exultemus. Hy⁹. Annue christe. In primo noc. ān. In omnem terram exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorum. ps. Celi enarrant. ān. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos. ps. Benedicamā. Cōstitues eos principes super omnē terram: memores erūt nominis tui domine. ps. Eructauit. ℣. In omnem terram. ℟m. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum dicit dominus. Estote ergo prudētes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. ℣⁹. Dum lucem habetis credite in lucē: vt filii lucis sitis dicit dominus. Estote ergo. ℟. Tollite iugū meum super vos dicit dominus: et discite quia mitis sum et humilis corde. Iugū enim meum suaue est et on⁹ meū leue. ℣. Et inuenietis requiem animabus vestris. Iugū. ℟. Dum steteritis ante reges et presides: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣. Nō enim vos estis qui loquimini: sed spirit⁹ patris vestri qui loquitur in vobis. Dabitur. Gloria. Dabitur. In. ii. noct. ān. Principes populorū congregati sunt cum deo abrahā. ps. Omnes gentes. ān. Dedisti hereditatem timentib⁹ nomen tuum domine. ps. Exaudi deus deprecationem. ā. Annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerūt. ps. Exaudi deus orationem. ℣. Constitues. ℟. Vidi coniunctos viros habentes splendidas vestes et angelus domini locutus est ad me dicēs. Isti sunt viri sancti facti amici dei. ℣⁹. Vidi angelum dei volantem per medium celi voce magna clamantem et dicentem. Isti sunt viri sancti facti amici dei. Responsorium. Isti sunt triumphatores et amici dei qui contemnentes iussa principum meruerunt premia eterna. Modo coronantur et ac-

cipiunt palmam. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et laverũt stolas suas in sanguine agni. Modo coronantur. ℟. Fuerunt sine querela ante dominum et ab invicem non sunt separati. Calicem domini biberunt. Et amici dei facti sunt. ℣. Tradiderunt corpora sua propter deum ad supplicia ideo coronantur et accipiunt palmam. Calicem domini. Gloria pa. Et amici. ¶ In tertio noc. ã. Exaltabũtur cornua iusti alleluia. Infra. lxx. in hac an. precedente et in alia sequen. in loco alleluia. dicetur in eternum. ps Confitebimur. ã. Lux orta est iusto alleluia: rectis corde letitia alleluia. ps. Domin⁹ regnauit exultet. ãn. Custodiebãt testimonia eius et precepta ei⁹ alleluia. Post lxx. in fine istius ãn. loco alleluia. ...que dedit illis. ps Dominus regnauit ira. ℣. Nimis hono. ℟. Isti viuentes in carne plantauerunt ecclesiam sanguine suo: nõ sunt de terris corpora eorum separata. Quorum merito sunt in celis anime sanctorũ coequales. ℣. Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones. Quorum merito. ℟. Isti sunt viri sancti quos elegit dominus in charitate non ficta et dedit illis gloriam sempiternam. Quorum doctrina fulget in ecclesia. Ut sol et luna. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Quorum. ℟. Ciues apostolorum et domestici dei aduenerunt hodie Portantes facem et illuminantes patriam dare pacem gentib⁹. Et liberare populũ domini. ℣. Audite preces supplicum vite eterne poscentes premia, qui fertis in dextris manipulos iustitie: quiqꝫ gaudentes aduenistis hodie. Portãtes. Gloria. Et liberare. ℣. Dedisti hereditatem. ℟. Timentibus nomẽ tuũ domine.

¶ In laudibus Antiphona.

Hoc est preceptum meũ ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. ps Dominus regnauit. ã Maiorẽ charitatẽ nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. ps Iubilate. ãn. Vos amici estis si feceritis que precipio vobis dicit domin⁹. ps Deus deus meus. ãn Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbũt. ps Benedicite omnia. ãn. In patientia vestra possidebitis animas vestras. ps. Laudate dominum de ce. Cap. Iam non estis. Hymnus.

Exultet celum laudibus resultet terra gaudiis: apostolorum gloria, sacra canunt solennia.

Vos secli iusti iudices, et vera mundi lumina: votis precamur cordium audite preces supplicum.

Qui celum verbo clauditis, seraque eius soluitis: nos a peccatis omnib⁹ soluite iussu

quesumus.
Quorum precepto subditur salus et languor omnium: sanate egros moribus, nos reddentes virtutibus.
Ut cū iudex aduenerit, christus in fine seculi: nos sempiterni gaudij, faciat esse compotes.
Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum. Amē. ℣. Annunciauerūt opera dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. an. Tradent enim vos in concilijs: et in synagogis suis flagellabunt vos: et ante reges et presides ducemini propter me in testimoniū illis et gentibus. ps. Benedictus. Oratio de die dicatur si ppria habeatur: sin autem dr ista oratio de cōi. Oratio.
Exaudi domine populū tuum cum sancti apostoli tui N. patrocinio supplicātē: vt tuo semper auxilio munitus, secura tibi possit deuotione seruire. Per dnm nrm.
¶ Ad primam ā. Hoc est preceptum. ps. Deus in nomine
¶ Ad tertiam ān. Maiorē. ps. Legem pone. Cpm. Jam non estis. ℟. In omnē terrā. Exiuit sonus eorū. ℣. Et in fines orbis terre verba eorū. Exiuit. Gloria patri. In omnem. ℣. Constitues. Oratio vt su.
¶ Ad sextam an. Vos amici mei. ps. Defecit. Capitulum.
Actuū. 5 B
Per manus apostolorū fiebant signa et prodigia multa in plebe: et magnificabat eos populus. ℟. Constitues eos principes Super omnem terram. ℣. Memores erūt nominis tui dne. Super. Gloria. Cōstitues. ℣. Nimis honorati sunt. Oratio vt sup.
¶ Ad nonam ān. In patientia. ps. Mirabilia. Capitulum.
Actuū. 5 G
Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliā pati. ℟. Nimis honorati sunt Amici tui deus. ℣. Nimis confortatus est principatus eorū Amici. Gloria. Nimis. ℣. Annunciauerunt. ¶ Ad secundas vespe. ān. Jurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum. ps. Dixit dominus domino meo. Ana. Collocet eum dominus cum principibus populi sui. ps. Laudate pueri dnm. an. Dirupisti domine vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. ps. Credidi. an. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. ps. In conuertēdo. ān. Confortatus est principatus eorū: et honorati sunt amici tui deus. ps. Domine probasti me. Cpm. Jam nō estis. Si dupl. festū fuerit tunc dr ℟. Ciues apostolorū⁹ sin autem nullum. ℟. dicitur hy⁹. Exultet. ℣sus. Annunciauerunt. an. In regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. ps. Magnificat. Oratio vt supra.

¶In natali unius marty. extra tempus paschale. Nota q communiter per totum annum in fes. ix. lec. super ps fer. dz an. Iste sanct9 nisi in fes. sancti albani marty. quando trãslatio sancti edwardi cum ix. lect. celebratur in eadem hebdomada, & sancti Edmundi regis et martyris quando festum sancti Clementis in eadem hebdomada contigerit. Ad vesper. super ps fer. aña Iste sanctus pro lege dei sui certauit usq ad mortem, et a verbis impiorum non timuit fundatus enim erat supra firmam petram. Vel alia aña. Beatus vir qui suffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronã vite quam repromisit deus diligentibus se. Ne predicte due añe dicantur alternis vicib9 per hebdo. super ps in fes. ix. lc. unius mar. ita tamen q qñ dz ãn. Beatus vir. super ps tunc dicetur istud seques. Cp.

Matth 7. D

ISte sanct9 pro lege dei sui certauit usq ad mortem, & a verbis impiorũ non timuit: fundat9 eni erat supra firmam petrã. Ad utrasq vel. & ad matutinas & ad tertiã similiter quãdo dicitur ã. Iste sanctus super psal. tunc dicetur capitulum sequens.

Jaco. 1 B

BEatus vir qui suffert tẽtationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite: quam repromisit deus diligentibus se.

Vel aliud. Capitulum.

Eccli. 14 C

BEatus vir qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia meditabitur: & in sensu cogitabit circũspectionem dei. Deo gratias. Ad utrasq vesperas & ad matu. et ad. iii. in fes. iij. lc. sine regimine chori nunq dz R. ad. i. vesp. In fest. ix. l. ad. i. vesp. dicitur R.

¶De uno martyre decollato R. Percepturus iam vir.

¶De uno martyre non decollato. R. Beat9 vir q suf. Hy9

MArtyr dei qui unicum, patris sequendo filium victis triumphans hostibus, victor fruens celestibus.

Tui precatu munere, nostrũ reatum dilue: arcens mali cõtagiũ, vite remouens tedium

Soluta sunt iam vincula, tui sacrati corporis: nos solue vinclis seculi amore filij dei.

Deo patri. V. Gloria & honore coronasti eum domine, ãn. Hic est vere martyr qui pro christi nomine sanguinẽ suũ fudit: qui minas iudicum nõ timuit, nec terrene dignitatis gloriam quesiuit: sed ad celestia regna feliciter peruenit. ps. Magnificat. Oratio.

ADesto domine supplicationibus nostris: et intercessione beati N. martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per dominum nostrum iesum christum. Alia oratio.

PResta quesumus omnipotens deus: ut qui beati N. martyris tui natalicia colimus, intercessione eius in

tui nominis amore roboremur. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuū. Qui tecum viuit. &c. Quando duo festa vnius martyris in vna hebdo. simul contingunt: tunc vr ad memo. de alio fest. ista ān Iste cognouit. quere ad secundas vesperas ℣. Posuisti. oratio vt decet. Ad matutinas in fes. ix. lec. & iij. que habent inuitato. dup. Inuita. Justus florebit in domo domini plantatus Gaudeamus et exultemus in eius sacra solennitate. ps. Venite. Aliud inuitato. in fes. iij. lec. que habent inuita. simplex. Inuita. Regem martyrum dominum Venite adoremus. ps. Venite exultemus. Hy. Martyr dei. ¶ In primo nocturno ān. In lege domini fuit volūtas eius die ac nocte. ps. Beatus vir. ān. Predicans preceptum domini constitutus est in monte sancto eius. ps. Quare fremuerunt gētes. ān. Voce mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. ps. Domine quid multiplicati. ℣. Gloria & honore coronasti eum. Lectio prima.

Qui sanctorū merita religiosa charitate miratur: quicq iustorum gloriam frequenti laude colloquitur: eorum mores sanctos atq iusticiam imitetur. Quoniam quem delectat sancti alicuius meritum: delectare debet par circa cultum dei obsequium. Tu autem. ℟. Iste sanctus pro lege dei sui certauit vsq ad mortem: & a verbis impiorū non timuit. Fundatus enim erat supra firmam petram. ℣. Munimine regio septus nullatenus ab aduersarijs est superatus. Fundatus enim erat supra. Lectio secunda.

Quare etiam imitari debet si laudat: aut laudare non debet si imitari detrectat. Vt qui alium laudat, laudabilem se reddat: & qui sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vite sanctitate reddatur. ℟. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in eternum ante dominū. ℣. Plantatus in domo domini in atrijs domus dei nostri. Et florebit. Lectio tertia.

Si propterea fratres illos fideles diligimus q in ipsis iusticiam fidemq suspicimus: possumus quoq nos esse quod sunt, si faciamus quod ipsi faciunt. Neq enim nobis difficile est quod ab ipsis geritur imitari: cum sine precedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspicimus Vt non ipsi aliorū emuli redderentur: sed emulande virtutis seipsos nobis preberent exemplum. Vt nos dum ex ipsis & ex nobis alij proficiunt: sic christus in suis semper in ecclesia laudetur. Tu autem domine miserere. Responso. Iste cognouit iusticiam, et vidit mirabilia magna: & exorauit altissimum. Et inuentus est in numero sanctorum.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi: & peruenit ad celestia regna. Et inuent⁹. Gloria patri. Et. ¶ In .ii. noct. ān. Filij hominum scitote quia dn̄s sanctum suū mirificauit. ps. Cum inuocarē. ān. Scuto bone voluntatis tue coronasti eū domine. ps. Verba mea ān. In vniuersa terra gloria & honore coronasti eum. ps. Dn̄e dn̄s noster. ℣. Posuisti. ¶ Et notandum est ꝙ quādo dicitur ℟. de .ii. noc. cōis histo. in fest. iij. lc. vnius mar. tūc non dicetur ante lan. ℣⁹. Posuisti domine. sed ℣. Gloria & honore. & hoc ꝑpter .ix. aṅam que est ān. vltima. Lectio quarta.

Ab origine mundi: innocens abel occiditur. Enoch deo placens transfertur. Iustus noe inuenitur. Abrahā fidelis probatur. Moyses mansuetus dignoscitur. Jesus castus. Dauid lenis. Helias accept⁹. Daniel sanctus. Tres pueri victores reddūtur. Apostoli christi discipuli credētium magistri habētur. ℟. Desiderium anime eius tribuisti ei dn̄e. Et volūtate labiorum ei⁹ non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et volūtate. Lectio. v.

De quibus eruditi confessores fortissime pugnant: martyres perfecti triūphant: & christiani semper exercitum diaboli deo armati debellant. In iustis et sanctis semper pares virtutes existūt: dissimiles pugne, & gloriose victorie. Unde christiane delicatus es miles: si putas te sine pugna vincere, sine certamine triumphare? ℟. Dn̄e preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petijt a te & tribuisti ei dn̄e. Po. Lc. vj.

Exerce vires fortitudine, dimica attrociter in prelio iusta: concerta. Considera pactum: conditionem attende: militiam nosce. Pactū quod spopondisti: cōditionem qua accessisti: militiam cui nomē dedisti. Hoc enim pacto quos miraris cuncti pugnauerunt. Hac conditione vniuersi vicerunt. Hac militia triūpharunt. ℟. Gloria et honore coronasti eum dn̄e: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Om̄ia subiecisti sub pedibus eius. ℣. Qm̄ eleuata est magnificētia tua super celos de⁹. Omnia. Gloria. Oīa. ¶ In .iij. noc. ān. Iustus dn̄s & iustitias dilexit: equitatē vidit vult⁹ eius. ps. In dn̄o confido. ā. Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet in monte sancto tuo. ps. Dn̄e quis ha. ā. Posuisti dn̄e super caput ei⁹ coronā de lapide precioso. ps. Dn̄e in vir. ℣. Iust⁹ vt palma florebit. Nō vlterius dicetur quotienscūq dr: nisi ad horā nonā post cp̄m tm̄. ℟. Sicut ced⁹ libani multiplicabitur.

¶ Euange. Secdm Joannem. Ca. 12

In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Amē amen dico vobis. Nisi granū frumenti cadēs in terra mortuum fuerit, ipsum solū manet. Et reliqua. Homelia bti augustini epi. Lectio. vij.

Se dicebat dns granū mortificandum et multiplicandū Mortificandum in infidelitate iudeorum: et multiplicandum in fide omniū populorū. Jam vero exhortans ad passionis sue sectanda vestigia: qui amat (inquit) aiam suam: perdet eam. Quod duob⁹ modis potest itelligi. Qui amat animā suam perdet eā, id est si amas perdis. Si cupis vitā tenere in christo: noli mortem timere pro christo. ℟. Corona aurea super caput eius: expressa signo sctitatis Glorie honoris ⁊ opus fortitudinis. ℣. Cibabit illum pane vite ⁊ intellectus: ⁊ aqua sapiētie salutaris potabit illum. Glorie honoris. Lectio. viij.

7

Item alio modo. Qui amat animam suā: perdet eam. Noli amare ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas i eterna vita. Sequitur Et qui odit animā suā in hoc mundo: in vitam eternā custodit eam. Ergo quod supra dictum est (qui amat) subintelligitur in hoc mundo: ipse vtiqz perdet. ℟. Stola iocūditatis induit eum dns. Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. ℣. Induit eum dominus lorica fidei: ⁊ ornauit eum. Et coronam. Lectio. ix.

8

probauit electos dominus: et quasi holocausta accepit illos in eternum. ℣ Quare fre. An. Filij hominū scitote quia dominus sanctos suos mirificauit. ℣ Cum inuocarem. ℟. Letamini. Lectio prima.

Beati sūt serui illi: quos cum venerit domin⁹ inuenerit vigilantes. Vigilat: qui ad aspectū veri luminis mentis oculos apertos tenet Vigilat: qui seruat operando quod credit. Vigilat: qui a se corporis et negligentie tenebras repellit. Hinc enim paulus dicit. Euigilate iusti: et nolite peccare. ℟. Absterget deus omnē lachrymā ab oculis sanctorum: et iam non erit amplius neqꝫ luctus, neque clamor: sed nec vllus dolor. Quoniam priora transierunt. ℣. Non esurient neqꝫ sitient amplius: et nō cadet super illos sol, neque vllus estus. Quoniam. Lectio secunda.

Hinc rursus ait. Hora est iam nos de somno surgere. Sed veniens dominus quid seruis vigilantibus exhibebit: audiamus. Amen dico vobis quod precinget se: et faciet illos discumbere: et transiens ministrabit illis. Precinget se: id est ad retributionem preparabit. Faciet illos discumbere: id est in eterna quiete refoueri. Discūbere quippe nostrum: est in eterno regno quiescere. ℟. Exultabunt sancti in gloria. Letabūtur in cubilibus suis. ℣. Epulentur et exultent in cōspectu dei. Leta. Lectō tertia.

Unde rursus dominus dicit. Venient et recumbent cum abraham isaac et iacob. Transiēs autem dn̄s ministrat: quia lucis sue illustratiōe nos satiat. Transire vero dn̄i est: cum de iudicio ad regnū redit. Vel certe nobis dn̄s post iudicium transit: qꝛ ab humanitatis forma in diuinitatis sue cōtēplatiōe nos eleuat. ℟. Justi in perpetuū. vers. ad .i. vesp. In .ij. noc. ā. Letentur oēs qui sperant in te dn̄e, qm̄ tu benedixisti iustis: scuto bone volūtatis tue coronasti eos. ℣. Verba. ā. Dabo sctis meis locū nominatū in regno patris mei dicit dn̄s ps. Dn̄e quis ha. ā. Sanctis qui in terra sunt eius mirificauit omnes volūtates meas inter illos. ℣. Cōserua. vsus. Exultent iusti in conspectu dei. Lectio quarta.

Et trāsire ei⁹, est in claritatis sue speculationē nos ducere: cum eum quē in humanitate in iudicio cernim⁹, etiā in diuinitate post iudiciū videam⁹. Ad iudicium quippe veniēs in forma serui omnib⁹ apparet: quia scriptū est, videbūt in quē transfixerūt. Sed reprobi in suppliciū corruunt: iusti ad claritatis ei⁹ gloriā pertrahūtur: sicut scriptū est. Tollatur impi⁹: ne videat gloriā dei. ℟. Letamini iusti et exultate in dn̄o. Et gloriamini omes re=

2 3 4

cti corde. ℣. Cantate ei canticum nouū: bene psallite ei in uociferatione. Et. Lectio. v.

SEd quid si serui in prima vigilia negligentes existunt? Prima vigilia: primeue etatis custodia est. Sed neqꝫ sic desperandum: et a bono opere cessandum est. Nam lōganimitatis sue patiētiam insinuās dn̄s, subdit. Et si venerit in secunda vigilia: ⁊ si in tertia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit: beati sunt serui illi. ℟. Sancti tui dn̄e mirabile consecuti sunt iter seruientes preceptis tuis: vt inuenirentur illesi. In aquis validis terra apparuit arida: ⁊ in mari rubro via sine impedimento. ℣. Victricem manum tuam laudauerunt pariter: ⁊ decantauerunt dn̄e nomen sanctū tuum. In. Lcō vi

5

PRima quippe vigilia primeuum tempus est: id est pueritia. Secunda adolescentia vel iuuentus. Tertia autem senectus accipitur. Qui ergo vigilare noluerit in p̄ma vigilia: custodiat vel secundam. Ut qui conuerti a prauitatibus suis in pueritia neglexerit: ad vias vite saltē in tempore iuuentutis euigilet. Et qui vigilare in secunda vigilia noluerit: tertie vigilie remedia non amittat. ℟. In circuitu tuo dn̄e lumē est quod nunq̄ deficiet. Ubi constituisti lucidissimas mansiones. Ibi requiescunt sanctorum anime. ℣. Lux perpetua

6

lucebit sanctis tuis dn̄e: ⁊ eternitas temporum. Ubi consti. Gloria pa. Ibi requiescūt

¶ In tertio noct. ān. Sancti qui sperant in dn̄o habebunt fortitudinem: assument pennas vt aquile: volabunt ⁊ nō deficient. ps. Dn̄i est terra. ā. Iusti autem in perpetuum viuent: ⁊ apud dn̄m est merces eorum. ps. Exultate iusti. ān. O q̄ gl'iosum est regnū i quo cum christo gaudent omnes sancti: amicti stolis albis sequuntur agnū quocūqꝫ ierit. ps. Quam dilecta. ℣. Iustorum anime. Secundū Lucam

IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti: ⁊ lucerne ardētes in manib⁹ vestris. Et reliqua. Homelia beati gregorij pape. Lcō. vii

Cap. 12.

Sācti euangelij fratres charissimi aperte est lectio recitata: sed ne aliquibus ipsa ei⁹ planicies alta fortasse videatur, eam sub breuitate transcurrimus. Quatenus eius expositio ita nescientib⁹ fiat cognita: vt tamen scientib⁹ non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit: feminis in vmbilico: testatur dominus qui de diabolo ad beatum Iob loquitur dicens. Uirtus eius in lūbis eius: ⁊ fortitudo ei⁹ in vmbilico ventris eius. A principali igitur sexu lumborum nomine luxuria designatur: cum dominus dicit. Sint lumbi vestri precincti. ℟. Sacerdotes eius induant in-

7

stitiam. Et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu dauid: parauí lucernam christo meo. Et sancti eius. Lectio octaua.

Lumbos enim precingim⁹: cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Quia vero minus est mala non agere: nisi etiā quisq studeat & bonis operib⁹ insudare: protinus additur. Et lucerne ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardētes in manibus tenemus: cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operib⁹ dominus dicit. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videāt opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in celis est. ℟. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt. Et viuent nomina eorum in eternum. ℣. Sapiētia sanctorum narrabūt omnes populi: & laudem eorum pronunciat omnis ecclesia sanctorum. Et viuent. Lectio nona.

Quo autem sunt que iubentur & lumbos restringere: et lucernas tenere. Vt & mundicia sit castitatis in corpore: et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro vnum sine altero placere nequaꝙ potest. Castitas ergo non magna est sine bono opere: nec opus bonū est aliquod sine castitate. Sed si vtrumqꝫ agitur: restat vt (quisquis est) spe ad supernam patriā tēdat ℟. Sint lumbi vestri precincti & lucerne ardentes in manib⁹ vestris. Et vos similes hominib⁹ expectantib⁹ dñm suū: Quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate ergo quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Et vos similes. Gloria. Quādo. ℣. Iusti autē

¶ In laudibus. Antiphona.

Iustorū autē anime in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum malitie. ps. Dñs regnauit. ān. Cū palma ad regna peruenerunt sancti, coronas decoris meruerūt de manu dñi. ps. Jubilate deo omnis terra. ān. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorū in eternum. ps. Deus deus. ān. Sacerdotes dei benedicite dño, serui dñi hymnum dicite deo in eternū. ps. Benedicite oia ān. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis. ps. Laudate dñm de celis Cpm. Plures facti sunt. Hy⁹ Rex gloriose mar. totus hy⁹ dz sicut in cōi plurimorū martyr. ℣. Mirabilis de⁹ in sanctis ān. Sint lumbi vestri precincti & lucerne ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantib⁹ dñm suum quādo reuertatur a nuptijs. ps. Benedict⁹. Oro vts

¶ Ad primam ān. Iustorum autē anime. ps. De⁹ in noie.

¶ Ad tertiam ān. Cum palma ps. Legem pone. Cpm. Plures facti. ℟. & ℣. de cōi plurimorū mar. ad oēs hor. dicant.

¶ Ad sextam an. Corpora. Ps. Defecit. Capitulum.

Phil. 3

Sancti et iusti in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi.

¶ Ad nonam an. Exultabunt. ps. Mirabilia. Capitulum.

Sap. 5 S

Iusti autem in perpetuum vivent: et apud dominum est merces eorum: et cogitatio eorum apud altissimum. Ad secundas vesperas an. Iustorum autem. ps. fer. Cp. Plures facti. V. Mirabilis deus. Ana. Sanctum est verum lumen, et admirabile ministrans lucem his qui permanserunt in agone certaminis, recipient a christo splendorem sempiternum: in quo assidue felices letantur. Ps. Magt. oro. vts ad .j. vesp.

¶ In natali unius virgi. et mar. Ad primas ves. an. Hec est virgo prudens que veniente sponso aptavit lampades suas et introivit cum domino ad nuptias. psalmi fer. Cpm.

Eccl. vl. B

Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meam: et pro morte defluenti deprecata sum. Rm Regnum mundi. Hymnus.

Virginis proles opifexque matris, virgo quem gessit peperitque virgo: virginis festum canimus tropheum, accipe votum.

Hec tua virgo duplici beata, sorte dum gestit fragilem domare: corporis sexum, domuit cruentum corpore seclum

Unde nec mortem nec amica mortis, seua penarum genera panescens: sanguine fuso meruit secreta scandere celi.

Huius obtentu deus alme nostris, parce iam culpis, vitia remittens: quo tibi puri resonemus almum, pectoris hymnum.

Gloria patri geniteque proli, et tibi compar utriusque semper: spiritus alme, deus unus omni tempore secli. Amen. Ṽsus Diffusa est. an Simile est regnum celorum sagene misse in mare, et ex omni genere piscium congreganti: quam cum impleta esset educentes et secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Psalmus Magnificat. Oratio.

Indulgentiam nobis domine beata N. virgo et martyr imploret: que tibi grata semper extitit, et merito castitatis: et tue professione virtutis. Per. Alia oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate N. virginis tue et martyris festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum. Ad matu. in fes. ix. l. tantum. Inuita. Christum venerantes deum adorem⁹ regem regum. Qui in celis N. palmam hodie dedit eternam. p. Venite. In fes. ix. lc. vel iii. qn est inuit. dup. Inui. Agnum sponsum virginum Venite adoremus dominum iesum christum. Ps. Venite. In fes. iij. l. qn est inuica. simpl. Inuita Regem virginum dominum Venite adorem⁹

V. Venite. Hy. Virginis p.

¶ In primo noc. a. Ante thronum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Ps. Dne dns noster. a. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Ps. Celi enarrant. an. Favus distillans labia tua sponsa, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Ps. Dni est terra. V. Diffusa. Lectio prima.



Quoniam hodie natalis est virginis, congruu aliquid de virginibus est loquendum. Immaculatus enim dns, immaculatam sibi famulam etia in hoc pleno colluvionum fragilitatis humane corpore positam: misericorditer consecravit. Natalis est virginis: integritate sequamur. Natalis est sancte N. Mirantur viri: non desperent virgines. Non aute ideo laudabilis virginitas quia et in martyribus reperitur: sed quia ipsa martyres facit. R. Diffusa est gratia in labijs tuis. Propterea benedixit te deus in eternum. V. Dilexisti iusticiam: et odisti iniquitate. Propterea. Lectio secunda.

Quis enim humano ea possit ingenio comprehendere: qua nec natura suis inclusit legibus? Hec virgo accersivit e celis: quod imitaretur in terris. Nec immerito vivendi sibi usum quesivit e celo: que sponsum sibi invenit in celo. Quanq ego laudationem no suscepi virginitatis, sed expressione: ad rem tamen pertinere arbitror ut que sit ei patria, quis auctor: appareat. R. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Et. Lectio. iij.

Prius ubi sit patria diffiniamus. Si ibi est patria ubi genitale domicilium: in celo profecto est patria castitatis. Itaq hic advena: ibi incola est. Quid autem est castitas virginalis: nisi expers contagionis integritas? Atq eius auctore quem possumus estimare nisi immaculatu dei filium: cuius caro non vidit corruptionem, divinitas non est experta contagione? Videte ergo xpta virginitatis merita sint. Christus ante virginem: christus ex virgine. R. Dilexisti iustitia et odisti iniquitatem: propterea Unxit te deus deus tu' oleo leticie. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Unxit. Gloria patri et filio. Unxit.

¶ In secundo noct. a. Specie tua: et pulchritudine tua: intende prospere, procede et regna. Ps. Eructavit. an. Adiuvabit ea deus vultu suo: deus in medio eius non commovebitur. Ps. Deus noster refugiu. an. Unguentum effusum nomen tuu: ideo adolescentule

dilexerunt te nimis. Ps. Fundamenta. V. Specie tua & pulchritudine tua. Lectio quarta.

Christus virginum sponsus ante virginem fuit: idem est natus de virgine. A patre quidem natus ante secula: sed ex virgine renatus ob secula. Illud nature sue: hoc nostre utilitatis est. Illud erat semper: hoc voluit. Spectate et aliud virginitatis meritum. Christus virginis sponsus: et (si dici potest) Christus virginee castitatis. Virginitas enim christi: non virginitatis est christus. R. Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem invenit: que acceptis lampadibus sumpsit secum oleum. Et veniente domino introivit cum eo ad nuptias. V. Inventa una margarita dedit omnia sua & comparavit eam. Et veniente. Lectio quinta.

Virgo est que nupsit: virgo que nos sub utero portavit. Virgo que genuit: virgo que proprio lacte nutrivit. Sed iam a matre descendamus ad filias. De virginibus (inquit sanctus apostolus) preceptum domini non habeo. Si doctor gentium non habuit: habere quis potuit? Et preceptum quidem non habuit: sed habuit exemplum. Non enim potest imperari virginitas: sed optari. Sancta mater ecclesia immaculata est coitu: sed fecunda partu. Virgo est in castitate: mater est in prole. R. de una virgi. & marty. R.

Veni sponsa christi accipe coronam quam tibi dominus preparavit: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. Et cum angelis in paradisum introibis. V. Veni sponsa mea & ponam te in thronum meum, quia concupivit rex speciem tuam. Et cum angelis. Aliud R. de una virgine non marty. R. Induit me dominus vestimento salutis: et indumento letitie circumdedit me. Et tanquam sponsam decoravit me corona. V. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas: & circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. Et. Lectio vi.

Parturit nos virgo: non viro plena, sed spiritu. Parit nos virgo: non cum dolore membrorum, sed cum gaudiis angelorum. Nutrit nos virgo: non corporis lacte, sed apostoli: cum infirmam adhuc crescentis populi lactavit etatem. Virginitas dei donum est: munus parentis: sacerdotium castitatis. Virgo matris ecclesie hostia est: cuius quotidiano sacrificio vis divina placatur. Virgo est ecclesia: quam studuit apostolus virginem castam assignare christo. Virgo est filia sion. Virgo est civitas illa hierusalem que in celo est: in quam nihil intrat commune atque immundum. R. Audi filia & vide & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex speciem tuam. Quoniam ipse est dominus deus

tuus. ℣. Induet te domin⁹ vestimento salutis: & indumēto letitie circundabit te. Et concupiscet. Gloria. Quoniam.

¶ In tertio noct. an. Hec est que nescivit torum in delicto: habebit fructum in refectione animarū sanctarum. ps. Cantate domino .i. an. Nigra sum sed formosa filia hierusalem: ideo dilexit me rex & introduxit me in cubiculum suum. ps. Dñs regnavit. an. O q̄ pulchra est casta generatio cum claritate. ps. Cantate domino ii. Vsus. Adiuvabit eam de⁹.

¶ Secundum Mattheum.

Cap. 13

In illo tempore. Dixit Jes⁹ discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorū thesauro abscōdito in agro: quem qui invenit homo abscōdit, & pre gaudio illius vadit, & vendit universa que habet, & emit agrū illum. Et reliqua.

Homelia beati gregorii pape de eadem lectione. Lectio. vij

Regnum celorū fratres charissimi idcirco terrenis rebus simile dicitur: ut ex his que animus novit, surgat ad incognita que non novit. Quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat: & per ea que usu didicit quasi confricatus incalescat. Ut per hoc quod sit notum diligere: discat & incognita amare. ℟. Veni electa mea et ponam te in thronum meum. Quia concupivit rex speciem tuam. ℣. Audi filia et vide & iclina aurem tuam. Quia. Lectio. viij

Ecce enim regnum celorum thesauro abscondito in agro comparatur: quem qui invenit homo abscondit, & pre gaudio illius vadit, et vendit universa que habet, et emit agrum illum. Qua in re hoc quoq3 notādum est: q̄ inventus thesaurus abscōditur ut servetur. Quia studium celestis desiderij a malignis spiritib⁹ custodire non sufficit: qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. ℟. Pulchra facie sed pulchrior fide, beata es virgo respuens mundum. Letaberis cum angelis: intercede pro omnibus nobis. ℣. Specie tua & pulchritudine tua. Letaberis cū angelis. Lectio nona.

In presenti etenim vita: quasi in via sumus qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depredari ergo desiderant: qui thesaurum publice in via portant. Hoc autem dico non ut proximi opera nostra non videant: cū scriptum sit. Videant opera vestra bona: et glorificent patrē vestrum qui in celis est. Sed ut per hoc quod agimus: laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico: quatenus intētio maneat in occulto. Ut et de bono opere proximis exemplum prebeamus: et tamen per intentionem qua soli deo placere

querimus: semper secretum optemus. ℞. Regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsi: propter amorem domini mei Jesu christi. Quem vidi quem amavi. Quē credidi quem dilexi. ℣. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Quem vidi. Gloria patri. Quē credidi. In festis novem lec. dicatur iste ℣. ante laud. Vsus. Ora pro nobis beata. ℟. In fes. vero. iij. lec. dicatur Vsus. Specie tua. vel Vsus. Adiuvabit eam deus vultu suo.

¶ In laudibus. Antiphona. Hec est virgo sapiens quam vigilantem dominus invenit. ps. Dominus regnavit. aña. Hec est virgo sapiens et una de numero prudentū. ps. Jubilate deo. Aña. Hec est virgo sancta atq; gloriosa: quia dominus omnium dilexit eam. ps. Deus deus meus. ān. Benedico te pater domini mei Jesu christi: quia per filium tuū tentationis ignis extinct⁹ est. ps. Benedicite omnia. Aña. Veni sponsa christi: accipe coronam quam tibi domin⁹ preparavit in eternum. ps. Laudate dominum de celis. Cpm. Domine deus meus exaltasti super. Hymnus.

IEsu corona virginum, quem mater illa concipit: que sola virgo parturit, hec vota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia, septus choreis virginum: sponsas decorans gloria, sponsisq; reddens premia.

Quocunq; pergis virgines, sequūtur atq; laudibus: post te canentes cursitant, hymnosq; dulces personant.

Te deprecamur largius. nostris adauge sensibus: nescire prorsus omnia, corruptionis vulnera.

Deo patri sit gloria, eiusq; soli filio: cum spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum. Amen. Vsꝰ. Adducentur regi virgines post eam. ℞. Proxime eius afferentur tibi. Aña. Veniente sponso prudēs virgo preparata introivit cum eo ad nuptias. ps. Benedictus. vts oratio. ¶ Ad primam an. Hec est virgo sapiens. psal. Deus in nomine tuo salvū.

¶ Ad tertiam ān. Hec est virgo sa. ps. Legem pone. Cpm. Domine deus. ℞. Diffusa est gratia In labiis tuis. ℣. Propterea benedixit te deus in eternū. In labiis. Gloria. Diffusa. ℣. Specie tua. Oro vts.

¶ Ad sextam a. Hec est virgo. Psalmus. Defecit. Capitulū. Ecclesiastico. LAudabo nomē tuum assidue, et collaudabo illud in confessione: et exaudita est oratio mea. ℞. Specie tua et pulchritudine tua. Vsus. Intende prospere, procede et regna. Et pulchritudine tua. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Specie tua et pulchritudine. Vsus. Adiuvabit.

¶ Ad nonam. Antiphona. Veni sponsa christi. Psalm⁹. Mirabilia. Capitulum.

Vbi § Liberasti me de perditione et eripuisti me de tempore iniquo: propterea confitebor et laudem dicam nomini tuo domine deus me⁹. ℟. Adiuuabit eam de⁹ vultu suo ℣. Deus in medio eius nō cōmouebitur. Deus. Gloria. Adiuua. ℣. Adducentur regi virgines. Ad scdas vesp. an Hec est virgo sa. pi fes. capm Dn̄e deus meus. Hy⁹. Jesu corona virginum. ℣. Adducentur regi virgines. añ. Simile est regnum celorum homini negociatori quereñti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. ps. Magt. oratio vts. Item alia cp. vni virginis et marty. et dicantur cum capitulis supra scriptis alternis vicibus per hebdom̄ Ita tamen q̄ in primis dicatur Cp̄. Domine deus, nisi in festo sancte agnetis, sctē agathe, et sancte katherine: in his festis dr cp̄ Confitebor tibi.

¶ Ad vtrasq̄ vespe. et ad matutinas: et ad. iij. Capitulum

Vbi § Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorem meum: confitebor nomini tuo quoniam adiutor et protector fact⁹ es mihi, et liberasti corpus meum. a perditione. ¶ Ad sexta. Cp.

Vbi § Laudabit vsq̄ ad mortē anima mea dn̄m: et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Deo gratias ¶ Ad nonam cpm. Liberasti. ¶ In natali vnius virginis non mar. ad vtrasq̄ vesp. etiam ad matu. et ad tertiam. Ca pm.

2. Cor. 10.

Qui gloriatur, in domino glorietur: nō enim qui seipsum cōmendat ille probatus est: sed quē de⁹ commēdat Hy⁹. Virginis. Huius obtētu. Gloria. ℣. Diffusa est gratia i labijs tuis. ℟. Propterea añ. Simile est regnum celorum sagene. etc. ps Mgt. Oro

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesumus sancte N. virginis tue tibi placitis meritis commendari, cui⁹ vita merito castitatis tibi cōplacuit. Per dn̄m. Cetera omnia ad vtrasq̄ vesp. et ad matutinas et ad alias horas vts in historia vnius virginis et martyris: cum ista oratione Omnipotens sempiterne deus. Ad matutinas inuitatorium vts Hy⁹ Virginis ples. Huius obtentu. Gloria. añe vts . ix. lectio. fiant. Lectio prima.

Simile est regnum celorum decem virginib⁹: que accipiētes lāpades suas exierunt obuiā sponso et spōse: dicit domin⁹. Iste quinq̄ et quinq̄ virgines: omnes omnino sunt anime christianorū Sed vt dicamus vobis quod deo inspirāte sentimus: non qualescunq̄ anime, sed tales anime que habent catholicā fidem et habere videntur bona opera in ecclesia dei. Et tamen ex ipsis quinq̄ sunt prudentes: et quinq̄ fatue. Le. ij.

Quare ergo appellate sunt quinque, et quare virgines, prius videamus: et deinde cetera consideremus. Omīs anima in corpore ideo quinario numero censetur: qr quinqꝫ sensibꝰ vtitur. Nihil est enim quo sentimus ex corpore: nisi ianua quincupertita aut vidēdo, aut audiendo, aut odorando, aut gustando, aut tangendo. Lectio tertia.

Qui ergo se abstinet ab illicito visu, ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gustu, ab illicito tactu: propter istā integritatē virginis nomen accipit. Si bonum est abstinere ab illicitis sentiendi motibus: et ideo vnaquequ anima christiana virginis nomen habet: quare quinqꝫ admittuntur, et quinqꝫ repellūtur? Palam est quia virgines sunt: et lāpades habent. Lectio quarta.

Virgines, propter abstinentiā ab illicitis sensibus. Lampades habentes, propter opera bona: de quibꝰ operibus dn̄s dicit. Luceant opera vestra coram hominibꝰ vt videant bona facta vestra, et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Item discipulis dicit dominus. Sint lumbi vestri accincti, et lucerne ardētes. In lumbis accinctis virginitas: in lucernis ardentibus opera bona. Lectio v.

Non solet dici virginitas vtriqꝫ in cōiugatis: tamen etiam ibi est fidei virginitas: que exhibet pudicitiam con iugalem. Nam et nouerit sanctitas vestra non importune secundum animam et secundum integritatem fidei (qua etiā fide ab illicitis abstinetur: et bona opera sunt) vnumqnemqꝫ vel vnamquāqꝫ animam virginē dici. Tota ecclesia que constat ex virginibus, et pueris, et maritis feminis, et vxoratis viris: vno nomine virgo est appellata. Vnde hoc probamus? Apostolum audi dicentem: non solis sanctimonialibus: sed vniuersi prorsus ecclesie. Desponsaui vos vni viro virginem castam exhibere christo.

Lectio sexta.

Et quia huius virginitatis corruptor diabolꝰ cauendus est: continue ipse apostolus cum dixisset (despōsaui vos vni viro virginem castam exhibere christo) adiūxit et ait. Timeo autem ne sicut serpens euam seduxit in versutia sua: sic et vestri sensꝰ corrumpantur a castitate que est in christo. In corpore virginitatē pauci habent: in corde omnes habere debent.

Secundum matthevm.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse. Et reliqua. Cap. 25 A

Homelia beati gregorii pape de eadem lectione. Lec. vii.

Sepe vos fratres charissimi admoneo praua opera fugere: mundi huius inquinamenta deuitare. Sz hodierna sancti euangelij lectione compellor vobis dicere: vt & bona que agitis cum magna cautela timeatis. Ne p hoc quod a vobis rectum geritur: fauor aut humana gratia requiratur. Ne appetitus laudis subrepat: & quod foris ostenditur, intus ab eterna mercede vacuetur. Ecce enim redemptoris voce decem virgines, et omnes dicũtur virgines: sed tamen intra beatitudinis ianuã non omnes recepte sunt. Quia earum quedam dum de virginitate sua gloriã foris expetunt: in vasis suis oleum habere noluerunt. Lectio. viij.

PRius querendũ nobis est quid sit celorum regnum: aut cur decem virginibus cõparetur: que etiã prudentes virgines, & que fatue dicuntur. Cum enim regnum celorum constat quia reprobo rũ nullus ingreditur: etiã fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendũ est q sepe in sacro eloquio regnũ celorũ presentis temporis ecclesia dicitur: de quo alio in loco dñs dicit. Mittet filius hois angelos suos: et colligent de regno eius omnia scandala. Necq enim in illo regno beatitudinis in quo pax summa est: inueniri scandala poterunt que colligantur. Unde & rursum dicitur. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Lectio. ix.

MAndatum soluit et docet: quando hoc quisq voce predicat: quod viuendo non implet. Sed ad regnum eterne beatitudinis peruenire non valet: qui non vult opere implere qđ docet. Quomodo ergo in eo minimus vocabitur, qui ad hoc nullo modo itrare permittetur? Quid itaq per hanc sententiam: nisi presens ecclesia celorum regnum dicitur? In qua doctor qui mandatum soluerit minimus vocabitur: quia cuius vita despicitur, restat vt eius predicatio cõtemnatur. ℣. Ora pro nobis beata N. In lau. añ. Hec est ṽgo sapiẽs quã dñs vigilãtẽ inuenit. ps. Dñs reg. añ. Hec est ṽgo sa. ec. ps. Jubila. a. Hec est ṽgo sctã. ps. Deus deus. a. Benedico te pater. ps. Benedicite omnia opera. añ. Ueni sponsa christi. ps. Laudate dominum. Capitulum. Qui gloriatur. Hymnus. Jesu corona virginum. ℣sus. Adducentur regi virgines post eam. ℟. Proxime eius. a. Veniente sponso. ps. Benedictus dominus. Oratio vt supra. ¶ Ad primam. añ. Hec est virgo sapiens. ps. Deus in nomine tuo. ¶ Ad tertiam añ. Hec

est virgo sapiens et una. ℣. Legem pone mihi domine. Capitulum. Qui gloriatur. ℟. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℣. Propterea benedixit te deus in eternum. ℣. Specie tua. Orationes ut supra in communi unius virginis et martyris ad omnes horas dicuntur ¶ Ad Sextã ãn. Hec est virgo sapiens. ℣. Defecit in salu. Capitulum.

2. cor. 11. A.

Emulor enim vos dei emulatione: despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo. ¶ Ad nonam ãn. Veni sponsa. ℣. Mirabilia. Capitulum.

Sapientia vincit malitiam: attingit ergo a fine usque ad finem fortiter: et disponit omnia suaviter. Deo gratias. ℟. ℣. et oratio ut supra ¶ In natali plurimarũ virginum. Ad vesperas añe et psalmi fer. Capitulum.

Sap. 4. A.

O Quam pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est enim memoria illius: quoniã et apud deum nota est. et apud homines. Hy⁹ Jesu corona virgi. ℣. Adducentur regiã Simile est regnum celorum sage. ℣. Magnificat. Oratio plurimarum virginum et marty.

DEus qui hũanũ genus ut ad confessionem tui nominis provocares, etiam in sexu fragili victoriã martyrij contulisti: presta quesumus ut ecclesia tua hoc exemplo cõmonita, nec pati pro te metuat: ut celestis premij gloriam concupiscat. Per dñm. ¶ Item alia oratio plurimarum virginum nõ mar. Oro.

OMnipotens sempiterne deus qui nos idoneos non esse perpendis ad maiestatem tuam sicut dignum est exorandum: fac quesum⁹ sanctas virgines tuas N. et N. pro nostris intervenire peccatis: quarum meritis nobis indulgentiam largiaris. Per dominum. Ad Matu. Inuita. Regem virginum dominum Venite adoremus. ℣. Venite. Hy⁹. Jesu corona virginũ Super psalmos hec sola ãn. O q̃ pulchra est casta generatio cum claritate. ℣. Domine dominus noster. et omes psalmi unius virgi. et mart. ℣. Adducentur. Lectio prima

INterrogatus dominus a discipulis de consummatione seculi: inter multa q̃ locutus est parabolam quoque dixit de decem virginibus, bonorum et malorum discretionem significantibus: quarum quinque admittuntur, et quinque excluduntur. Videntur itaque mihi quinque virgines significare quicuperitiã continentiam a carnis illecebris. ℟. Audivi vocem de celo venientem: venite omnes virgines sapientissime. Oleum recondite in vasis vestris dum sponsus advenerit. ℣. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit. Oleum recondite. &c. ij.

I

Continendus est enim animi appetitus a voluptate oculorum, a voluptate aurium, et a voluptate olfaciendi, gustandi: siue tangendi. Sed quia ista continētia: partim corā deo fit ut illi placeatur in interiori gaudio cōscientie: partim corā hominib⁹ tantū, ut gloria humana capiatur: quinq3 dicit sapientes, et quinq3 stulte. Utreq3 tamē virgines: quia utraq3 cōtinentia est: q̄uis diuerso comite gaudeat. ℟m. Feliciter virgines vincunt mundum. Que post victoriam vinci non norunt. ℣. Beate de prelio redeunt: et hostem victrices moriendo devincunt. Que. Lectio tertia.

2

Lampades autē que manibus portantur: opera sunt que secundum istam continētiā fiunt. Dictum est enim Luceant opera vestra coram hominibus. Omnes vero acceperunt lampades suas: et venerunt obuiā sponso et spōse. Intelligēdum est ergo christi nomine censeri: de quibus agitur. Nō enim possunt qui christiani non sunt spōso christo venire obuiam. ℟. Innumerabilis virginum chorus spreta liberorum propagine. Dum sponso qui in celis est perenni mente Actu et habitu applicari maluit. ℣. Ecce florentem mundum despectu mētis calcauit. Cum. Gloria pa. Actu. ℣⁹ Media nocte clamor factus est. ℟. Ecce spōsus venit exite obuiam ei.

3

¶ In laudibus hec sola aña. Virgines sancte dei orate p̄ nobis: ut scelerum veniā per vos accipere mereamur. ps. Dn̄s regnauit decorem. et c. ps consueti. Cap̄m. O q̄̄ pulchra. Hy⁹. Rex gloriose martyrum totus hy⁹ dicatur per omnia sicut in cōi hysto. plurimorum marty. ℣⁹. Mirabilis deus in sanctis suis. an. Simile est regnum celorum decem virginibus que accipiētes lampades suas, exierunt obuiam sponso et sponse. ps Bn̄d⁹. Oro vt s̄.

¶ Ad primam an. Virgines sancte. ps Deus in nomine.

¶ Ad tertiam ā. Media nocte clamor factus est: ecce spōsus venit exite obuiam ei. ps Legem pone. Cap. O q̄̄ pulchra. ℟ Adducētur regi virgines post eam. ℣. Proxime eius afferentur tibi. Post eam. Gloria. Adducentur. ℣. Media nocte clamor fact⁹ est. Oro vt s̄.

¶ Ad sextam an. Prudentes virgines acceperūt oleum in vasis suis cum lampadibus. ps Defecit. Cap. Emulor em̄ vos. ℟. Media nocte Clamor factus est. ℣. Ecce sponsus venit exite obuiam ei. Clamor. Gloria patri. Media. ℣ Prudentes virgines. Oratio vt s̄.

¶ Ad nonam an. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas ps. Mirabilia. Cp̄ Sapientia vincit ma. ℟ Prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis. Cum lampadibus. ℣. Et exierunt obuiam sponso et

sponse. Cum lampa. Gloria. Prudentes. V. Adducentur regi virgines. Oratio vt sup.

¶ In natali vnius matrone non secundum Sar. Ad primas vespe. super pss fer. aña Simile est regnum celorum sagene. Capitulum.

Prouer. vlt. B

Mulierem fortem quis inueniet? procul, et de vltimis finibus precium ei9: confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit. Hy9. Hui9 obten. Gloria pri geni. V. Diffusa est gratia in labiis tuis. Añ. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est: quesiui et non inueni illum: vocaui et non respōdit mihi: inuenerunt me custodes ciuitatis, percusserunt me et vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum custodes murorum, filie hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo. ps. Magnificat. Oratio

Deus omnium creator et rector, qui hodiernam diem in beate N. festiuitate nobis exultabilem fecisti: presta quesumus, vt ipsius apud te interuenientibus meritis, ab omnibus mereamur absolui peccatis. Per dñm.

¶ Ad matutinas. Inuitato. Christum venerantes deum adoremus regem regum. Qui in celis N. palmam hodie dedit eternam. ps. Venite. Hy9 Huius obtentu. Gloria pri.

¶ In. j. no. a. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra oculi tui colūbarum. ps. Domine dñs noster. añ. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. ps. Celi enarrant. añ. Fauus distillans labia tua sponsa: et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. ps. Dñi est terra. V. Diffusa est gratia in labiis tuis. Lectiones vt in festis earum R. Diffusa est gratia in labiis. R. Propter veritatem R m. Dilexisti iustitiam.

¶ In secundo noctur. ā. Emissiones tue paradisus malorū punicorum cum pomorū fructibus. ps. Eructauit cor meū añ. Fōs hortorū: pute9 aquarum viuentium: que fluūt impetu de libano. ps. De9 noster refugium. añ. Venit dilectus me9 in hortū suū vt comedat fructum pomorū suorum. ps. Fundamenta. V. Specie tua et pulchritudine tua. R. Ista est speciosa inter filias Hierusalem: sicut vidistis eam plenā charitate et dilectione. In cubilib9 et in hortis aromatū V. Ista est que ascendit de deserto: deliciis affluens. In cubilib9 et in hor. R. Veni electa. R m. Audi filia et vide.

¶ In tertio noct. añ. Veni in hortum meum soror mea spōsa: messui myrrham meam cū aromatibus meis. ps. Cantate dño. j. a. Comedi fauum cū melle meo: bibi vinum cū lacte meo. ps. Dñs regnauit exultet. añ. Talis est dilectus meus: et ipse est amic9 meus filie hierusalem. ps. Cantate ij. V. Adiuuabit eā de9 vultu

suo. ℟. Induit me dominus. ℣. Accinxit beata M. fortitudine lumbos suos et roborauit brachium suum. Ideoque lucerna eius non extinguetur in sempiternum. ℣. Gustauit et vidit quia bona est negociatio sapiētie dei. Ideo. ℟. Regnum mundi. ℣. Ora pro nobis. ¶ In laudibus ā.

1 Unguentum effusum nomen tuum: ideo adolescentule dilexerunt te nimis. ps. Dominus regnauit decorem. ān.

2 Lena eius sub capite meo: et dextera eius amplexabitur

3 me. ps. Jubilate deo. ā. Dum esset rex in accubitu suo: narnus mea dedit odorem suaui

4 tatis. ps. Deus deus me⁹. ān. Jam enim hyems trāsiit: imber abiit et recessit. ps. Bene

5 dicite omnia. ān. Sicut malū inter ligna siluarum: sic amica mea inter filias. ps. Laudate. Capitulum. Mulierem fortem. Hy⁹. Ad sacrum cui⁹. Unde nunc noster. Sit salus illi. ℣. Elegit eam deus et preelegit eam. ℟. Et habitare eam facit in tabernaculo suo. ā. Simile est regnum celorum homini negociatori q̄renti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. ps. Benedictus dominus. Vel ān. Anima mea liquefacta est. Oratio vt supra. ¶ Ad primam. ān. Unguentum effusum. ps. Deus in nomine tuo. ¶ Ad tertiam. ān. Lena eius. ps. Legem pone. Capitulum. Mulierem fortem. Uia et versus vt supra vnius virginis et martyris. ¶ Ad sextam. ān. Dum esset. ps. Defecit. Capitulum.

Accinxit fortitudine lumbos suos: et roborauit brachium suum: gustauit et vidit quoniam bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. ¶ Ad nonam ān. Sicut malum. ps. Mirabilia. Capitulum. — Pro vlt. C.

Mulier timens deum ipsa laudabitur: date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera eius. Oratio vt supra ad primas vespe. Ad seundas vesp. ān. Unguentum effusum. ps feriales. Capitulum. Mulierem fortem. Hymnus. Ad sacrum cuius. ℣. Adducentur. ān. Laus tibi christe redemptor pijssime qui tantam sancte M. dedisti gloriam: vt te sponsum amans tuum membrū fieret, eius clementie nos precatu per euum conserua. ps. Magnificat. Vel ān. Descendi in hortum. Orō vt s. — Pro vl. D.

¶ Explicit commune sanctorum et sanctarum.

¶ Trāslatio scti Cedde semper celebratur in dominica proxima ante festum ascēsionis domini: et fiat seruitium hoc modo. Ad primas vesperas ān. Germanorū psalmi fer. Cp. Ecce sacerdos. ℟. O pastor absque priora. Hymnus. Iste

confessor. ℣. Tristitia. Sis pro nobis. ps. Mag. Oratio.

Deus qui nobis trāslationem beati Cedde confessoris tui atq; pontificis celebrare concedis: te supplices exoramus vt eius meritis & precibus a vitiis ad virtutes: & a carcere transferamur ad regnum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit. & regnat in vnitate. Per oia Memoria de sancto & habeatur sub silentio: nisi duplex festum fuerit: deinde de dominica. ¶ Ad matutinas. Inuitatorium. In qua vigil. Deinde dicuntur. iij. an. cum. iij. psalmis primi noc. Lec. sancti euangelij. Scdm ioānem.



In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & pr̄ meus agricola est. Et reli. Omelia s. augustini epi.

De sancto euangelio presenti tempore consonantem similitudinem audistis: qui operantur in vinea. Est enim modo tempus vindemie temporalis: est autem & spiritualis vindemie: vbi deus gaudet ad fructum vinee sue. Colimus enim deum: et colit nos deus. Sed non sic deum colimus: vt nos eum meliorem faciamus. Colimus enim eū adorando: nos arando. Ille autem colit nos: tanquam agricola agrum. Quod ergo ille nos colit meliores nos reddit: quia et agricola agrum: colendo facit meliorem. Et ipsum fructum in nobis querit: vt eum colamus. Cultura ipsius est in nos quod non cessat verbo suo extirpare mala semina de cordibus nostris. Aperire cor nostrū tanquam aratro sermonis: plantare semina preceptorum: expectare fructū pietatis. Cum enim culturam acceperimus in cor nostrum vt eum bene colamus: non existimus ingrati agricole nostro: sed fructum reddim⁹ quo gaudeat. Et fructus noster non illum ditiorem facit: sed nos beatiores. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. Rem. Hunc quem magnum reddit auctoritas.

¶ Lectio secūda de proprietate

Obiit autē sanctus cedda anno sexcentesimo septuagesimo ab incarnatione domini: sexto die nonarū martiarum. Et sepultus est primo quidem iuxta ecclesiam sancte marie: sed postmodum cōstructa ibidem ecclesia beatissimi apostolorum principis petri: in eandē sunt eius ossa translata. In quovtroq; loco ad indicium virtutis illius: solent crebra sanitatū miracula fieri. Denicq; nuper freneticus quidā dum per cuncta errando discurreret: deuenit ibi vespere nesciētibus siue nō curātib⁹ loci custodib⁹. Et ibi tota nocte requiescens: ma-

ne sanato sensu egressus: mirantibus et gaudentibus cunctis quid ibi sanitatis domino largiente consequeretur, ostendit. Tu autem domine. Rm. Hic legati. Lectio.iij.

Est autem locus eiusdē sepulchri tūba lignea in modū domuncule facta coopertus. Habentis foramen in pariete: per quod solent hi qui causa deuotionis illic adueniunt manū suam immittere, ac partē pulueris inde assumere. Quā cū in aquis miserint, atqz has infirmantib⁹ iumentis siue hominib⁹ gustādas dederint: mox infirmitatis ablata molestia, cupite sospitatis gaudia reuehūt. R. Pie pastor, absqz prosa. Vs. Ora pro nobis. In laud. ān. Claustri clausus. et cetere āe capitulum vts. hy⁹ Jesu redēptor. V⁹ Gaudete. ān Presul pie. require hec omia in festo sancti cedde. ps Bndic⁹ dns. oratio vts. memoria de dnica et de resurrectione sub silētio. Ad primam et ad alias hor. āe et capitula sicut in alto festo cum R. de cōi paschalis tēporis: et oratio Deus qui nobis vts. Ad secundas vesper. an. Claustri clausus. ps fer. cpm vts. R. Pie pastor. Hy⁹ Jesu redemptor. V⁹ Gaudete. ān. Sis pro nobis. ps Magnificat anima. Oratio Deus qui nobis translationem. vts.

¶ In comemoratione sancte Etheldrede virginis nō martyris eliens. dioceses. Oratio.

Deus qui eximie castitatis priuilegio sanctissimam virginem etheldredam multipliciter decorasti: da nobis famulis tuis vt sicut ei⁹ commemoratio nobiscum agitur in terris: ita per ei⁹ interuentum nostri memoria apud te semper habeatur in celis. Per dnm. Cetera vnius virginis non martyris. Lcō.j.

In presentis vite et fluctuantis seculi naufragio constituti: ad tui portum presidii confugimus virgo piissima atqz celeberrima etheldreda: vt tue circa nos pietatis sentiamus viscera: qui de tua iugiter gratulamur presentia. Respice igitur pia mater et domina pio intuitu ad exiguum (sed deuotum) nostri famulat⁹ obsequiū. Et quos premit humane fragilitatis immensitas: tue virginitatis (que sponso virginum placuit) releuet ac sustentet beneranda sublimitas. Credimus enim atque confidimus te ab eodem sponso tuo qui speciem tuam concupiuit, quicquid petieris impetrare: quā in thalamo regis eterni collocatam cum virginum choris de palma virginitatis certum est exultare. Lectio secunda.

Succurre domina: succurre mater misericordissima etheldredra nostre miserie. Suffragijs precū tuarum: scelerū nostrorum maculas absterge. Tibique famulantes tales effice: vt tue in=

tegritati pure valeant deser=nire. Gregi tuo tue sollicitu=dinis atq; protectionis sem=per assit custodia: vt sicut tu sacratissimi corporis incor=ruptione iugiter gaudem⁹ at=q; presentia: sic et de tua sub=uentione gaudeamus assidua Protege itaq; mater filios: do=mina seruos vt qui se tue me=morie ac venerationi profitē=tur obnoxios: tue largitatis & pietatis beneficia se gratu=lentur adeptos. Lectio.iij.

R Espice benignissima v=go etheldreda ad nr̄as angustias quas nostris meri=tis sustinemus: & per tue san ctitatis merita & intercessio=nes, et irā iudicis placa quē offendimus: & veniam impe=tra quā nō meruimus. Tuis precibus ad misericordiā in=clina iustitiā districti (sed iu=sti) examinis: quia agni qui spōsus est virginum vestigia quocūq; ierit virgo sequeris. Representa quesumus super ne clemētie gemitus nostros atq; suspiria: vt diuine mise=rationis per te suscipiam⁹ in crementa. Quo tecum in eter num gaudere mereamur: te pe tente, illo largiente qui te in=tegritatis coronauit gloria: per cuncta seculorum secula amen. Cetera de cōmuni vni⁹ virginis non martyris.

¶ In commemoratione sancti thome marty. Ad vesper. aña. Iste sanctus. cpm Omnis pō tifex. Hy⁹ Martyr dei. Glus. Gloria et hono. a. Pastor ce=sus. ps Magt. Oratio.

D Eus pro cuius ecclesia gloriosus pontifex tho mas gladijs impiorum occu=buit: presta quesumus vt om=nes qui eius implorāt auxi=lium: petitionis sue salutarē consequantur effectū. Per do=minum nostrum. Memoria de aliquo sancto si habeatur.

¶ Ad matutinas Inuitatoriū Adest thome martyris memo ria Virgo mater iubilat eccle sia. ps Venite. Hy⁹. Martyr dei. añ. Summo sacerdotio. ps Beatus vir. &c. prout in fes. eiusdē natalis domini: & trās lationis eius sunt notata R̄ Gloria et honore. Lectio.i.

D Ormiente cum patrib⁹ suis in senectute bona felicis memorie theobaldo ar chiepiscopo: thomas cantua=riensis archidiaconus in ar=chiepiscopum & primatem to=tius anglie in nomine sancte trinitatis solenniter eligitur: & postmodum cōsecratur. In=erat autem piis mentib⁹ spes firma & fiducia in domino: vt idem consecratus vtriusq; ho minis habitu mutato: mori=bus melioratus presideret. Probatissimum siquidem te=nebatur sedem illam sedē san ctorum esse: sanctum recipere, aut sanctum facere, vel citius & facile indignum abijcere. Quod et in beato thoma mar tyre impletum est. R̄m Stu=dens liuor thome supplicio: thome genus damnat exilio. Tota simul exit cognatio.

In tempore paschali all'a. V. Ordo, sex⁹, etas, cōditio: nullo gaudet ꝫ hic priuilegio. Tota simul. Lectio secunda.

PRomotus ergo electus dei pontifex, sacreqꝫ vnctionis sanctificatione delibutus: euestigiorem sacramenti est adept⁹. Et multiplici sancti spiritus gratia repletus: ambulās in nouitate vite, nouus homo mutatus est in virum alterum: cuius opera in melius conuersa sunt. Intanta autē gratia sacrauit sui presulatus primordia: vt indut⁹ sed clanculo monachali schemate, monachi adimpleret opus ꝫ meritum. R. Thomas manum mittit ad fortia: spernit dāna, spernit opprobria. Nulla thomam frangit iniuria. In tempore paschali all'a V. Clamat cunctis thome cōstantia: omne solum est forti patria. Nulla. Lectio tertia.

ET qui exemplo baptiste cum constantie zelū iustitie perfecte conceperat in corde: parificari ei quoqꝫ studuit in veste penitentie. Reiecta namqꝫ sindone qua hactenus dum mollia regū blādirentur vti consueuerat, cilicio asperrimo super nudū vestiebatur. Addidit etiam femoralia cilicina: vt arctius carnem mortificaret et spiritum viuificaret. Hec autem sicut ꝫ alia spiritualis vite exercitia, superindutus alijs vestibus (paucis admodum conscijs) oculis ꝫ notitie hominū eximebat: quia nō ab homine sed a deo gloriam querebat. Rm. Jacet granū oppressum palea: iustus cesus prauorū framea. Celum domo commutans lucea. In tēpore paschali. Alleluia alleluia. V. Cadit custos vitis in vinea, dux in castris, cultor in area. Celum domo. Gloria patri. Celum domo. Vsus. Ora pro nobis beate thoma. In lau. vna tantum ān. Cetera prout in fes. eiusdē natalis dñi ꝫ translationis eiusdē sunt notata: preter ān. Ad primā super p̄m Quicunqꝫ. que erit. Te iure laudant. Tamen in tempore pascha. quando de hac commemo. sancti thome fit seruitium Ad vesperas super p̄os aña. Lux perpetua. minor hi fes. Cp̄m. Omnis pontifex. Hy⁹. Martyr dei qui vnicum. In fine hym. vr Quesumus auctor omnium. ꝫ Gloria tibi domine qui surrexisti. V. Tristitia vestra. ān. Pastor cesus. Et finiatur cum Alleluia. p̄s Magnificat. Oratio. Deus p cuius. Completo. de temporali non mutatur. Ad matutiñ. Inuitato. Ad eum thome. ꝫ finiatur cum Alleluia p̄s. Venite. Hy⁹. Martyr dei. super p̄os vr hec sola ān. Summo sacerdotio. ꝫ finiatur cum Alleluia. p̄i. Beatus vir. Quare fremuerunt gentes, Domine quid multiplicati. V. Tristitia vestra, hi predicti psalmī cum predicta ān. ꝫ V. dñr quotienscunqꝫ de hac commemo.

tempore paschali d'r. Et non d'nr alij psal. nec alia an. nec alius V. Lectiones et R. sicut prius ante laud. V. Vox leticie. In laud. hec sola an. Granum cadit. et finiatur cum Alleluia. ps Dominus regnavit. Cap'm. Omnis pontifex. Hy'. Deus tuorum militu. In fine dicitur Quesumus auctor.. et Gloria tibi domine, qui surrexisti. V. Gaudete, an. Opem nobis.. et finiatur cum Alleluia. ps Benedictus, Oratio vts. Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut supra dictu est: preter R. et V. ad terciam, sextam et nonam que erunt de comuni unius martyris, sive pontificis paschal. temporis: ita tamen q omnes antiphone super primam: et alias horas finiantur cum Alleluia.

¶ Quotidie per totum annum dicantur vesp. et matu. de sancta Maria in choro vel extra.



¶ Vespere de scta Maria per adventu, usq ad vigi. nativita. dni an. Prophete predicaverunt nasci salvatore de virgine Maria. ps. Letat' sum. Ad te levavi. Nisi qr. Qui confidunt. In convertendo. In fer. iij. qn isti predicti ps. Ad vesp. de die dicatur: tunc ad ves. de scta maria dicatur isti ps vz Dixit dns. Confitebor. Btus vir. De profundis. Memento. Quod observetur in di fer. iiij per totu annum qn fit de scta maria come. in conventu. Cap.



Ecce virgo concipiet et pariet filiu, et vocabitur nomen eius emmanuel: butyru et mel comedet ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Hy'. Ave maris stel. V. Diffusa. a. Ne timeas Maria, invenisti gratia apud dnm: ecce concipies et paries filium alla. ps. Magt. Oratio.

Esaie. 7 C

Concede nos famulos tuos qs dne deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessioe, a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui leticia. que terminetur sic Per christum dnm nostrum. Non d'r Dns vobiscu. nec Bndicam' dno. sed statim d'r memor. de sancto spu. a. Veni sancte spiritus. V. Emitte spm. Oratio. Deus qui corda. Deinde fiat memoria de sancto in cuius honore dedicata est ecclesia: ut in prebedatis vel alijs ecclesijs parrochialib', Et postea

fiat memoria de reliquiis an. Corpora sanctorum. V. Beati qui habitat in domo. Oratio.

PRopitiare quesumus domine nobis famulis tuis per sanctorum tuorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia merita gloriosa: ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur aduersis. Per

¶ Alia oratio ad matutinas.

PResta quesumus omnipotens deus: ut sanctorum tuorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia nos protegant merita: quatenus eorum precibus tranquilla pace in tua iugiter laude letemur. Per do.

Memor. de omnibus sanctis per aduen. cum ista an. Ecce dominus ueniet et omnes sancti eius cum eo: et erit in die illa lux magna alleluia. V. Ecce apparebit dominus super nubem candidam. Rem. Et cum eo sanctorum milia. Oratio.

COnscientias nostras quesumus domine uisitando purifica: ut ueniens Jesus christus filius tuus dominus noster cum omnibus sanctis, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum. Memo. de pace. an Da pacem. V. Domine fiat pax. Oratio. Deus a quo que terminetur sic Per dominum nostrum. etc. cum Dominus vo. et Benedicamus. Alia oratio subsequens dicitur ad matu. tantum. Oratio.

DEus auctor pacis et amator quem nosse viuere, cui seruire regnare est, protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: ut qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus. Per dominum. Dominus vobiscum. Benedicamus domino.

¶ Ad completo. de sancta maria per aduen. an. Beata es maria que credidisti: perficientur in te que dicta sunt tibi a domino alleluia. Ps. Usquequo. Judica. Sepe expugnauerunt. Domine non est. Cap. Sicut cynamomum. Hy. Virgo singula. Vitam presta. Sit laus. V. Elegit. an. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Ps. Nunc dimittis. Oro. Gratiam tuam. que finiatur sic Per eundem dominum nostrum iesum christum. Dominus vobiscum. Benedicamus domino.

Ad matuti. de sancta maria per totum aduen. quando non fit plenum seruitium de ea. Inuit. Aue maria gratia plena Dominus tecum. Ps. Venite. Hy. Quem terra.

¶ Dominica et fer. ii. an. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus uentris tui. Ps. Domine dominus noster. Celi enarrant Domini est terra. V. Specie tua.

¶ Feria tertia a. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere, procede et regna. Ps. Eructauit cor meum. Deus noster refugium. Fundamenta eius. V. Diffusa est gratia.

¶ Feria quarta a. Gaude maria uirgo, cunctas hereses sola interemisti in uniuerso mundo. Ps. Cantate domino. i. Dominus regnauit exultet. Cantate domino. ii. V. Speciosa.

Unusquisq; aūt videat quid superedificet: fūdamētū enim aliud nemo potest ponere preter id quod positū est: quod est xp̄s iesus. Hy⁹.

Angulare fundamētum lapis christ⁹ missus est qui compage parietum in vtroque nectitur: quem syō sancta suscepit, in quo credens permanet.

Omnis illa deo grata et dilecta ciuitas, plena modulis in laude ⁊ canore iubilo: trinum deum vnum quoq; cum fauore predicat.

Hoc in templo summe deus exoratus adueni, et clementi bonitate precū vota suscipe: largam benedictionem hic infunde iugiter.

Hic promereantur oēs petita acquirere, ⁊ adepta possidere cum sanctis perenniter, paradisum introire translati in requiem. Gloria ⁊ ho. ℣. Beati qui habitant in domo tua domine. ℟. In secula seculorū laudabunt te. an̄. zachee festināns descēde: q2 hodie in domo tua oportet me manere: at ille festināns descēdit: ⁊ excepit illū gaudēs in domū suā: hodie huic domui salus a deo facta est alla. ps. Bn̄dictus. Orō.

Deus qui ecclesiā tuam spōsam vocare dignat⁹ es: vt que habebat gratiā per fidei deuotionē, haberet etiā ex noie dignitatē: da vt omis hec plebs tuo noi seruiens, huius vocabuli consortio digna inueniatur. Quibiuis ⁊ regnas cū deo patre in vni. etc. Hec oratio dicitur ad oēs hor. preterq̄ ad. ij. vesperas. Ad. j. an̄. Domum tuam, ps. Deus in nomine. ā. Gratias. ps. Quicunq;. ℟. Jesu christe. cum alleluia. ℣. Qui sedes. ¶ Si hoc festum infra lxx. vsq; ad pas. contige. dicitur ℟ Jesu christe. sine alla.

sicut in dnicis illius tēporis.
¶ Ad .iij. ā. Domus mea. ps. Legē. Cp. Unusquisqꝫ autē. ℞. Domū tuam dn̄e decet sanctitudo. Alla alla. ℣. In longitudinem dierū. ℣. Domus mea. Orō. Deus qui ec. Hec oratio dr̄ ad oēs ho. usqꝫ ad vespe. ¶ Ad vj. ān. Hec est domus. p. Defecit. Capitulum.

Apoc. 21.

Ecce tabernaculū dei cū hoibus et habitauit cū eis: & ipsi populus eius erūt, et ipse deus cū eis erit eorum deus. ℞. Domꝰ mea. Alla al. ℣. Domus orationis vocabitur. ℣. Bti qui habitāt. A lxx. usqꝫ ad pas. hoc modo dicetur istud ℞. Domus mea: Dicit dn̄s. ℣. Domꝰ oratiōis vocabitur. Dicit do. Gloria. Domꝰ mea. ℣. Beati qui habi ot. Deꝰ q̄ ec. ¶ Ad ix ā. Lapides preciosi. ps. Mirabilia. Cap.

I. Cor. 3.

Unusquisqꝫ autem propriā mercedem accipiet secundum suum laborem: dei enim adiutores sumus: dei agricultura estis: dei edificatio estis. ℞. Beati qui habitāt in domo tua dn̄e. Alla alla. ℣. In secula seculorū laudabūt te. ℣. Hec est domus dn̄i firmiter edificata. ℞. Bene fundata est supra firmā petram. Ad secūdas ves. ā. Domum tuā. ps. Credidi pro. ps. Letatus. ps. Nisi do. ps. Laudate do. qm̄ bonꝰ est. p. Lauda hie. cp.

Mat. vlti.

Hec est domus dn̄i firmiter edificata: bene fundata est supra firmā petram. ℞. Domus mea. Hyꝰ. Angulare fundamentum. ℣. Beati qui habitant. ān. Ecce tabernaculum dei cum hominibꝰ, et spiritus dei habitat in nobis: templū enim dei sanctum est quod estis vos: pro cuius amore celebratis hodie gaudia tempore festi. In pas. tpe Alleluia. ps. Magnificat. Or. Deus q̄ nobis per singulos annos, Et sic fiat serui. quotidie de dedicatiōe per octo dies cum regimine chori, et etiam in dominica: nisi fest. ix. lect. intercurrat, vel trium lectionū cum regimine chori. Scilicet si ab oct. pasche usqꝫ ad ascensionem domini: vel a fest. sancte trinitatis usqꝫ ad aduētū domini hoc festum cōtigerit: vel etiam ab octa. epiphanie usqꝫ ad lxx. quotidie etiā per octa. ad matuti. Inuita. hym. ān. et psal. sicut in prima die. ℣sus. & ℞. secūdum ordinem nocturnorum dicuntur: & vna sola ān. super laud. Et quotidie infra octa. ad vesperas et ad matuti. et ad alias horas dicitur ista oratio. Deus qui ecclesiam tuam sponsam. ¶ Si vero infra aduentum vel infra lxx. usque ad caput ieiunij hoc festum contigerit: octa. erunt sine regimine chori usqꝫ ad octauum diem: tunc enim fiant ix. lectio. & inuita. triplex: nisi in dn̄ica contigerit. Et si aliquod festū trium lect. vel octa. sanctorum infra has octa. cōtigerit: totum fiat seruitium de fest. vel de octa. & tantum memo. de dedicatione.

Dñica vero que tūc infra oc. vel in octa. euene. totum fiat seruit. de ipsa dñica: et tantum memo. de dedicatione. ¶ Cum autem a circumcisione domini vsq3 ad oct. epi. vel a. iiij. fer. in capite ieiunij vsq3 ad quartam feriam ante pasc. vel a vigilia ascensionis dñi vsq3 ad vigiliam pente. hoc fes. forte contigerit: nihil fiat de fes. infra oct. nec etiam in octa. nisi tātum memo. ¶ Si autem a vigi. nati. dñi vsq3 ad circumcisionem dñi: vel a quarta feria proxima ante pasc. vsque ad octa. pasche: vel in vigilia pente. et ab illinc vsq3 ad fes. sancte trinitatis hoc fes. euenerit: semper differatur vbi conuenientius possit celebrari: videlicet post octa. epi. vel post octauas pasche: vel post primam dominicam post festum sancte trinitatis. ¶ Si vero fest. in dominica. s. aduen. dñi vel in quarta fer. in capite ieiunij: vel in do. pass. vel in do. palmarum: vel in oct. pas. vel in fes. sancte trinitatis. vel in fes. corporis christi forte contigerit: differatur in crastin. et erunt vesp. de dedica. Similiter fiat si in die ascen. dñi euenerit: sed et tunc nihil fiat de dedicatione infra octa. vsq3 ad octauum diem: nisi tantum mēo. ¶ Si vero hoc fest. dedicationis ecclesie a festo sancte trinitatis vsq3 ad aduen. dñi in do. forte ptige. et in ipsa dñica histo. inchoanda fuerit que non fuerit duratura nisi per vnam hebdo. tantum: tunc ibi inchoetur histo. cum memo. tantum et hoc priuatim: et totum, serui. fiat de dedicatione: et in tribus fer. p hebdo. tota cantetur hist. cum iij. fer. et in illis tribus fer. fiat primo memo. de dedica. et deinde de xvij. de sancta Maria: et de sancto loci: et de omnibus sanctis. et expositio euangel. de dominica eo anno omnino pretermittatur. Ita tamen q si aliquod festum triū lect. in illis tribus fer. contige. illo anno omnino pretermittat. Tamen octa. dedicatio. ecclesie erunt in sequētib9 diebus cum reg. cho. nisi per predictā causam impediantur, vsq3 ad octauum diem: et tunc erunt ix. lec. cum inuita. triplici: nisi dupl. festum impediat, vel alia historia que non possit cātari in alia dominica nec in fer. et nō fue. duratura. ¶ Itē quauis alia feria et per hoc idem tempus hoc festum contige. et dominica infra oct. forte aliqua hist. inchoanda fuerit: que non sit duratura nisi p vnā hebdo. et in fest. post oc. non possit cantari: tunc in ipsa dominica tota cantetur historia cum commemoratione de dedicatione. Similiter de festo loci: vbi octa. habentur cum regimine chori. ¶ In tēpore vero paschali hoc modo fiat seruitium dedicationis. Ad vtrasque vesperas et ad laudes et ad horas oīa fiāt vt predictū est. Cōplerorium pasc.

temporis nō mutatur. Ad ma tu. tres prime añe cū suis psis ℣. & ℟. de primo noc. dicūtur cum expositione euan. Egressus iesus perambulabat hierico. ¶ Secūda die infra oct. añe psal. ℣. & ℟. de ij. noct. ¶ Tertia die infra oc. añe ps. ℣. & ℟. de. iij. noct. ¶ Quarta die infra oct. psal. ℣. & ℟. de j. noc. & sic fiet per ceteros dies infra octa. Ita tñ q in dñica infra octa. legantur lectio. de expositione euange. Ois qui venit. añe psal. ℣. & ℟. secundum ordinem noc. dñr. ¶ In octa. vero añe, psal. ℣. & ℟. sicut in prima die dicūtur cum euange. Facta sunt ence. Per estatem vero scz a Deus oīm. vsq ad aduen. dñi: & ab octa. epi. vsq ad lxx. quotidie īfra oct. dicūtur ℣. & ℟. secūdum ordinem noc. & vna sola ā. ad lau. dicitur. ¶ He sequentes añe dicātur per oct. dedica. super psal. Bñdictus. & Magñ. vel ad memo. dedica. cum de aliquo sancto fiat seruitiū. ā.

1 Benedic dñe domū istā quā edificaui noī tuo: & venientiū in loco isto exaudi preces in excelso solio glorie tue. In

2 pas. tēpore alla. ān. Mane surgens iacob erigebat lapidem in titulū, fundēs oleum desuper votū vouit dño: vere loc⁹ iste sanct⁹ est, & ego nesciebā. In pasc. tēpore alla. ā. Bene

3 dictus es templo sancto glie tue: quod edificatū est ad laudem & gloriam nois tui dñe.

4 In pas. tēpore alla. ā. Fundamētum aliud nemo potest ponere: pter illud deniq quod positū est a xpo. In pasc. tpe

5 alla. ān. Hec aula accipiet a deo gratiam benedictionis: & miam a christo dño. In pasc.

6 tempore alla. ān. In dedicatione huius templi laudate deum ois militia celorum: et ois terra laudet nomen domini quia exaltatū est nomē ei⁹ solius. In pas. tēpore alla. ān

7 Fundamenta templi hui⁹ sapientia sua fundauit deus: in quo dñm celi collaudant angeli: si ruant venti & fluant flumina, nō possunt ea mouere vnq: fundata enim sunt supra petram. In pasc. tēpore.

8 alla. ā. Exurgat deus ad nostri famulatus obsequiū: et in loco sancto eius stat benedictionis augmentum. In

9 pasc. tēpore. alla. ān. Qui regis israel intēde super domū istā, qui deducis velut ouem ioseph auge in ea benedictionē tuam, qui sedes super cherubin exaudi preces supplicum in ea tibi confitentiū. In pasc. tempore alla. ān. Benedic dñe domum istam quam edificaui nomini tuo: vt sint oculi tui aperti super eam die ac nocte. In pasc. tēpore alla.

11 ān. Ornauerunt faciem templi coronis aureis: & dedicauerunt altare domino, alla. Nulla fiat per tota oct. mēo. quia chorus regitur: vbi per estatem scz a Deus oīm. vsq ad aduen. do. vel in tempore pasc. vel ab octa. epi. vsq ad

xx. contige. nisi aliquod fest. cū regi. chori interuene. Tñ in tēpore nati. do vsq ad puri. fiat solennis mēo. de sancta ma. & ab octa. pas. vsq ad ascen. do. fiat solennis memo. de resurre. Ad omnes hor. añe cp. R. & V. cum oratiōe sicut in die. Ad vesp. a. **Domū tuam.** Ps. **Credidi.** & ceteri psal. vts ad. ij. vesp. & dicūtur p totā oct. quando de dedi. fit serui. cañ. **Hec est domus.** Hy. **Angulare fundamentum.** V. **Beati qui habitant in do.** ¶ Hic ordo seruetur quotidie īfra oct. ad vesp. nisi in dominica sez ad primas vespe. tantū. Sequentes lec. seruiunt per totā oct. nisi in do. & in octa. tantum.

¶ Secūda die. Lectio prima.

Anniuersariā huius sancte ecclesie consecrationis festiuitatem solēnem: nisibus totis, mente deuota, puroq corde: domini saluatoris atq sanctorū exempla sequētes, condigne dilectissimi fratres celebremus. Pulsemus ergo affectu pio, corde deuoto supplicando misericordiā domini: vt clementie sue nobis tribuat felicitatem, et indulgentie remissionem. Atq regni celestis introitū pandat: vt in celesti templo et in superna ac eterna ecclesia, consortio sanctorum eternaliter potiamur. Lectio secunda.

Maiori autē gloria et veneratione in nouo testamento & in isto hoie: solēnia dedicationum nouarum ecclesiarum sunt veneranda: q veteris testamenti obseruatio & legis preceptio instituerit. Quoniam sicut maior redemptio christi sanguine postea in populo facta est christiano ita & maior & multo amplior veneratio dedicationū & consecrationum ecclesiarum (in quibus quotidie ipsius corpus dñi nostri iesu christi et sanguis immolatus a fidelibus sumitur) in xpi refectiōe preparanda est: & a fidelibus amplectenda. Lectio tertia.

Igitur sanctum est fratres ac deo placitū: vt dedicationem huius ecclesie pcipua veneremur deuotiōe. Recte ergo festiuitates & consecratiōes sanctarū ecclesiarū venerabiliter colunt: qui filios sctē dei ecclesie se esse cognoscunt. ¶ Tertia die. L. i.

Hec est enim mater oīm credentium: que natos regenerat ad vitam. Idcirco charissimi summopere oēs qui xpiano noīe censentur, & filij dei vocantur: oportet sacrationes nouarum ecclesiarum solenniter & decēter celebrare, studiosissimeq venerari, & totis nisibus in eis dñi auxilium implorare. Lect. ij.

Non enim dubiū est dñz omnipotentem in templis manufactis inhabitare: et corda eorum qui ad ea conueniunt & eorum dedicatiōes venerabiliter colūt spiritualiter inuisere: atque cunctos inibi deprecantes adiuuare:

et eorum necessitatibus subuenire. Lectio tertia.

Attendere oportet fratres vnumquemque fidelem quanta est consecratio dedicationis ecclesie: et quanta oratio in ea ab episcopo siue a ceteris sacerdotibus et ministris exhibetur. Qualiter ex ministerio consecrationis et ex intentione orationis corda fidelium accendantur: atque omnes diligentissime templi consecrationis festa venerentur.

¶ Quarta die. Lectio prima.

Flexis enim poplitibus: a summo pontifice et a ceteris sacerdotibus et dei ministris, summa cum deuotione dicitur letania. Deinde relique orationes: sicut ordo ecclesiasticus docet. Imploratur enim deus et a suis sacerdotibus et reliquis ministris in consecratione ecclesie noue: vt omnium inibi aduenientium preces a domino exaudiantur: anxietatesque omnium ibi orantium relaxentur: et peccata deprecantibus remittantur. ¶ Tamen si nullus dies dominicus infra oc. dedicationis euenerit: tunc quarta die infra octa. legatur expositio euangelii de dominica infra oct. Lectio secunda.

Postulatur etiam a domino in consecratione ecclesie: vt egritudines ibidem sanentur, vota suscipiantur, iuste desiderata impetrentur, postulata concedantur. Perpetualiterque cuncti ad eam confugientes, et in ea orantes: a domino ab omnibus malis liberentur, a domino conseruentur, siue a malis omnibus illesi misericorditer liberentur. Lectio iii.

Cetera quoque que in serie precum dedicationis et consecrationis ecclesie continentur: eundem deprecatiuum continet modum. Multi ergo sancti qui modo in celis inter cateruas sanctorum gloriantur: dei templa in presenti ecclesia consecrauerunt. Quorum edificia vna cum consecrationibus eorum adhuc manent: et quorum parietes hactenus consistere videntur.

¶ Quinta die. Lectio prima.

Nulli dubium est fratres eorum preces a deo exaudiri, et eorum impetrata adimpleri: quorum anime sunt in celis animabus sanctorum coequales. Si enim viuentes in carne ecclesias plantauerunt et construxerunt: atque ea que in dedicationibus earum petierunt sanctis precibus impetrare (vt certum est) meruerunt: quanto magis modo cum domino regnantium et postulata et impetrata suis meritis in eos redundant: qui ad eadem templa deuote deprecaturi aduenientes, et eorum dedicationes festiue venerantes conueniunt: seu venerabiliter celebrantes colunt. Lectio ii.

Sicut enim prefati sancti siue cuncti sancti patres, ex his factis retributionem perpetuam perceperunt, et eternam gloriam adipisci

meruerunt: sic et modo omnes eorum vestigia imitātes premia eterna (domino annuente) adipisci indubitanter merentur. Lectio tertia.

Monemus ergo vos fratres charissimi ne ista in vanum assumatis: nec cessare quoquomodo permittatis. Quoniā si dedicationes novarū ecclesiarū venerabiliter colitis, et earum solennia studiosissime celebratis: ea q̄ ipsi sancti sacerdotes in ipsis dedicationibus ecclesiarū pro vobis et pro cunctis inibi orantibus petierunt, domino auxiliante misericorditer impetrare gaudebitis.

¶ Sexta die. Lectio prima.

Si enim dominus et magister noster iesus xps ad festum dedicationis tēpli venire dignatus est: quanto magis nos ad festiuitates dedicationum ecclesiarum venire debemus, et eas solenniter (prout poterimus, et dominus dederit) celebrare debemus? Audistis namque fratres charissimi ex lectione euāgelica, quia facta sunt encenia hierosolymis: et hyems erat. Et āmbulabat iesus in templo: in porticu salomonis. Lectio .ii.

Encenia autem vocabātur solennitates sancti templi consecrationis et dedicatiōis: et que dei populus ex patrum traditione, et ex antiqua consuetudine per singulos annos celebrare consueuit. Quorum exempla hodierna die nos imitantes: iuxta christiani orbis morem, annuam ecclesie nostre dedicationis diē diuinis laudibus et vigiliis, siue ceteris bonis studiis et orationibus agere studemus solennem. Lect. iii.

Ambulare dominus noster iesus christus voluit in templo: in quo caro et sanguis brutorū animalium offerebatur. Multo magis ecclesiam et domum ad orādum et diuina sacramēta in ea offerenda: siue domum consecratam vbi carnis ipsius atque sanguinis celebrantur sacramenta: inuisere delectabitur.

Si dies dominicus infra oct. contigerit: totum seruit. fiat de dedicatione hoc modo. Ad primas vespe. super psal. an. Domum tuam. ps. Credidi. et ceteri psal. sequentes vt supra notatum est. ca. pm. Vidi ciuitatem. Non dicatur R. Hy. Urbs beata. V. Domum tuam. an. Sanctificauit. ps. Magnificat. Oratio. Deus qui ecclesiam. Memoria de dominica et de trinitate: et processio ante crucem siue noua historia inchoanda fuerit siue non: nisi quando aliquam dominicam omnino oporteret differri. In introitu chori de sancta Maria.

¶ Ad matutinas tota cantetur historia sicut i prima die: cū istis lectionibus seque. L. i.

Natalem huius tēpli diem fratres dilectissimi, Christo propitio cum exul-

tatione et gaudere celebzamꝰ. Et merito solennitatem matris ecclesie chzistiani populi colunt: per quam se spualiter renatos esse cognoscūt. L. ij.

Nam q̄ per pzimā natiuitatem vasa ire dei fuimus: per secundam natiuitatē vasa misericozdie fieri meruimus. Pzima enim natiuitas nos pduxit ad moztē: secūda reuocauit ad vitā. L. iij.

Omnes nos fratres charissimi ante baptismum phāna diaboli fuimus: post baptismum tēpla chzisti esse meruimus. Et si de salute nostra attentius cogitemus: templum dei et verum et viuum nos esse cognoscemus. L. iiij.

Non solū in manufactis tēplis habitat deꝰ: nec in domo de lignis et lapidibꝰ facta, sed pzecipue in anima ad imaginem dei manu ipsiꝰ artificis condita. Ait enim apostolus. Templum dei sctm̄ est quod estis vos. Lcō. v.

Templa ista deo de lignis et lapidibus fabzicantur: vt sibi templa dei viuentia congregentur, acsi ad templum dei conueniant. Vnus chzistianus: vnū templum dei est. Et multi chzistiani: multa templa dei sunt. Lectio sexta.

Etiam fratres videte q̄ȝ pulchzum est templum: quod edificatur de templis. Et quomodo multa mēbza faciunt vnum cozpus: sic multa templa faciunt vnum templum. Secundū Lucam. Cap. 6. B.

In illo tempoze. Dixit iesus discipulis suis. Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos ostendam vobis cui similis est. Similis est homini edificanti domum. Et reliqua.

Omelia venerabilis bede pzsbyteri. Lectio septima.

Homo hic edificans ipse est mediatoz dei et hominum, homo chzistus iesus: qui dilectā sibi domum (sanctam videlicet ecclesiam) in qua perpetuo maneret, edificare et cōsecrare dignatus est. Lcō viij.

Qui fodit in altum et posuit fundamentū supza petrā: quia in cozde suorum fidelium quicquid terrene intentionis inuenit, funditus extirpare studuit. Quatenus eiectis pzisce consuetudinis ruderibus et cogitationibus superfluis: stabilē in eis ipse et inconcussam mansionem possit habere. Lec. ix.

Ipse enim est petra: super quam huiusmodi domus fundamenta locauit. Et sicut in domo edificanda nil petre cui fundamentum imponitur anteferetur: ita sancta ecclesia petram suam (videlicet chzistum) imo habet in cozde recondita: nec aliquid fidei illius ac dilectioni pzeponit, ideo vt pzo hac etiā moztem pati non dubitet. Ad lau. vna sola ā. Ad. i. et ad alias hozas oīa fiāt sicut infra oct. Ad. ij. vesp. oīa fiant sicut in pzima

die preter Rm. cum oratione Deus qui ecclesiam tuam.

¶ In octa. dedicationis. Ad primas vesp. super pos an. O quam metuendus. pi. fer. ca. R. et cetera omnia sicut in prima die ad primas ves. cum hac oratione Deus qui nobis per singulos. Ad matu. et ad laudes oia fiat sicut in prima die. Lectio .i.

Congruum videtur fratres solennitati quam colimus, de edificatione templi aliqua commemorare: et quam decenter ornatus illius ecclesie significationi conueniat indagare. Narrat ergo scriptura quia salomon rex preceperat vt lapides tollerent preciosos in fundamentum templi: et quadrarent eos. Lectio .ii.

Lapides grandes et preciosi qui in fundamento locati sunt, et totum onus templi sibi superpositum portant: eximios sancte ecclesie doctores insinuant. Grandes nimirum excellentia meritorum: preciosos claritate signorum. Qui ab ipso domino verbum audientes: totam crescentis ecclesie fabricam sua predicatione genuerunt. Lectio tertia.

Fundamentum in sacra scriptura christus appellatur. In quo lapides grandes preciosi qui templum omne gestarent sunt positi: quia per ipsum ad propagandam toto orbe ecclesiam et prius patriarche et prophete: et postmodum sunt apostoli instructi. Qui quo arctius eius amori inherebant: eo fortius sectatores suos in edificatione celesti sustentabant. Si textum .iii. lec. habens proprias lectiones hac die euenerit: fiant de ipso mediae lectiones. Lectio quarta.

Quos videlicet lapides rex quadrari precepit: vt magistros ecclesie compositos moribus et immobiles animo esse debere signaret. Sicut enim quadratum quocunque vertitur stat: ita perfectorum vita nullis tentationum impulsibus a sua stabilitate deijci nouit. Lectio quinta.

Erat autem predictum templum de marmore pario (qui est lapis albus) extructum: vt candorem ecclesiastice castitatis exprimeret. Habebat vero sexaginta cubitos in longitudine, et viginti in latitudine, et triginta in altitudine. Lectio sexta.

Longitudo templi fidem sancte ecclesie designat: per quam longanimiter prauorum aduersa tolerat. Latitudo charitatem: qua intus per viscera pietatis spaciatur. Altitudo spem: qua propter bona que per charitatem operatur, celestis vite premia expectat. Secundum Joannem. Cap. 10 B

In illo tempore. Facta sunt encenia hierosolymis et hyems erat: et ambulabat Jesus in templo in porticu salomonis. Et reliqua.

Homelia beati Gregorii pape. Lectio septima.

Encenia vocabantur solen-

nia dedicationis templi: que populus dei ex antiqua patrū traditiōe per annos singulos celebrare consueuerat. Quorum vestigia nos hodie iuxta morē christiani orbis sequētes: annuam dedicationis ecclesie nostre diem diuinis laudibus et vigiliis studem⁹ agere solennem. Lectio. viij.

At hanc ergo nos festiuitatem eo maiori deuotione celebrare oportet: quo eam redemptori esse gratissimam cognouimus. Adeo vt in templum ipse ingredi, et sermonem facere populo, ac diuinitatis sue sacramenta pandere dignatus est. Lectio. ix.

Si ergo ambulare voluit dominus in tēplo in quo caro et sanguis brutorum animalium offerebatur: multo magis orationis nostram domum, vbi carnis ipsius et sanguinis sacramenta celebrātur visitare gaudebit. Si perambulare non despexit domin⁹ in porticu in quo rex quondam mortalis ac terrenus (q̄uis potentissim⁹) stare solebat: q̄to magis penetralia cordiū nostrorum inuisere atq; illustrare desiderat? Si tamen porticū esse salomonis hoc est si ea timorem (quod est initiū sapientie) habere perspexerit. ¶ Ad prima et ad alias hor. oia fiant sicut infra octa. Ad scdas vesp. oia fiant sicut in die p̄teter R̸. qd̄ non dicet cum hac oratione De⁹ qui ecclesiā. Oia fit sicut de aliquo scto p̄ per oct. fiat solennis memo. de oct. cum hoc V̸. tam ad vesp. q̄ ad matu. V̸. Beati qui ha. siue dup. festū sit: siue non

¶ Sequuntur benedictiones

¶ Quotienscunq; fiūt. ix. lec. per totum annū dicantur iste sex bn̄dictiones ad matu. preterq̄ in fes. btē ma. et oim sanctorum et in fes. iij. lc. sine expositione euā. siue chor⁹ regat siue non: et in oct. et infra oct. et in fes. pas. tpis scd̄m ordinem noctur. ¶ In primo nocturno dicuntur iste benedictiones.

Benedictione perpetua: benedicat nos pater eternus.

Deus dei filius: nos bn̄dicere et adiuuare dignetur.

Spūssancti gratia, illuminet corda et corpora nostra.

¶ In secundo nocturno benedictiones.

Omnipotens dominus: sua gratia nos benedicat.

Christ⁹ perpetue det nobis gaudia vite.

Intus et exteri⁹: purget nos spiritus almus.

¶ In tertio noc. S. Marcum.

Euāgelicis armis: muniat nos conditor orbis.

¶ Secundum Mattheum.

Euangelica lectio: sit nobis salus et protectio. S. Lucam.

Per euangelica dicta: deleātur nostra delicta.

¶ Secundum Joannem.

Fons euāgelij: repleat nos dogmate celi.

¶ Cum expositio nō habet: tūc or ad. viij. lc. ista benedictio.

Creator omnium rerum: benedicat nos hic et in euum.

¶ Ad octa. lectionē semper dr̄ ista benedictio: nisi in festis beate marie: & oīm sanctorum

Diuinum auxilium maneat semper nobiscum.

¶ Qñ vero dr̄ expo. euan. ad .ix. lec. tūc sit ista bn̄dictio scd'a.

Diuinum auxilium ma. &c.

¶ In festis vero sanctorū sit ista nona benedictio.

Ad societatem ciuium supernorum: perducat nos rex angelorum. Et semper dr̄ rex angelorum. quandocunq dr̄ secundū vsum ecclesie Sar. nisi in fes. beate ma. Similr in fes. iij. l. cū expositio. euā. sit ista. iij. bn̄di.

Ad societatem ciuium sup.

¶ Qñ vero fiunt nouem l. de tēporali per totū annum: nisi a festo sctē trini. vsq ad aduētum dn̄i: sit ista nona bn̄dictio

In vnitate scti spūs: benedicat nos pater & filius. Dicet. etiam i festo corporis christi: & in oct. eiusdē: & in exaltatione sctē crucis: & i dedic. ecclie & i do. infra oct. & i oct. eiusdē

¶ Quando vero fiunt. iij. lectiones de tēporali cū exposi. euan. tunc sit ista. iij. bn̄dictio

In vnitate sancti spirit⁹. &c

A festo vero sancte trinitatis vsq ad aduē. dn̄i, dn̄icis diebus quando de dn̄ica agitur: sit ista nona benedictio.

In charitate perfecta: confirmet nos trinitas sancta.

¶ In omnib⁹ tēp. per annū extra tēpus pasc. & qñ expō non habet dicantur he bn̄di. tres.

Deus misereatur nostri: et det nobis pacem.

Uirtus christi: habitet in cordibus nostris.

De celo missus: doceat nos spiritus almus.

¶ In festo oīm sanctorū dn̄e bn̄dictiones prout in eodē fes. ante l. eiusdem sunt notate.

¶ In festis & in cōmēo. beate marie dicant iste bn̄dictiones

¶ In primo nocturno.

Alma virgo virginum intercedat pro nobis ad dn̄m.

Christus marie filius: sit nobis clemens et propitius.

Sancta dei genitrix: sit nobis auxiliatrix.

¶ Tres predicte benedictiones in cōmēo. beate marie nō variantur per totum annum.

¶ In secundo nocturno.

Sācte marie merita: nos perducant ad regna celestia.

Que peperit christum: p nobis postulet ipsum.

Stella maria maris: succurre piissima nobis.

¶ In tertio nocturno.

Per marie merita: prosit nobis lectio euangelica.

Diuina solaria: nobis impetret virgo maria.

Ad societatē ciuiū supernorū: perducat nos regina celorū.

¶ Item alie benedictiones de sancta maria infra octauas.

Pura, pudica, pia: miseris miserere maria.

Uirgo parens natum: fac nobis propitiatum.

Nos precibus matris: saluet sapientia patris.

¶ Secunda die.

Virgo deo digna: precantibus esto benigna.

Intercede pia: pro nobis virgo maria.

Que peperit flore: det nobis floris odorem.

¶ Tercia die.

Conserva famulos: virgo maria tuos.

Sancte marie precibus: benedicat nos pater et filius.

Filius virginis marie: det nobis gaudia vite. Amen.

¶ In quotidianis matutinis beate Marie dicantur he benedictiones.

Alma virgo virginum: intercede pro nobis ad dominum.

Intercede pia pro nobis virgo maria.

Sancta dei genitrix: sis nobis auxiliatrix.

¶ Benedictio salis et aque omnibus dominicis per annum.

¶ Post primam et cap. fiat benedictio salis et aque ad gradum chori a sacerd. hoc modo.



Exorcizo te creatura salis per deum ✠ vivum, per deum ✠ verum, per deum ✠ sanctum, per deum qui te per helizeum prophetam in aquam mitti iussit ut sanaretur sterilitas aque: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, et sis omnibus te sumentibus sanitas anime et corporis: et effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersum fueris omnis fantasia et nequitia vel versutia diabolice fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos: et seculum per ignem. ℟. Amen. Sequitur oratio sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus.

Immensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus: ut hanc creaturam salis quam in usum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare tua pietate digneris ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis. Et quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit: careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitie. Per dominum. ℟. Amen.

¶ Sequitur exorcismus aque.

Exorcizo te creatura aque in nomine ✠ dei patris omnipotentis, et in nomine ✠ Jesu christi filii eius domini nostri, et in virtute spiritus sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici: et ipsum inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis Per virtutem eiusdem domini nostri Jesu christi: qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen

Sequitur oratio sine Dominus vobiscum. sed cum Oremus.

Deus qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto

propitius inuocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus preparato virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abiiciendos demones morbosque pellendos diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit: careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidie latentis inimici: et si quid est quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti, aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum Jesum.

Hic mittat sacerdos sal in aquam in modum crucis ita dicendo sine nota. Commixtio salis et aque pariter fiat. In nomine patris et filij et spiritussancti. ℟ Amen. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctor et insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduerse dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis seuitiam superas, qui hostiles nequitias potens expugnas: te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus vt hanc creaturam salis et aque dignanter accipias, benignus illustres, pietatis tue more sancti ✠ fices: vt vbicunque fuerit aspersa per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur. Per dominum, in vnitate eiusdem. Dum aspergatur aqua cantetur hec an.

Asperges me domine hyssopo et mundabor: lauabis me et super niuem dealbabor. Ps. Miserere mei deus. Asperges. Ps. Et secundum. Asperges me. Ps. Gloria patri. Sicut erat. Lauabis me. Post aspersionem aque dicat sacerdos ad gradum chori. ℣ Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℟ Et salutare tuum da nobis. Sequitur oratio sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater omnipotens eterne deus: et mittere dignare sanctum angelum tuum de celis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet, et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum. ℟ Amen.

¶ Benedictio panis.

Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. Oremus.

Benedic domine istam creaturam panis sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt omnes gustantes ex eo, recipiant tam corporis quam anime sanitatem. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Alia benedictio panis. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celũ et terram. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus, bene ✠ dicere digneris hunc panẽ tua sancta spirituali benedictione: ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: atque contra omnes morbos & universas inimicorum insidias tutamen. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum panem qui de celo descendit, et dat vitam & salutem mundo: et tecum vivit & regnat deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

¶ Sequuntur preparationes ad missam.

¶ Sacerdos volens confiteri dicat. Benedicite pater. Sacerdos. Dominus sit in corde tuo & in labiis tuis ad confitẽdum omnia peccata tua. In nomine patris & filii &c. Tunc dicat peccata sua: quibus dictis dicat sacerdos. Misereatur tui omnipotens deus &c. Indulgentiam & absolutionẽ &c. Meritum passionis domini nostri Jesu christi, suffragia sctẽ matris ecclesie, bona que fecisti & que per dei gratiam facies sint tibi in remissionem peccatorum tuorum. Iniungat penitentia dicens. Et pro penitẽtia speciali dices hoc et hoc, vel facies hoc et hoc.

Tunc absolvat & dicat. Dominus noster Jesus christus qui est summus pontifex per suam piissimam misericordiam te absolvat. Et ego auctoritate mihi concessa absolvo te primo a sententia minoris excommunicationis si indigeas. Deinde absolvo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris et filii &c.

Sacerdos volens accedere ad altare induat se sacris vestibus dicens.

Veni creator spiritus, mentes tuorum visita: imple superna gratia, que tu creasti pectora.

Qui paraclitus diceris, donum dei altissimi: fons vivus, ignis, charitas, et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere, dextre dei tu digitus: tu rite promissum patris, sermone ditãs guttura.

Accende lumẽ sensibus, infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis, virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius, pacemque dones protinus: ductore sic te preuio, vitemus omne noxium.

Per te sciamus da patrem, noscamus atque filiũ: te utriusque spiritum, credamus omni tempore.

Sit laus patri cum filio, sancto simul paraclito: nobisque mittat filius, charisma sancti spiritus. Amen.

Vsus. Emitte spiritum tuum

et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per christum dominum nostrum. Deinde sequatur an. Introibo ad altare dei. Ps. Judica me deus et discerne causam. totus ps dicitur Gloria. Deinde dr an. Introibo ad altare dei, ad deum qui letificat iuuentutem meam. Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Confitemini domino quoniam bonus. Quoniam in seculum misericordia eius.

Confiteor deo, beate marie, omnibus sanctis, et vobis: quia peccaui nimis cogitatione, locutione et opere mea culpa, precor sanctam Mariam omnes sanctos dei et vos orare pro me. Ministri respondeant.

Misereatur vestri omnipotens deus et dimittat vobis omnia peccata vestra: liberet vos ab omni malo, conseruet et confirmet in bono et ad vitam perducat eternam. Sacer. Amen. et postea dicat Confiteor. quo dicto dicat sacerdos Misereatur. vts. Deinde dicat sacer. Absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spacium vere penitentie et emendationem vite, gratiam et consolationem sancti spiritus tribuat vobis omnipotens et misericors dominus Ministri respondeant. Amen. Deinde dicat sacerdos Vsus Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vsque in seculum. Oremus

Aufer a nobis domine quesumus omnes iniquitates nostras: vt sancta sanctorum puris mentibus mereamur introire. Per dominum. Tunc se erigat sacerdos et osculetur altare, et hoc in medio: et signet se in facie sua ita dicens. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Deinde incipiat officium vsque.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis: deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Jesu christe. Spiritus et alme orphanorum paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenitus marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationem nostram. Ad Marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Mariam sanctificans. Tu solus dominus. Mariam gubernans.

Tu solus altissimus. Mariã coronans Jesu christe. Cum sancto spiritu: in gloria dei patris. Amen.

Credo in unum deum. Patrem omnipotentẽ. Factorem celi et terre. Visibilium omniũ et invisibiliũ. Et in unum dñm Jesum christũ filium dei unigenitum. Et ex patre natum ante oĩa secula. Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero. Genitum non factũ, consubstãtialem patri: per quem omnia facta sunt. Qui ꝓpter nos homines et propter nostrã salutem descẽdit de celis. Et incarnatus est de spiritu sctõ ex maria virgine. Et homo factus est. Crucifixus etiam ꝓ nobis sub pontio pilato. Passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos Cuius regni nõ erit finis. Et in spiritum sanctum dñm et vivificantẽ. Qui ex patre filioq; procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et cõglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionẽ mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amẽ. Deinde sequatur Dñs vobiscum. et Orem⁹. Deinde vr offertorium. Ipse vero accipiens calicem: diligenter ponat in loco suo debito super medium altaris: et inclinatus parumper elevet calicem utraq; manu offerens sacrificium domino: dicendo hanc orationem. Oremus.

Suscipe sancta trinitas hãc oblationem quam ego indignus peccator offero in honore tuo, beate marie, et omnium sanctorum: pro peccatis et offensionibus meis, pro salute vivorum, et requie omnium fidelium defunctorum. In nomine patris. etc. Acceptũ sit omnipotenti deo hoc sacrificium novum. Dicta a oratione reponat calicẽ et cooperiat cum corporalib⁹: ponatq; panem super corporalia decẽter ante calicem vinum et aquam continentem: et osculetur patenam et reponat eam a dextris super altare sub corporalibus parũ cooperiendo. His ita peractis eat sacerdos ad dextrum cornu altaris: et abluat man⁹ dicens Munda me domine ab omni inquinamẽto mentis et corporis: ut possim mundus implere op⁹ sanctum domini. Ablutis manibus sacer. revertat se ad altare ad divinum officium exequẽdum. Deinde revertat se: et stãs ante altare: inclinatoq; capite et corpore: iũctis manibus dicat. Oratio.

In spiritu humilitatis ꝫ in animo contrito suscipiamur domie a te. Sicq; fiat sacrificium nostrum in cõspe-

tu tuo ut a te suscipiatur hodie: et placeat tibi domine deus. Et erigens se deosculetur altare a dextris sacrificii, et dans benedictionem ultra sacrificium: postea signet se dicens. **In nomine patris.** etc. Deinde vertat se sacer. ad populum et tacita voce dicat **Orate fratres et sorores pro me: ut meum pariterque vestrum acceptum sit domino deo sacrificium.** Responsio clerici privatim. **Spiritus sancti gratia illuminet cor tuum et labia tua: et accipiat dominus digne hoc sacrificium laudis de manibus tuis pro peccatis et offensionibus nostris** In missis vero pro defunctis post ablutionem manuum sacerdos statim incipiat iunctis manibus in medio altaris conversus ad altare dicens. **Hostias et preces tibi domine offerimus.** Et chorus cantando respondeat. **Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte transire ad vitam.**

Et interim dicat sacerdos **In spiritu humilitatis.** Deinde statim dicat conversus ad populum tacita voce **Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis.** Responsio clerici cantando **Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis Quam olim abrahe promisisti et semini eius.**

¶ Notandum quod in omnibus missis pro corpore presenti et in anniversario cuiuscunque fuerint et in trigintalibus dicatur **Hostias et preces.** [illegible] cum **Requiem eternam.** et **Quam olim.** In omnibus vero aliis missis pro defunctis non dicitur nisi in die animarum. Et reversus ad altare sacerdos. secretas orationes dicat iuxta numerum et ordinem ante dictarum ante epistolam: tres incipiens. **Oremus.** Quibus finitis dicat sacer. aperta voce **Per omnia secula seculorum** manibus non elevatis: donec dicitur **Sursum corda.**

¶ De [illegible] prefatio.

Eterne deus: Qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus: unus es dominus. Non in unius singularitate persone: sed in unius trinitate substantie. Quod enim de tua gloria revelante te credimus: hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione vere sempiterneque deitatis: et in personis proprietas: et in essentia unitas: et in maiestate adoretur equalitas Quam laudant angeli atque archangeli: cherubin quoque ac seraphin: qui non cessant clamare una voce dicentes.

¶ De sancto spiritu prefatio.

Eterne deus. Per christum dominum nostrum. Qui ascendens super omnes celos sedensque ad dexteram tuam, promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et superne virtutes atque angelice potestates



hymnum glorie tue concinunt sine fine dicentes.

¶ De sancta Cruce prefatio.

Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret Et qui in ligno vincerat: in ligno quoque vinceretur. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli: adorant dominationes: tremunt potestates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphin: socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, vt admitti iubeas deprecamur: supplici confessione dicentes.

¶ De sancta Maria prefatio.

Eterne deus. Et te in conceptione. Et te in annunciatione. Et te in assumptione Et te in natiuitate. Et te in visitatione. Et te in veneratione beate et gloriose semperque virginis marie exultantibus animis laudare, benedicere, et predicare. Que et vnigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit, et virginitatis gloria permanente huic mundo lumen eternum effudit, Jesum christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam. vt supra.

¶ De apostolis prefatio.

Eterne deus. Et te domine suppliciter exorare, vt gregem tuum pastor eterne non deseras: sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias. Vt iisdem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et archangelis, cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia celestis exercitus hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes. ¶ Prefatio cotidiana.

Per oia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Hic eleuet sacerdos manus dicens. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et salutare nos tibi semper et vbique gratias agere, domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphin. etc. vt supra. Sanctus, sanctus, sanctus. Item in aliis prefationibus. Et ideo. vt supra. Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua: osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini: osanna in excelsis. Quando vltimo fit seruitium de sancta maria ante aduen. et ante lxx. et in octaua visitationis, assumptionis, et natiuitatis beate marie: tunc dicatur hoc modo Benedictus marie filius qui venit in nomine domini. etc. Deinde confestim manibus iunctis et oculis eleuatis incipiat Te igitur clementissime pater corpore inclinato donec dixerit.





Te igitur clementissime pater per Jesum christũ filium tuum dñm nostrum supplices rogam⁹ corpore inclinato donec dicat **petimus.** Hic erigens se sacerdos osculetur altare a dextris sacrificij dicens **vti accepta habeas & benedicas** Hic faciat sacerdos tres cruces super calicem dicendo **Hec ✠ dona Hec ✠ munera Hec ✠ sancta sacrificia illibata,** factis signaculis super calicem elevet manus suas ita dicẽs.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare: custodire: adunare: & regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo papa nostro N. & antistite nostro N. id est proprio episcopo tantum **rege nostro N.** & dicuntur nominatim. Sequatur **& omnibus orthodoxis atque catholice & apostolice fidei cultoribus.** Hic oret p vivis.

Memento dñe famulorũ famularumque tuarũ N. & N. In qua oõne ordo debet attendi pter ordinẽ charitatis. Quinquies oret sacer. Primo pro seipso. Scdo p patre et matre carnali & spuali & p aliis parentibus. Tertio pro amicis specialib⁹, parrochianis, & aliis. Quarto p oibus assistentibus. Quinto p omi populo christiano: & potest hic sacerdos oẽs suos amicos deo cõmendare. Consulo tamen vt nullus ibidem nimis immoretur: tum propter cordis distractionẽ: tũ propter immissiones que possunt fieri p angelos malos: tũ propter alia pericula. **Et om̃ circumastantium: quorũ tibi fides cognita est & nota deuotio: p quib⁹ tibi offerimus, vel qui tibi offerũt hoc sacrificium laudis: pro se suisque omnibus, pro redemptione animarũ suarũ, pro spe salutis & incolumitatis sue: tibique reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.**

Communicãtes & memoriã venerãtes. Imprimis gloriose semper virginis Inclinado parum per dicat: **marie genitricis dei & dñi nostri Jesu christi. Sed & beatorum**

apostolorum, ac martyrũ tuorũ. Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, et Thadei Lini, Cleti, Clemẽtis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrisogoni, Joannis et Pauli, Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum. Quorũ meritis precibusqȝ cõcedas: ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.

Hic respiciat sacerdo. hostiam cũ magna veneratione dicẽs.

Hanc igitur oblationem servitutis nostre: sed et cuncte familie tue q̃s dñe ut placatus accipias: diesqȝ nostros in tua pace disponas, atqȝ ab eterna damnatione nos eripi: et in electorũ tuorum iubeas grege numerari. Per christum dñm nostrum. Amẽ.

Hic iterum respiciat hostiam dicens.

Quam oblationẽ tu deus omnipotens in omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces super utrumqȝ cum dicat be ✠ nedictam, ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilẽ acceptabilemqȝ facere digneris: ut nobis. Hic faciat crucem super panem dicẽs. Cor ✠ pus. Hic super calicem et san ✠ guis iunctisqȝ manibus dicẽs fiat dilectissimi filij tui dñi nostri Jesu christi. Hic erigat sacerdos manus et coniungat: et postea tergat digitos, et elevet hostiã dicẽs

Qui pridie q̃ pateretur: accepit panem in sctãs ac venerabiles manus suas: et elevatis oculis in celum, Hic elevet oculos suos ad te deum patrem suum omnipotentem. Hic inclinet se, et postea elevet paululum dicens tibi gratias agens. Be ✠ nedixit, fregit. Hic tangat hostiã dicens deditqȝ discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Et debent ista verba proferri cum uno spiritu, et sub una prolatione, nulla pausatiõe interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiam, et postea elevet eã supra frontem ut possit a populo videri: et reverenter illam reponat ante calicem in modum crucis per eandem facte. Et tunc discooperiat calicem, et teneat inter manus suas non desiungendo pollicem ab indice, nisi dum facit benedictiones tantum, ita dicens.

Simili modo postea q̃ cenatum est: accipiens et hunc preclarum calicẽ in sanctas ac venerabiles manus suas. Item tibi Hic inclinet se dicens gratias agens be ✠ nedixit deditque discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes. Hic elevet sacerdos parumper calicem, ita dicens.

Hic est enim calix sanguinis mei, novi et eterni testamenti, mysterium fidei: qui pro

vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorũ Hic eleuet calicem vsque ad pectus vel vltra caput dicẽs.

Hec quotienscunque feceritis, in mei memoriã facietis. Hic reponat calicẽ & tricet digitos suos vltra calicẽ, ꝓpter micas & cooperiat calicẽ, deinde eleuet brachia sua in modum crucis iũctis digitis vsqȝ ad hec verba de tuis donis

Unde et memores domine nos serui tui: sed et plebs tua sancta eiusdẽ christi filij tui domini dei nostri tam beate passionis: necnon & ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis offerim⁹ preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hic quinqȝ cruces fiant: scȝ tres prime cruces super hostiã et calicem dicendo. Hostiam pu ✠ ram hostiam sanctam ho ✠ stiam: hostiã immacu ✠ latã. Quarta super panem tãtũ dicendo pa ✠ nem sanctũ vite eterne. Quinta super calicem dicendo. Et ca ✠ licem salutis perpetue.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris, et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel: & sacrificium patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Hic sacerdos corpe inclinato: & cancellatis manibus dicat. Supplices te rogamus. vsqȝ ad hec verba. ex hac altaris participatione. & tũc erigat se deosculãs altare a dextris sacrificij: et faciat signum crucis super hostiam & calicem & in facie sua cum dicit omni benedictione celesti.

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue: vt quotquot. Hic erigens se osculetur altare a dextris sacrificij dicens. ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui. Hic faciat signum crucis super hostiã dicens Cor ✠ pus deinde super calicem dicẽs & san ✠ guinem sumpserimus, omni. Hic signet se in faciem dicens Benedictione ✠ celesti et gratia repleamur. Per eundẽ Christum dominum nostrum. Amen. Hic oret pro mortuis.

Memento etiam domine animarum famulorum famularũqȝ tuarum N. & N. qui nos precesserunt cũ signo fidei: et dormiũt in somno pacis. Reminiscatur defunctorũ eorum precipue pro quib⁹ tenetur orare. Deinde dicat.

Ipsis domine & omnibus in christo quiescentibus: locum refrigerij lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Hic percutiat pectus suum semel dicens.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam, et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martyribus: cum Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia. Et cum omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium non estimator meriti, sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dominum nostrum. Non dicitur Amen. Per quem hec omnia domine semper bona creas. Hic ter signet calicem dicens sancti ✠ ficas vivi ✠ ficas, bene ✠ dicis, et prestas nobis. Hic discooperiat calicem, et faciat signaculum crucis cum hostia quinquies: primo ultra calicem ex utraque parte illius calicis: secundo calici equale: tertio infra calicem, quarto sicut primo, quinto ante calicem. Per ip ✠ sum, et cum ip ✠ so, et in ip ✠ so, est tibi deo patri omnipo ✠ tenti in unitate spiritus ✠ sancti, omnis honor et gloria. Hic cooperiat sacerdos calicem et teneat manus suas super altare usque dum dicitur Pater noster. ita dicens.

Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus. Preceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati audemus dicere. Hic accipiat diaconus patenam eamque a dextris sacerdotis extento brachio in altum usque Da propitius. discoopertam teneat Hic erevet sacer. manus dicens

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Chorus dicat Sed libera nos a malo. Sacerdos privatim Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris: et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria, et beatis apostolis tuis Petro et Paulo atque Andrea cum omnibus sanctis. Hic committat diaconus patenam sacerdoti deosculans manum eius: et sacer. deosculetur patenam, postea ponat ad sinistrum oculum et deinde ad dextrum: postea faciat crucem cum patena ultra caput, et tunc reponat eam in locum suum dicens.

Da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Hic discooperiat calicem et sumat corpus cum inclinatione transponens in concavitate calicis retinendo inter

pollices et indices, et frangat in tres partes. Prima fractio dum dicitur **Per eundem dominum nostrum Jesum christum filium tuum.** Secunda fractio. **Qui tecū vivit et regnat in unitate spiritussancti deus.** Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et tertiā fracturam in dextera manu in summitate calicis: ita dicēs aperta voce **Per omnia secula seculorum.** Chorus respondeat **Amen.** Hic faciat tres cruces intra calicem cum tertia parte hostie dicendo **Pax domini ✠ sit sem ✠ per vo ✠ biscum.** Chorus. **Et cum spiritu tuo.** Ad **Agnus dei.** dicendum accedant diaconus et subdia. ad sacerdo. uterq3 a dextris: diaco. propior, subdia. remotior et dicant privatim.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem

In missis pro defunctis dicitur hoc modo.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: dona eis requiem. cum hac additione in tertia petitione **sempiternam.** Hic cruce signando deponat dictā tertiam partē hostie in sacramentum sanguinis: sic dicendo.

Hec sacro ✠ sancta commixtio corporis et sanguinis dn̄i nostri Jesu christi fiat mihi omnibusq3 sumētibus salus mentis et corporis: et ad vitam eternam promerēdam et capessandam preparatio salutaris. Per eundē dominum nostrum. Amen.

¶ Antequam pax detur dicat sacerdos.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: da mihi hoc sacrosanctum corpus et sanguinem filii tui domini nostri Jesu christi ita digne sumere: ut merear per hoc remissionem omnium peccatorum meorū accipere, et tuo sancto spiritu repleri, et pacē tuam habere: quia tu es deus solus, et preter te non est ali⁹: cui⁹ regnum et imperium gloriosum sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Hic osculetur sacerdos corporalia in dextera parte: et summitatem calicis, et postea diaconū dicens **Pax tibi et ecclesie dei.** Responsio. **Et cum spiritu tuo.** Diaconus a dextris sacerdo. ab eo pacē recipiat: et subdiacono porrigat. Deinde ad gradum chori ipse diaconus pacem portet rectorib⁹ chori: et ipsi pacem cho. portēt uterq3 sue parti incipiēs a maioribus. In festis vero et fer. quando chorus non regitur: pax a diacono choro apportatur per duos extremos de secūda forma: cetera sicut prius.

Post pacem datam dicat sacerdos orationem sequentem privatim antequam se communicet: tenendo hostiam duabus manibus.

D Eus pater fons & origo toti⁹ bonitatis, qui ductus mia vnigenitum tuū pro nobis ad infima mūdi descendere & carnem sumere voluisti: quem ego indignus hic in manibus meis teneo. Hic inclinet se sacerdos ad hostiā dicēs Te adoro, te glorifico, te tota mentis ac cordis intētione laudo: et precor vt nos famulos tuos nō deseras: sed peccata nostra dimittas: quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per eūdem Christum dominum nostrum. Amen.

D Omine Jesu christe fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante spiritu sancto per mortem tuam mundū viuificasti, libera me queso per hoc sacrosanctum corp⁹ et hunc sanguinem tuū a cunctis iniquitatibus meis, & ab vniuersis malis: & fac me tuis semper obedire mandatis, & a te nunq̄ in perpetuū separari permittas saluator mundi. Qui cum deo patre et eodem spiritu sancto viuis & regnas de⁹. Per oia scl̃a scl̃orū. Amē.

C Orporis & sāguinis tui dn̄e Jesu christe sacramentum quod (licet indign⁹) accipio, non sit mihi iudicio & condemnationi: sed tua prosit pietate corporis mei & anime saluti. Amen. Ad corpus di. cū humiliatione anteq̄ accipiat

A ue in eternū sctissima caro christi: mihi ante oia & super omnia summa dulcedo. Corp⁹ dn̄i nostri Jesu christi, sit mihi pctōri via & vita. In nomine ✠ patris & filij & spūssancti. Amen. Hic sumat corpus cruce pri⁹ facta cū ipso corpe ante os. Deinde ad sanguinē cum magna deuotione dicat.

A ue in eternum celestis potus: mihi ante omnia & super oia summa dulcedo. Corpus & sanguis domini nostri Jesu christi psit mihi peccatori ad remedium sempiternum in vitam eternam. Amen. In noīe ✠ patris &c. Hic sumat sanguinem: quo sumpto inclinet se sacerdos & dicat orationem

G Ratias tibi ago domine sancte pater omnipotēs eterne de⁹, qui me refecisti de sacratissimo corpore & sanguine filij tui domini nostri Jesu christi: & precor vt hoc sacramentum salutis nostre quod sumpsi indignus peccator: nō veniat mihi ad iudicium neq̄ ad condemnationem pro meritis meis: sed ad profectū corporis mei & anime salutem in vitam eternam. Amen.

Qua dicta eat sacerd. ad dextrum cornu altaris cum calice inter manus digitis adhuc coniunctis sicut prius, & accedat subd. & effundat in calicē vinum, & relynceret sacerdos manus suas ne alique reliquie corporis & sanguinis remaneant in digitis vel in calice. Cum vero aliquis sacer. debeat bis celebrare in vno die: tūc ad primam missam nō

debet percipere ablutionē vl lā sed ponere in sacrario vel in vase mundo vsqȝ in finem alterius misse, ⁊ tūc sumatur vtraqȝ ablutio. Post primam ablutionē dicitur hec oratio.

Quod ore sumpsimus dñe pura mente capiamus: et de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternū.

Hic lavet digitos in concavitate calicis cum vino infuso a subdiacono: quo hausto sequitur. Oratio.

Hec nos communio dñe purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes.

Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem super patenam: vt siquid remaneat stillet, ⁊ postea inclinando se dicat. **Adoremus crucis signaculum: per quod salutis sumpsimus sacramentum.**

Deinde lavet manus. dia. interim corporalia complicet. Ablutis manibus et redeunte sacer. ad dextrū cornu altaris: dia. calicem porrigat ori sac. si quid infusionis in eo remanserit resumēdum. Postea vero dicat cum suis ministris cōmunionem. Dein de facto signo crucis in facie vertat se sac. ad populum elevatisqȝ aliquantulū brachijs et iunctis manibus dicat. **Dominus vo.** ⁊ iterū revertens se ad altare dicēs. **Orem⁹** Deinde dicat postcōiones iuxta numerū et ordinē añ dictarū orationū añ epĺam. Finita vltima postcōione factoqȝ signo crucis in frōte: iterū vertat se sac. ad pplꝫ ⁊ dicat **Dñs vob.** Deinde di a. **Benedicamus domino.** Alio vero tpe dicitur **Ite missa est.** Quotienscūqȝ enim dicitur. **Ite missa est.** semper dicit̄ ad populum ꝯvertendo. Et cum dici debeat **Benedicamus domino.** vel **Requiescant in pace.** Convertendo ad altare dr. **Benedicamus domino.** His dictis sacerdos inclinato corpore iunctisqȝ manibus tacita voce coram altari in medio dicat hanc orationem.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium servitutis mee: ⁊ presta vt hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile, mihiqȝ et omnibus pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Quivivis ⁊ regnas de⁹. Per omnia secula seculorū. Amen.

Qua oratione finita erigat se sacerdos signans se in facie sua: dicens **In nomine patris** ⁊c. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserūt ad altare in principio misse: sic induti cū ceroferariis et ceteris ministris redeant. Et statim post **Deo gratias.** incipiat̄ in choro hora nona: qñ post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat euang. **In principio.** Cum vero sac. exuerit casulā ⁊ alia indumenta sacerdotalia: dicat psalmos subscriptos cū añ. **Trium puerorū.** Ps. **Benedicite sacerdotes.**

scz ad finem canti. ps. Laudate dominum in sctis eius. totu. ps. Nunc dimittis. Gloria patri. et Sicut era. Deinde dicitur tota a. Triu puerorum cātemus hymnum quē cātabāt in camino ignis, bndicētes dnz. Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater nr. Et ne nos. Bndicamus patrē et filiu cu scto spu. Laudemus et superexaltemus eu in scla. Bndictus es dne in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula. Bndicat et custodiat nos trinitas sctā. Amē Non intres in iudiciu cu seruo tuo dne. Qr nō iustificabitur in cspectu tuo ois viuēs. Dne deus virtutum cōuerte nos. Et ostende faciē tuam et salui erimus. Dne ex. Et cla. Dns vob. Et cum. Oremus.

Deus q trib9 pueris mitigasti flāmas igniuz: concede propitius vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Oratio.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostru domine: vt tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Oratio.

Actiones nras qs domine aspirando puēni et adiuuando psequere: vt cuncta nra operatio et oratio a te semper īcipiat, et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orationes sic. Per christum dominum nostrum. Amen.

In commemoratione sancte trinitatis. Ad missam. Offm.



Benedicta sit scta trinitas, atq indiuisa vnitas: cōfitebimur ei qa fecit nobiscu misericordiā suam. In tpe pasc. Alla alla. Ps. Bndicamus patrem et filium cu sancto spiritu. Oratio.

Omps sempiterne de9 qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere, et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdē fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Qui viuis et regnas deus. Per. Ad Romanos.

O Altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q incomprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie ei9. Quis enim cognouit sensum dni? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut qs prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniā ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Amē. Ad corin. Cap. 11. C.

Fratres. Gra dni nostri iesu xpi et charitas dei et communicatio scti spus sit semp cu oibus vobis. In xpo iesu dno nro. Gr. Bndictus es dne qui intueris abyssos: et sedes sup cherubin. V. Bndicite deum celi qr fecit nobiscum miam suā. Alla. V. Bndictus es dne deus patru nostrorum: et laudabilis in scla. Alla. V. Laudate pueri dominu: laudate nomē dni. Sit nomē dni bndictu ex hoc nuc Cap. 13. D.

et usq; in seculum. Seq̄ntia.

Benedicta sit sancta trinitas deitas eterna, coequalis gloria. De⁹ genitor, de⁹ genitus, cum sacro pneumate permanens super omne quod extat. Quibus est una semper voluntas, et a se discrepans nunq̄ triplicata persona. Nam constat deitas una, non in tres deos diuisa: quod fides fatetur a christo orthodoxe dedita. Hec nanque pellit delicta, patriam reddit serenam: cui dulcem iubilant agmina symphoniam celica. Alti throni vestigia imitātur stolis cādidata. Operiunturq; binas quas captant post se cli discrimina. Et nos quos illustrat gratia supa, demus nostra debita. Quaten⁹ caterna nobis celica maneat post funera socia: ultimoq; pacto discrimine petimus altis perfrui mox palatiis. Quo perspicua lux flagrat, accēsa constanti flamma que deus est, visio nostra et salus eterna. Angelorum que illustrat fortiter pectora: ut in christo sola tua desigant lumina. Hec nanque est illa sitis flagrans qua tunc sitient anime sanctorum et corpora. Cum finaliter data ppetua bonis pro eis a iudice premia.

¶ Secundum Joannem.

Joan. 15. D.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus, quē ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis: ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum: reminiscamini quia ego dixi vobis. Offertoriū. Benedictus deus pater unigenitusque dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In pascha. tempore. alleluia. Secreta.

Sanctifica quesumus domine de⁹ trinitas sancta per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam: et cooperante spiritu sancto, per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Qui viuis et regnas cū deo p̄re. In unitate eiusdē. Prefatio. Qui cum unigenito. Communio. Benedicimus deum celi: et coram omnibus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali. Alleluia alleluia.

Postcommunio.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis, eiusdemq;

indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis & regnas de⁹. Per omnia secula seculorũ. Amen. ¶ In commemoratiõe sancti spũs. Ad mis. Introit⁹.



SPiritus dñi repleuit orbem terrarũ alleluia, et hoc qd continet omia scientiã habet vocis, alla alla alla. Ps. Exurgat deus & dissipent inimici ei⁹: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui corda fideliũ sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis i eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per dñm nostrũ iesum xpm filiũ tuũ. in vnita. eius. ¶ Lectio actuum apostolorũ.

Actu. 8. C.

IN diebus illis. Cũ audissent apostoli qui erãt hierosolymis quia recepisset samaria verbum dei: miserũt ad eos petrum & ioãnẽ. Qui cum venissent: orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quemq̃ illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu. Tunc imponebant manus sup illos: & accipiebãt spiritum sanctum. Grad. Btã gens cuius est dominus deus eorum: populus quem elegit in hereditatem sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. In tẽpore pasc. primũ Alla. ℣. Emitte spm. scdz all. ℣. Veni scẽ. vt s. Sequẽtia.

SAncti spiritus assit nobis gratia. Que corda nostra sibi faciat habitacula. Expulsis inde cunctis vitiis spiritalibus. Spiritus alme illustrator omnium. Horridas nostre mentis purga tenebras. Amator sancte sensatorum semper cogitatuũ. Infunde vnctionem tuã clemẽs nostris sensibus. Tu purificator omnium flagitiorũ spiritus. Purifica nostri oculũ interioris hominis. Vt videri supremus genitor possit a nobis. Mundi cordis quem soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti: vt preconia xpi per totum mundũ veherent. Quando machinã per verbum suum fecit deus celi terre marium. Tu sup aquas foturus eas numen tuum expãdisti spũs. Tu animabus viuificandis aquas fecũdas. Tu aspirando das spiritales esse homines. Tu diuisum p linguas mundum & ritus adunasti domine. Idolatras ad cultum dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicãtes tibi exaudi propiti⁹ scẽ

spiritus. Sine quo oēs preces casse credūtur, et indigne dei auribus. Tu qui omniū seculorum sanctos. Tui nominis docuisti instinctu amplectendo spiritus, Ipse hodie apostolos xpi donās munere insolito, et cunctis inaudito seculis: hunc diem gloriosum fecisti. Scd̄m ioānem

Cap. 14. C.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonē meum seruabit. Et pr̄ meus diliget eum: et ad eum veniemus: et māsionem apud eum faciemus. Qui nō diligit me sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locut⁹ sum vobis: apud vos manēs. Paraclitus autem spūssanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia que cunqꝫ dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mūdus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Audistis qꝛ ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique qꝛ vado ad patrē: qꝛ pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusqꝫ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me nō habet quicquā. Sed vt cognoscat mundus qꝛ diligo patrem: et sicut mādatum dedit mihi pater, sic facio. Offerto. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem: tibi offerēt reges munera alleluia. Secreta.

Munera quesumus dn̄e oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominū. eiusdem. Prefatio. Qui ascendens. Non dicitur i hac prefatione hodierna die nisi in hebdo. pente. tn̄tum. Cōio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes alleluia: et repleti sūt oēs spiritu scō loquentes magnalia dei, alleluia alla. Postcōio.

Sancti spiritus domine corda nostra mūdet infusio: et sui roris intima aspsione fecundet. Per dominū. in vnitate eiusdem.

¶ Missa de Cruce. Introitus.



Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu xpi: in quo est salus vita et resurrectio nr̄a, per quem saluati et liberati sumus. In tempore paschali. Alleluia alleluia. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos et misereatur nostri. Non dicitur Gl̄ia in ex. Oro

Deus qui vnigeniti filii tui domini nr̄i iesu xpi precioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctifica-

re voluisti: concede quesumus eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore, tua quoque ubique protectione gaudere. Per eundem. Ad Philippen.

Cap. 2. A.

Fratres. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltavit illum: et donavit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine iesu omne genu flectatur: celestium, terrestrium, et infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus noster iesus christus i gloria est dei patris. Gr. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltavit illum: et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluia. V. Dulce lignum dulces clavos dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum. In tempore pasch. secundum. Alleluia. V. Nos autem gloriari oportet in cruce dni nostri iesu xpi. Sequn.

Salve crux sancta arbor digna. Cuius robur preciosum mundi fert talentum. Ut hostis per lignum victor ligno reuinceretur. Quodque exortus mortis primis erat terrigenis paradiso ppulsis. Causa etiam vite foret cunctis christi morte verevivificandis. Horrificum tu es semper signum inimicis crux sancta seuis. Quam mors pavet, infernusque timet: que christo suos reconsignas. Cui laus sit in evum. Secundum Mattheum.

Cap. 20. B.

In illo tempore. Ascendens iesus hierosolymam, assumpsit duodeci discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condenabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum, et et flagellandum, crucifigendum. Et tertia die resurget Offer.

Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorum omnium: ut tibi gratam exhibeamus servitutem et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. In tempore pasc. Alla. Secre.

Hec oblatio (quesumus domine) ab omnibus nos purget offensis: que i ara crucis immolata etiam totius mundi tulit offensas. Per dominum nostrum. Prefatio. Qui salutem. Comunio. Per lignum servi facti sumus: et per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: filius dei redemit nos alleluia. et finiatur cum alleluia. quandocunque dicitur: nisi a. lxx. usque ad pascha. Postcommunio.

Adesto nobis dne deus noster: ut quos sancte crucis letari facis honore: eius quoque ppetuis defende subsidiis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritussancti deus.

¶ Officium misse de quinque vulneribus domini nostri iesu christi. Ad mis. Introitus.



Humiliauit semetipsum dñs noster iesus christus usque ad mortẽ, mortem autẽ crucis: propter quod et deus exaltauit illũ, et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Ps. Misericordias dñi in eternũ cantabo. Et dicitur Gloria in excelsis. nisi per aduentũ et a quadragesima usque ad pascha. Or.

Domine iesu christe filii dei viui: qui de celo ad terram de sinu patris descendisti: et in ligno crucis quinque plagas sustinuisti: et sanguinem tuũ preciosum in remissionem peccatorũ nostrorum effudisti: te humiliter deprecamur vt in die iudicij ad dexteram tuam statuti a te audire mereamur: venite benedicti in regno patris mei. Qui cũ eodem patre in vnita. spiritus sancti vi. et regñ. deus. Per omnia. Lectio zacha. prophete.

Cap. 12. A.

Hec dicit dominus deus. Effundã de spiritu meo super domum dauid: et super habitatores hierusalem spiritum gratie et miserationis. Et aspicient in eum quẽ confixerunt, et plangent eũ planctu quasi super vnigenitum: et dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in hierusalem: et dicetur ei. Que sunt iste plage in medio manuum tuarum? Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meum: et super virum coherentem mihi: dicit dominus exercituum. Percutiam pastorem: et dispergentur oues gregis. Dicit dominus omnipotens.

Graduale. Improperium expectauit cor meum et miseriã: et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: consolantem me quesiui et non inueni. Vers. Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Alleluia. Vers. Aue rex noster iesu christe: qui solus nostros errores et reatus miseratus pertulisti: patri obediens ductus es ad crucem: vt agnus mansuetus ad occisionem: tibi gloria osanna: tibi summe laudis et honestatis corona. Sequentia.

Cenam cum discipulis Christe celebrasti, et mortem apostolis palam nunciasti: auctorem sceleris iudam demonstrasti, et egressus primus hortulum intrasti. Tunc procidens dominus humo se prostrauit: et transferri calicem a se postulauit: sed patris arbitrio illũ commendauit, mox et ecce sanguinis sudor emanauit. Iudas post hec osculum ori dedit Christi: ad quid (inquit dominus) amice venisti, nunquid tradis osculo quem iam vendidisti? assistẽtes primus

ferrunt ministri. Nox insomnis itaqꝫ tota ducebatur, nulla prorsus requies Jesu prestabatur: iudeorū ipsa plebs iniuriatur, alapis & colaphis innocens mactatur. Dum iesum eripere pilatus conatur, iudeorum furia magis inflammatur: et plebis vox intonat vt crucifigatur. Traditur militibus, vinculis artatur: vndiqꝫ verberibus corpus cruentatur, caput regis glorie spinis coronatur, postque flexis genibus quisquis irritatur. Ecce caro tenera pij saluatoris, ad columnā nequiter coartatur loris: sic flagellis ceditur impij tortoris, ꝙ emanant riuuli rubei cruoris. Postꝙ vrbis mediū ies⁹ pcedebat, & crucis patibulū humeris ferebat: ad fores & ostia popul⁹ fluebat, eiusqꝫ cōfusio omnib⁹ patebat. Ad pudoris cumulum iesu denudaris, ventoqꝫ cū frigore nudus spoliaris, innocēs cū impiis in cruce dānaris, & quasi dux sceleris medio locaris. Tensis ligno brachiis man⁹ conclauantur, corpus mēbra singula clauis tractabantur, nerui bene simili modo laniātur pedum plante etiam ferro cōclauantur. Fundūt riuos sanguinis mēbra saluatoris: pperet huc anima tristis peccatoris: hauriat vt quippiam sacrati liquoris: quo frequēter liniat vulnera doloris. Loquens iesus postea sitio dicebat: & acetum protinus felle quis miscebat: ac īfusum spōgia ori porrigebat: qđ degustans paululum sumere nolebat. Mi iesu mirifice quid est quod agebas? tu de siti ꝯquerens de cruce silebas: nunc sic hanc doloribus magis sentiebas? sed salutem potius nostram sitiebas. Vocē promēs vltimā patrem inuocasti: spiritumqꝫ manibus eius commendasti: et clamore valido tandem expirasti: et salutem omniū ita consummasti. Nūc ego superbio, tu humiliaris: ego culpas perpetro, tu penas grauaris: ego pomū mordeo, tu felle potaris: ego peto mollia, tu dure tractaris. Demum cuius valeat mens vel ligua fari, quantum virgo creditur intus cruciari: dum cōcernit mortui latus vulnerari: atqꝫ nati viscera lancea rimari? Corpus cuius mortuum iam nil sentiebat: sed militis lancea pectus conscindebat, quā fixam in latere filij videbat, vnde aqua sanguine mixta effluebat. Ad hunc ergo propera fontem redemptoris: vt fluentis quippiam haurias dulcoris: atqꝫ vite lauachrum precium cruoris, quo tui curatio ꝓfluat languoris. Tract⁹

Iudica me deus & discerne causam meā de gēte nō sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Testes enim iniqui insurrexerunt adversum me: prolongaverunt iniquitates sibi.
Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem suam.
Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me, diviserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortē.
Foderunt manus meas et pedes meos, et dinumeraverunt omnia ossa mea: et dolorē super dolorē vulnerib⁹ meis addiderunt. Secūdū Joanē.

Cap. 19. E.

In illo tēpore. Presciēs iesus quia iam oīa consummata erant de ipso: ut consummaretur scriptura, dixit. Sitio. Vas ergo positū erat aceto plenū. Illi autē spōgiā plenam aceto hyssopo circumponentes: obtulerunt ori ei⁹. Et cum accepisset iesus acetum: dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo quoniam parasceue erat: ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt pilatum ut frangerentur eorum crura: et tollerētur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura: et alterius qui crucifixus est cū eo. Ad iesum autem cum venissent: ut viderunt eum iam mortuum, nō fregerunt eius crura. Sed unus militū lancea latus eius aperuit: et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit testimoniū perhibuit: et verum est testimonium eius. Offer. Insurrexerunt in me testes iniqui absque misericordia quesierunt me interficere, et non pepercerunt in faciem meam spuere: et lanceis suis vulneraverūt me: et concussa sunt omnia ossa mea. Secreta.

Domine iesu christe qui pro mundi redemptione crucis lignum ascendisti, ut universus mundus qui in tenebris erat illuminaretur: illam quesumus lucem in animas nostras et corpora infunde, per quam ad eternam lucem pervenire mereamur. Qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas. Prefatio. Qui salu. Communio. Foderunt manus meas et pedes meos: et dinumeraverunt oīa ossa mea. Postcommunio.

Domine iesu christe qui hora diei sexta pro redemptione mundi crucis patibulum ascendisti: et sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur ut per tue passionis et vulnerum tuorum merita, post obitum nostrum paradisi ianuam gaudenter mereamur introire. Qui cum deo patre et spiritu sancto vivis et regnas de⁹. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Missa quotidiana de beata maria. Ad missam. Officium.

Salve sancta parēs enixa puerpera regē qui celū terrā[que] regit in secula seculoꝝ.



In tempore pascha. alla. ℣. Benedicta tu ī mulieribꝰ: et benedictꝰ fructus ventris tui. Oratio.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia: & eterna perfrui letitia. Per dominum.

ℭ Lectio libri Sapientie.

Ab initio et ante secula creata sum: et usque ad futurum seculum non desinā: et in habitatiōe sancta coram ipso ministraui. Et sic in sion firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui, et in hierusalē potestas mea. Et radicaui ī pp̄lo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctoꝝ detentio mea. Gr. Bn̄dicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo.

Sciēdū est q̄ si in tp̄e pasch. fiat de fes. annūcia. b. marie. in capella erit primū Alla. ℣. Per te dei genitrix. & secūdū Alleluia. ℣. Aue Maria. Itē in die assumptionis btē Marie, dn̄ica infra octa. & in octa. die Alleluia. ℣. Hodie virgo Maria. In choro & in capella per octa. Alleluia. ℣. Assumpta est Maria. in choro et in capella. Item in natiui. beate Marie, dn̄ica infra octa. et in octa. die Alleluia. ℣. Natiuitas gloriose. in choro et in capella. & per octauas Alleluia ℣. Per te dei genitrix. in choro & in capella. ℭ Sciendum est q̄ a purificatione vs[que] ad septuagesimā, et a De' oim. vs[que] ad aduentū dn̄i quando fit plenū seruitium de sancta Maria quacū[que] feria ꝯtigerit semper dicitur sequēs Alla. ℣. Salue virgo mater dei templum sancti spiritus: que sola vocari digne meruisti regina celorum & domina. nisi in tp̄e pasc. tunc enim semper erit primū Alleluia. ℣. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data que de celo suscepisti prolem & mundo genuisti saluatorem. Et secundum Alleluia. quando fit plenum seruitium de resurrectione sicut in alto fes. cū regi. cho. dr sequens ad placitū. In capella antē primū Alleluia ℣. Per te dei genitrix. scd̄ȝ vero Alla. diuersimode dr p totam hebd. videlicet die dominica.

Alleluia. ℣. Obtine sacris precibus pia dei genitrix veniam delictorum tuis supplicibus. ℭ Fer. ii. Alla. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. ℭ Feria tertia. Alleluia. ℣. Ora pro nobis pia virgo maria, vnde christus natus est: pro nobis peccatoribus ora. ℭ Fer. iiij. Alleluia. ℣. Virtutes celi te venerantur virgo maria, tuum vnigenitum contemplantes ad dexteram dei patris in potestate et maiestate magna.
ℭ Feria v. Alleluia. ℣. Veni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. ℭ Feria vj. Alleluia. ℣. Salue virgo. ℭ Sabba. Alleluia. ℣. Virga iesse floruit, virgo deum et hominem genuit: pacem deus reddidit, in se reconciliians ima summis. Ista vii Alleluia. dicuntur in capella beate marie a purifica. vsque ad lxx. et a pascha vsque ad aduen. do. nisi quod extra tempus pasche in loco illius Alleluia. ℣. Post partum. dicitur. Alleluia. ℣. Per te dei genitrix. vt supra. et exceptis prenominatis. Similiter in tempore paschali quando celebratur missa de sancta maria sine nota: vel post missam fit memoria: tunc erit primum Alleluia. ℣. Per te dei genitrix. secundum Alleluia. ℣. Post partum virgo. In hebdoma. pasche etiam dicitur Grad. Benedicta et venerabilis es. ad missam quotidianam de sancta Maria vsque ad sabbatum, et non in ipso sabbato. Sequentia dicitur per totum annum ad placitum. Sequentia.

Post partum virgo Maria. Dei genitrix fecunda: gratia tonantis plena. Aue terrarum domina: alma celorum regina. Tibi ethera omnisque sanctorum turma depromat symphonia. Tellus flumina atque siluarum nemora resultant voce sua. Salue parens inclyta, felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita. Tu Jesum papilla lactasti sacra, extans virgo feta, mater intacta. Unde nostris eia faue votis domina: christum interpellans pro salute humana. per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosque oes introduci ad sempiterna paradisi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria.

ℭ Sequentia.

Aue Maria gratia plena. Dominus tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus que peperisti pacem hominibus, et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris tui, qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gratiam. Per hoc autem aue, mundo tam suaue, contra carnis iura. Genuisti prolem, nouum stella solem, noua genitura. Tu parui et magni, leonis et agni, saluatoris xpi

templum extitisti: sed virgo intacta. Tu floris et roris, panis et pastoris virginum regina, rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es misericordie. Theophilum reformans gratie. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella, verbi dei cella, et solis aurora. Paradisi porta, per quam lux est orta: natum tuum ora. Nos vt lauet a peccatis: et in regno claritatis (quo lux lucet sedula) Collocet per secula. Amen. Sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus, alleluia. Regem regum intacte profudit thorus, res miranda. Angelus cōsilij natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens, stella semper rutilans, semper clara. Sicut sydus radium profert virgo filium: pari forma. Neque sydus radio, neque mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani, cōformatur hyssopo valle nostra. Verbum ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Esaias cecinit, synagoga meminit, nunquam tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilibus, sibilinis versibus hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur damnaberis gens misera? Quem docet litera. Natum considera. Ipsum genuit puerpera.

¶ Alia sequentia.

Hac clara die turma: festiua dat preconia. Mariā concrepando symphonia nectarea. Mundi domina que es sola castissima virginum regina, Salutis causa, vite porta, atque celi referta gratia. Nam ad illam sic nuncia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra semper benedicta. Virgo et grauida, mater intacta, ple gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina. In me quo modo tua iā fient nuncia. Viri noui nullam certe copulā. Ex quo atque nata sum incorrupta. Diue missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua afferens gaudia celo terre nati per exordia Intra tui vteri claustra portans qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. ¶ Alia sequentia.

Aue mundi spes maria, aue mitis, aue pia, aue plena gratia. Aue virgo singularis: que per rubum designaris non passum incendia. Aue rosa speciosa, aue iesse virgula. Cuius fructus nostri luctus relaxauit vincula. Aue cuius viscera contra carnis federa, ediderūt filiū. Aue carens simili mundo diu flebili reparasti gaudium. Aue virginum lucerna, per quam fulsit lux superna his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: et de cuius pasci, rex celorum voluit.

Aue gemma celi luminarium Aue sancti spiritus sacrariũ. O quam mirabilis et quam laudabilis hec est virginitas. In qua per spiritum facta paraclitum fulsit fecunditas. O quam sancta quam serena, quam benigna quam amena esse virgo creditur. Per quam seruitus finitur, porta celi aperitur, et libertas redditur. O castitatis lilium, tuum precare filium qui sal⁹ est humilium. Ne nos pro nostro vitio, in flebili iudicio subiiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mundans a peccati fece, Collocet in lucis domo. Amen dicat omnis homo.

¶ Alia sequentia.

Hodierne lux diei, celebris in matris dei agitur memoria. Decantemus in hac die semp virginis marie laudes et preconia. Omnis homo omni hora ipsam ora: et implora eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto, cordis oris voce voto, aue plena gratia. Aue domina celorum, inexperta viri torum, parens paris nescia. Fecundata sine viro, genuisti more miro genitorem filia. Florens ortus austro flante, porta clausa post et ante, via viris inuia. Fusa celi rore tellus, fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splendor firmamẽti, in caliginosa mente desuper irradia. Placa mare maris stella, ne inuoluat nos procella, et tempestas obruat. ¶ Secundum Lucam.

Cap. 11. D.

In illo tẽpore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beat⁹ venter qui te portauit et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud.

¶ Aliud in tempore paschali.

¶ Secundum Joannem.

Cap. 19. G.

In illo tempore. Stabat iuxta crucẽ iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulũ stantem quem diligebat: dixit matri sue. Mulier, ecce fili⁹ tu⁹. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suã. Offerto. Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie christ⁹ deus noster, alleluia. Et finiatur cum alleluia, quandocunque dicitur nisi a. lxx. vsque ad pasc. et nisi in vigilia assumptionis tantum. Secreta.

Tua domine propitiatione et beate Marie semper virginis intercessione, ad perpetuam atque presentem hec oblatio nobis proficiat ꝓsperitatem et pacem. Per dominũ nostrũ iesum christum filiũ. Qui tecum viuit et reg. Prefatio. Et te in veneratio. Communio. Beata viscera marie virginis que portauerunt eterni patris filium.

In tempore paschali. Cōio.
Vera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas inuiolata manet, alleluia alleluia. Postcōmunio.
S Umptis domine salutis nostre subsidiis: da q̄sumus eius patrociniis nos vbique protegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Missa pro defunctis.



Equiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Ps. **Te decet hymnus de⁹ in syō: et tibi reddetur votum in hierusalem, exaudi deus orationem meam: ad te omnis caro veniet.** Nota q̄ ad qualibet missam que p̄ corpore p̄senti cele. cuiuscūq; fuerit nisi fuerit p̄ rege, vel regina, vel alio magno dn̄o quinque dicū tur orationes. Prima oratio.
Omnipotēs sempiterne deus miam tuā supplices deprecamur vt animā famuli tui. &c. ii. or̄. **Deus qui inter ap.** iii. or̄. **Deus venie largitor.** iiii. or̄. **Oīs & misericors de⁹ vnica sa.** v. or̄. **Fidelium.** Infra triginta. quinq; dn̄r oratio. i. **Deus cui proprium.** minor: & cetere orationes vt s. p̄ corpore presenti. Item in. xiiii. die omnes orationes dicūtur. vt infra triginta. In omnib⁹ anniuersariis quinq; dn̄r or̄o. i. **Deus indulgen.** cetere vt supra pro corpore presenti. Si missa pro corpore presenti vel anniuersa. cuiuscūq; fuerit infra trigīta. celebretur: prima oratio p̄ corpore presenti vel anniuer. dicitur. ii. p̄ trigīta. Oratio. **Deus cui proprium.** minor. iii **Deus q̄ inter apo.** iiii. **Deus venie largitor.** v. **Fidelium.** Quandocunq; corpus est presens & in anniuer. episcoporū et decanorū ecclesie postq̄ executor officii in inceptione misse altare thur. diaco. cum thur. accedat: et corpus illud in feretro vel in tūba inceset: similiter ante euāgelium dum tract. canitur incensato prius altari: et tertio postq̄ sacerdos sacrificiū āte lotionem loco suo dispositum thur. idem diaco. thur. sicut prius. non circūeūdo corpus in feretro vel tumba: sed ex vtraque parte vtraque vice incipiēdo a capite temp cum thurifica. Nunquam autem thurificatur corpus ad **Placebo** & **Dirige** secundum vsum Sarisburiēs. sed ad missam semper: nisi fuerit corpus regis, episcopi, comitis, vel baronis. Quotidie ante diem sepulture pro corpore presenti cuiuscunque fuerit dicitur illa oratio. Oratio.
D Eus cui proprium est misereri semper et par

cere: te supplices deprecamur pro anima famuli tui quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manus inimici nec obliviscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi, atque ad regionem vivorum perduci: et quia in te speravit et credidit, sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per.

Pro corpore presenti et in anniuer. et trigin. episcoporum: et in die animarum tantum.

¶ Epistola. Ad Thessaloni.

1.4. B.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non contristemini: sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui vivimus qui residui sumus, in adventu domini non preveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu, et in voce archangeli, et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini invicem: in verbis istis. In anniuer. et trigi. aliorum quorumlibet. Macha.

2.12. B.

In diebus illis. Vir fortissimus Iudas collatione facta duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymam, offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: ut a peccatis solvantur. ¶ Hee due sequen. epistole legantur per totum annum ad missam quotidia. pro defunctis alternis vicibus per hebdoma. ¶ Lectio libri Apocalypsis beati Johannis apostoli.

Cap. 14. C.

In diebus illis. Audivi vocem de celo dicentem michi. Scribe. Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Ad Corinthios.

1.15. C.

Fratres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine. ¶ In omnibus missis pro defunctis episcopis semper dicitur hoc grad. Si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quoniam

tu mecum es domine. ℣. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et idē gradale semper icipiatur et suus versus percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato, ad caput defuncti si adest. sin autē, ad gradum chori. In omnibus aliis missis pro defunctis dicitur grad. **Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. Anime eorum in bonis demorentur: et semen eorum hereditet terrā.** ita q idem gradale incipiatur et suus versus percantet a. iii. clericis de secunda forma habitu non mutato, quandocunque corpus adest ad caput defuncti tantum: sin autem, ad gradum chori, et in die animarum in pulpito. Alias illud idem gradale. **Requiem eternam. ℣. Anime eorum.** quotienscunque cātatur in anniuer. et triginta. et in missis fer. pro defunctis: post eius inceptionem a toto cho. interim sedente absque neuma in fine percantetur. Quandocunque corpus adest: et in oībus missis pro defunctis dicatur trac. **Sicut ceruus.** ibidem ubi grad. a quatuor clericis de superiori gradu habitu nō mutato: nequaquam ut in aliis tractibus alternatim sedentibus, sed interim continue stantibus ad caput corporis quod presens fuerit, vel episcopi defuncti si adest: sin autem, ad gradū cho. quousque finierint ipsum tractum: ita q oēs illi quatuor clerici simul primum ℣. incipiant: quē duo ex parte cho. principalis prosequantur. Sequens ℣. ab aliis duobus ex altera parte cantetur et sic alternis vicibus singuli ℣. totius tract. ab illis quatuor dicūtur choro simul interim sedēte: ita qd oēs ut oēs simul ipsum tractū terminēt. Tract.

SIcut ceruus desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deū fontem viuum: quādo veniam et apparebo ante faciem dei mei? ℣. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies ubi est deus tuus?

In anniuer. et trigin. et in omnibus aliis missis pro defunctis dicitur sequens tr. a toto choro alternatim simul interim sedente cum cantu i gradali super hoc notato, nisi in die animarum tantum: tunc enim dicitur cum eodem cantu quo in dominica. lxx. a quatuor clericis de superiori gradu habitu non mutato ad gradum cho. supra dicto modo scilicet quo tractus **Sicut ceruus desiderat.** Tractus.

DE profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes: in orationem serui tui. Vsus. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?

℟. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Pro corpore presenti et in omnibus anniuersa, et triginta. episcoporum et in die animarum, similiter in dominica et secūda feria quādo dicitur missa ferialiter in capitulo vel alibi: dicitur hoc euangelium.

¶ Secundum Joannem.

Cap. 1 C

IN illo tpe. Dixit Martha ad iesum. Domine si fuisses hic: frater me⁹ non fuisset mortuus. Sed et nunc scio q2 quecunq3 poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio q2 resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etiam si mortu⁹ fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in me. non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiq3 domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mūdum venisti. Offr. Domine Jesu christe rex glorie, libera aīas omnium fideliū defunctorum de manu inferni et de profundo lacu: libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartar⁹: ne cadent in obscura tenebrarum loca: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctā. Quam olim abrahe promisisti et semini eius.

¶ Nota q si corp⁹ assit in omnib⁹ anniuersariis, et trigintali. Post ablutionē manuū incipiat sacerdos iunctis manib⁹ in medio altaris hoc modo Hostias et preces tibi dñe offerimus. Chorus. Tu suscipe pro animabus illis quarū hodie memoriā agim⁹: fac eas dñe de morte transire ad vitā. Sacerdos priuatim di. In spiritu humilitatis. more solito. Deinde dicat similiter priuatim. Orate fratres et sorores pro fidelib⁹ defunctis. Et chorus respōdeat cantādo. ℟. Requiem eternā dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. Quā olim abrahe promisisti et semini eius. In omnib⁹ vero aliis missis pro defunctis que ferialiter dñr: nec quando vltimo ante pas. completur offm mortuorum: nec in die animarū dr Sequens offr. vez O pie de⁹. dr in die animarum tm. Offr. O pie deus qui primū hominem ad eternam gloriā reuocasti: pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dñs veneris iudicare libera de morte animas eorū quos redemisti. ne tradas bestiis animas cōfitētes tibi, ne derelinquas eas in finem. Ante diē sepulture.

Secreta.

SUscipe quesumus dñe misericors pater oblationem quā tibi offerimus p anima famuli tui N. quā hodie de carnali corruptione liberasti: et concede vt ab omnibus humane conditionis excessib⁹ his remediis expietur, et in requie sempiterna diem

resurrectionis prestoletur. Per dominum nostrū Jesum. In omnibus missis pro corpore presenti & in omnib⁹ anniuer. & triginta, & in die animarum: et quando vltimo fit seruitium mortuorum ante pascha dr hec Cōio. Pro quorum memoria corpus christi sumitur dona eis dn̄e requiem sempiternam. V⁹. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria sāguis christi sumitur dona eis dn̄e requiem sempiternam. In omnib⁹ alijs missis pro defunctis dr hec Cōio. Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternū quia pius es. Ante diē sepulture. Postcommunio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt animā famuli tui ab angelis lucis susceptam, in preparata habitacula deduci facias beatorū. Per dominum nostrum.

¶ Nota q in anniuer. simplicibus cuiuscunq canonici. vel cuiuscunq alterius dicantur orationes que i anniuer. ebdorum. Epla. Vir fortissim⁹ iudas. Gradale. Requiem eternam. V⁹. Anime eorum. a toto choro dr. Tract⁹. De profundis similiter a toto choro cantetur. Euāgelium vero prout supra infer. prenotatur.

¶ Nota etiam q qn̄ dr missa mortuo. ferialiter, grad. per cātorem ichoetur: & a toto choro interim sedēte cū suo V. absq neuma percantetur, similiter & tractus. De profundis, cum cantu abbreuiato. Et sciendum est q hec missa que ferialiter in capitulo dr pro fidelibus defunctis: generaliter habet dici etiam ante pascha qn̄ completur officiū mortuorum: ac etiam in die animarū

¶ In die sepulture cuiuscūq corpus sit dicitur. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, misericordiā tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui cui⁹ corpori debitum sepulture officium persoluimus: in sinu abrahe patriarche tui iubeas collocari: vt cum dies agnitiōis tue aduenerit, inter sanctos & electos tuos eum resuscitari precipias. Per dn̄m. Secreta.

SVscipe dn̄e pro anima famuli tui hostiā quā te deo patri obtulisti p nobis benigne: & quia causa hominum descendisti de celis, te redeūte sanctorum tuorum mereatur adiungi consortijs. Per te saluator mundi. Qui viuis & regnas. Post cōio.

PResta q̄s dn̄e vt anima famuli tui cui hodie officia humanitatis exhibem⁹: his sacrificijs expiata, salutationis tue perpetuo munere gratuletur. Per dominum.

¶ In die trigintal. Oratio.

DEus cui propriū est misereri semper & parcere, propitiare anime famuli tui & omnia eius peccata dimitte vt mortis vinculis absolut⁹, transire mereatur ad vitam, Per dominum. Secreta.

INtuere q̃s omñs eterne deus: & placatus suscipere dignare hoc sacrificium quod tibi offerimus ꝓ anima famuli tui & concede illi pacẽ perpetuam & requiem sempiternam. Per. Postcommunio.

PRosit quesumus domine anime famuli tui diuini celebratio sacramenti: vt eius in quo sperauit & credidit, eternum capiat te miserãte consortium. Per dominum.

¶ In anniuersariis. Oratio.

DEus indulgentiarum dñe, da anĩe famuli tui cuius anniuersarium depositionis diem commemoramus refrigerij sedem, quietis beatitudinem, luminis claritatẽ. Per dominum. Secreta.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris ꝓ anima famuli tui cuius hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimus sacrificium laudis vt eam sanctorum tuorum cõsortio satiare digneris. Per dominum. Postcommunio.

PResta q̃s dñe vt anima famuli tui cuiꝰ anniuersarium depositionis diem recolimus: his purgata sacrificiis indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam Per dominum nostrum.

¶ Pro episcopis. Oratio.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate cẽseri: presta q̃s vt quorũ vicẽ ad horã gerebant in terris, eorũ perpetuo consortio letentur in celis. Per dominum. Secreta.

OFferimus tibi dñe oblationẽ seruitutis pro animabus famulorũ tuorum põtificum supplicantes: vt cum presulibus apostolice dignitatis quorum sunt executi officium, habere mereantur sempiterne beatitudinis portionem. Per dñm. Postcõio.

PRoficiat domine q̃s animabus famulorũ tuorũ pontificum diuini celebratio mysterij: vt quos in terris positos huiꝰ muneris dispensatores esse fecisti, iter electos antistites eos iubeas connumerari. Per dominum nostrum.

¶ Pro fratribꝰ & sororibꝰ. Oõ.

DEus venie largitor et humane salutis auctor q̃sumꝰ clementiam tuam: vt nostrarũ congregationum fratres & sorores qui ex hoc seculo transierũt, intercedente beata Maria semper virgine, et beato michaele archãgelo cũ omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortiũ peruenire concedas. Per. Secreta.

DEus cuiꝰ mĩe nõ est numerus suscipe ꝓpitius preces humilitatis nostre: et aiabꝰ fratrũ & sororũ nostrarũ congregationũ quibus tui nominis dedisti confessionẽ, per hec sacramenta salutis nostre cũctorum remissionem tribue peccatorum. Per. Postcõio.

PResta q̃s omñs & misericors deus: vt anime fratrum& sororum nostrarum

congregationum pro quibus hoc sacrificium laudis tue obtulimus maiestati: per huius sacramenti virtutem a peccatis omnib⁹ expiate, lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinem. Per dominum.

¶ Pro benefactoribus. Oro

Omnipotens sempiterne deus misericors deus vnica sal⁹ mortaliũ, te supplices exoram⁹ ꝑ animabus famulorum famularumq́ꝫ tuarum: parentũ ⁊ benefactorum nostrorum: ⁊ interueniẽte btã dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: peccatorum eis largiri digneris indulgentiã: ⁊ in nouissimo die beate resurrectionis letitiam. Per eundem. Secreta.

Sanctifica q̃s domĩe hec fidelium omnium vitalia sacramẽta: ⁊ presta vt per ea interueniente beata dei genitrice maria cum omnib⁹ sanctis tuis, anime famulorũ famularumq́ꝫ tuarũ parentum ⁊ benefactorum nostrorũ: ab omnibus vitijs expiate pabulo vite reficiatur eterne. Per eundem dñm. Postcommunio.

Vtificet nos q̃s domĩe salutare quo pasti sumus sacramentum: ⁊ interueniente beata dei genitrice maria cum omnib⁹ sanctis tuis, cõcede: vt hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumq́ꝫ tuarum, parentum ⁊ benefactorum nostrorum: ad promerendam propitiationis tue gratiam, ⁊ percipiendam future resurrectionis gloriam sempiternam. Per eundem.

¶ Pro omnibus fidelib⁹ defunctis. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor ⁊ redemptor, animabus omnium fidelium defunctorum remissionem cũctorum tribue peccatorum: vt indulgentiã quam semper optauerunt: pijs supplicationib⁹ cõsequãtur. Qui. Secreta.

Hostias q̃s domine quas tibi pro animabus oĩm fidelium defunctorum offerimus propitiatus intende: vt quibus fidei christiane meritum contulisti, dones ⁊ premium. Per dñm. Postcoĩo.

Animabus q̃s domine omnium fideliũ defunctorum oratio ꝓficiat supplicantium: vt eas ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ tue redemptionis facias esse participes. Qui cũ deo patre viuis ⁊ regnas in vnitate spiritus sctĩ.

¶ Vnius apostoli. Offm.

Mihi antẽ nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortat⁹ est principatus eorum. In tempore paschali Alla. ps Domine probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã ⁊ resurrectionẽ meã. Oro

Exaudi domine populũ tuum cum sancti apostoli tui .N. patrocinio supplicãtẽ: vt tuo semper auxilio muniatus, secura tibi possit deuotione seruire. Per dominum

nostrum. Ad ephesios.

Cap. 2. D

Fratres. Jam non estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorum et domestici dei. Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum: ipso summo angulari lapide christo Jesu. In quo omnis edificatio constructa: crescit in templum sanctum in dño. In quo et vos coedificamini in tabernaculum dei: in spiritu sancto. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Sequentia.

Clare sanctorum senatus apostolorum, princeps orbis terrarum, rectorque regnorum. Ecclesiarum mores et vitam moderare. Que per doctrinam tuam fideles sunt vbique Antiochus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tyrannidem tu paule alexandrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos matthee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti cādido. Thoma, Bartholomee, Joannes, Philippe, Simon, Jacobique pariles, Andrea, Thadee, dei Bellatores inclyti. En vos oriēs et occidens. Immo teres mundi circulus. Se patres habere gaudent: et expectant iudices. Et idcirco omnis mundus laudes vobis et honorem sanctis debitum supplex impendit.

Infra septuagesi. Tractus.

Beatus vir qui timet dominū: in mādatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Aug. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi. Scdm Joannem.

Cap. 15. C

In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Hec mādo vobis: vt diligatis inuicē. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mūdo nō estis, sed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mundus Mementote sermonis mei quē ego dixi vobis: non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequētur Si sermonem meum seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia faciēt vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem et locutus fuissem eis: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habēt de peccato suo Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nūc autem et viderunt et oderunt: et me et patrē meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. In tpe paschali

Alleluia. Secreta.

Beati apostoli tui N. domine solennia recensentes, quesumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per do. Prefatio. Et te domine. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes: iudicātes duodecim tribus israel dicit dominus. In tpe pa. Alla alla. Postcōio.

Vere nos misericors de⁹ per hec sancta que sumpsim⁹: et beati apostoli tui N. cuius natalitia celebramus, semper guberna presidijs. Per dominum nostrum.

¶ In natali vnius mr. Offm.



Letabitur iustus in dño, et sperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. In tpe paschali. Alleluia alleluia. Exaudi de⁹ orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: et intercessione beati N. martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per. Lectio libri sapientie.

Eccle. 14 C et 15 A Beatus vir qui in sapiētia morabitur: et qui in iustitia meditabitur, et in sensu cogitabit circunspectionem dei. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapiētie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum et non confundetur: et exaltabit illū apud proximos suos. Et nomine eterno hereditabit illū dominus deus noster. Gr. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso.

Sequentia.

Organicis canamus modulis nunc N. solennia Omnigenis domino vocibus reddentes odas debitas. Qui in suis sanctis mirabilis nimis multiplici virtutum flore eosdem decorat ac mirifice adornat. Nam et in ipsis quasi in quibusdam musicis instrumentis digito proprio fides agitat, fides virtutum sonoras: has numerose percurrens singulas. Permiscet singulis diatesseron mellifluam melodiam. Quam generat virtutum mater illa. Que alijs decēter composita reddit suauem symphoniam qua sine cūcta Fiunt dissona Necnō friuola Qua cum omnia Fiunt consona. Necnon commoda. Qua iusti bene Morātur rite Petentes excelsa poli sydera. Alacres decantant noua cantica in cythara threicia. Quorū agentes festa consortia mereamur in celesti patria.

Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. ¶ Secundum Joannem.

Cap. 12. D

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in celis. Offer. In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. In tpe pas. Alleluia alleluia. Secreta.

Presentia munera domine quesumus serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfundantur benedictione: quatenus illam validius in nostris cordibus dilectionem infundant, per quam sanctus N. martyr tuus omnia corporis tormenta deuicit. Per dominum.

Communio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Postcommunio.

Quos refecisti domine celesti mysterio, ab omnibus quesumus propitiatus absolue delictis: vt intercedente beato N. martyre tuo, diuino munere purificatis mentibus perfruamur. Per dominum.

¶ Missa plurimorum martyrum. Ad missam. Officium.



Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, da nobis sanctorum martyrum tuorum N. et N. ita digne merita venerari: quatenus ab instantibus liberemur periculis, et digni efficiamur gaudiis sempiternis. Per. ¶ Ad hebreos.

Ca. 11

Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iusticiam, adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis. Effugarunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii vero distenti sunt non suscipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent resurrectionem.

Alij vero ludibria & verbera experti: insuper & vincula et carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis: & in pellib⁹ caprinis. Egentes, angustiati, afflicti: quibus dign⁹ non erat mundus. In solitudinibus errantes & in montibus & speluncis: & in cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo Jesu, domino nostro.

Graduale. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. Vsus. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. Alleluia. Vsus. Sancti tui domine benedicent te: gloriã regni tui dicent alla. Sequentia.

Ecce pulchra canorũ resonet voce alleluia. Jn timans requiem ciuibus inclytam. Celica nimium angelorum rutilant agmina. Sancte sancte sancte christo ouanter proclamãtia. Sublimi in cathedra apostolorũ sede fulgida: vt lãpada: tribus & linguas iudicantia. Omnia vt stercora reputarunt tumida: propter hoc emicãt velut stella firmamenti clara. Stolis candidis martyrum colla. Hi sunt milites qui mundi preliauerunt bella. Coronis albis coronantur sancti. Qui confitentes crediderunt iuste vel fide sectantes. Respuerũt vana. Modo habẽt celestia regna. In quibus triumphãt dicentes optima. Siue decantant psallentes carmina Arte laudiflua. Voce dulcisona. Regi christo submittẽtes colla. Multa recitaris i laude spirituũ. Atque iubilaris in choro virginum. Alleluia. Dulcimoda. Te decantant pudicum agmina. Laus tibi sit christe semper per omnia. Qui opitularis cãtãtes talia. Ecce pulchra. Alleluia. Et nosipsi proclamem⁹ vna. Da nobis eterna regna florida. Vbi cantemus omnes alleluia,

Secundum Lucam.

In illo tpe. Eleuatis Jesus oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes: qz vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint homines: & cum separauerint vos: & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanquam malũ, propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis: de⁹ israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus de⁹ alleluia. Secreta.

Cap. 6.

Suscipe quesumus domine munera populi tui pro festiuitate sanctorum martyrum tuorum N. & N. & syncero corde nos fac eorum natalicijs interesse. Per dominum nostrum Jesum christũ.

Communio. Gaudete iusti in domino alleluia: rectos decet collaudatio all'a. Postcõio.

Sacramẽtorum tuorum domine participatione letantes suppliciter exoram⁹: vt quorum merita celebrare condonas, eorum nos facias imitari constantiam. Per dominum nostrum Jesum.

De quocunq; cõfessore. Ad missam. Officium.



Os iusti meditabitur sapientiã: & lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei ei⁹ in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantib⁹: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria pa. Oratio.

Adesto domine precibus nostris quas in sancti N. confessoris tui solennitate deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit meritis & precibus adiuuemur. Per dominum nostrũ Jesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia.

Epl'a. Lectio libri sapientie. Cap. 10. E

Iustum deduxit domin⁹ per vias rectas: & ostendit illi regnum dei: & dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi affuit: & honestum fecit illũ. Custodiuit illũ ab inimicis: & a seductoribus tutauit illũ. Et certamen forte dedit illi: vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum nõ dereliquit: sed a peccatorib⁹ liberauit eum. Descẽditq; cũ illo in foueam: & in vinculis non dereliquit illum donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerũt illum: & dedit illi claritatem eternam, domin⁹ deus noster.

Gradale. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius: & nõ supplantabuntur gressus eius. Alleluia. V. Posui adiutorium super potẽtem: & exaltaui electum de plebe mea.

Sequentia.

Adest nobis dies alma: & magno gaudio plena In qua sancta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma, que gloriã cantat in excelsis voce dulcisonarum symphonia. Hodie polorũ sancta agmina collaudant regem deum nostrum natum ex virgine sancta maria. Aue inclyte presul christi N. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna Jam gratularis in domo superna: possidens sedes almas Te postulamus & poscimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitã nostram O beate, O sancte N. Laus

tibi in gloria. O beate. O sancte ♏ pro nobis supplica. Ut una mereamur sancta celorũ templa possidere leti cernẽtes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus honor ⁊ iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorũ secula. Amen dicant omnia. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictionib' dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Secundum Marcũ.

Cap. 13. B

In illo tẽpore. Dixit Jesus discipulis suis. Videte vigilate ⁊ orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: ⁊ dedit seruis suis potestatẽ cuiusqꝫ operis, ⁊ ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus veniat: sero an media nocte, an galli cantu, an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico, vigilate. Offer.

Desiderium anime ei' tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.. In tempore paschali Alleluia. Secreta.

Suscipe domine sacrificiũ placationis et laudis, quod nos interueniente beato ♏ confessore tuo perducat ad veniam: ⁊ in perpetuã gratiam constituat acceptum. Per dñm nostrũ Jesum christum. ⁊c. Communio. Fidelis seruus ⁊ prudens: quem constituit dominus super familiã suam vt det illis in tẽpore tritici mensuram. In tpe pasch. Alleluia alleluia. Postcõio.

Presta q̃s omnipotens deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta, ei' salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominum nostrum Jesum christum filium.

¶ Missa de sancto Rocho. Ad missam. Officium.

Congratulamini oẽs in dño diem beati Rochi



cõmemorãtes: in cuius cõmemoratiõe letatur eccla plebs exultat, et ãgeli dulcia dant melodia: dicẽtes, gloria tibi domine, qui talem virum in cõfessorem elegisti. ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui scõ. Oratio.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctorum: et cunctis ad eorum patrocinia confugiẽtibus sine petitionis salutarem prestas effectum.

concede plebi tue vt intercedē te beato Rocho confessore tuo que in eius celebritate se devota exhibet: a languore epidimie quam in suo corpore p tui nominis gloria passus est sit libera: et tuo nomini semper sit devota. Per dominum nostrum Jesum christum filiū tuum: qui tecū. Ad Titum.

Cap. 2 & 3. B

Charissime. Memor esto dominum Jesum christum surrexisse a mortuis ex semine david secundum euangelium meum: in quo laboro vsqꝫ ad vincula, quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutem cōsequantur, que est cum christo Jesu in gloria celesti. Tu autem assecut⁹ es meam doctrinam: institutionē propositum, fidem, lōganimitatem, dilectionem, patientiā, persecutiones, passiones qualia mihi facta sunt antiochie, iconio, listris. Quales persecutiones sustinui: & ex omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui pie volunt vivere in christo Jesu: persecutionē patientur. Gr. Tibi pio sancto rocho honor sit & gloria: te deprecantes apud celeste numen tuis precib⁹ a morbo epidimie salvos nos redde. All'. Fac quesumus beate cōfessor Christi vt apud deum preces nostre nō sint vane: et nobis aeris temperiem cōcede, vt in fine tecum in celis congratulemur. Alla. V. O beate confessor roche, quā magna apud deū sunt merita tua: quibus credimus nos a morbo epidimie posse liberari, & aeris tēperiem concedi. Alla. Euang. Videte vigilate. quere in missa de quocunqꝫ confess. Offer. Te beatum rochum christi cōfessorem exoratum facim⁹, et preces ad te patrem nostrum dirigimus: vt tua intercessione a lāguoribus epidimie salvemur: et aeris temperie potiamur. Secreta.

Parce nobis dñe: & flagella ire tue q̄ peccata nostra merentur, precibus & meritis beatissimi cōfessoris tui Rochi a nobis misericorditer auerte. Per dñm. Prefatio.

Eterne deus. Qui imminentem niniuitis interitum sola misericordia revocasti: quib⁹ vt propugnator existeres cū orationis penitētia prestitisti & huic populo tuo ante cōspectum glorie tue prostrato orā di tribue puritatem: & quem desiderat presta liberationis effectū. Vt quos vnigeniti tui precioso sanguine redemisti: non patiaris mia tua mortalitatis interire supplicio. Per chrm dñm nostrū. Per quem.

Com. O q̄ magnificum est nomen tuū beate roche: qui tuis intercessionibus multitudinem languentium nosti sanare: et nomen tuum gloriosum commemorantibus omnibus te propitium exhibere: venient salua nos a morbo epidimie, et aeris temperiem

nobis concede. Postcōio.

P Resta quesumus omnipotens deus, vt qui celestia sacramēta percepimus: intercedente beato rocho confessore tuo, per hec contra omnia aduersa muniamur: & ab omni morbo & peste ac subitanea morte liberemur. Per dominum nostrum Jesum.

¶ In natali vni⁹ virginis et martyris. Ad missam. Offi.



Loquebar de testimonijs tuis ī conspectu regū & non cōfundebar: et meditabar in mandatis tuis q̄ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini.

Oratio.

E Xaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate virginis & martyris tue festiuitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nr̄m.

¶ Lectio libri sapientie. Ec. 51

D Omine deus meus exaltasti super terram habitationem meam: & pro morte defluēti deprecata sum. Inuocaui dn̄m patrem dn̄i mei, vt non derelinquat me in die tribulationis mee, & in tēpore superborum sine adiutorio Laudabo nomen tuū assidue: & collaudabo illud in confessiōe: & exaudita est oratio mea Liberasti me de perditione: & eripuisti me de tēpore iniquo Propterea confitebor & laudem dicam nomini tuo domine deus meus. Graduale. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alleluia. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginem castā exhibere christo. Sequentia.

V Irginis venerande de numero sapiētum festa colim⁹ socij. Filie matris superni regis sacro sancte Marie. Quam sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunij. Et luxuriam secuit ense agonie. Hec contra cūctos hostis dimicauit impetus. Et hostē cruentum freta christi dextera strauerat. Hec sponsum ab aula sese inuisentē alacris. Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamū. Tu que iam dulcibus plena delicijs. Christo miserias nostras suggerito: nobis consolationem precando. Tractus.

D Iffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede & regna. ℣. Propter veritatē & mansuetudinem & iustitiam & deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam.

¶ Secundum Mattheum. Cap. 13

I N illo tempore: Dixit Jes⁹ discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorū thesauro abscon

dito in agro: quem qui inuenit homo: et abscondit, et pre gaudio illius vadit, et vendit vniuersa que habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa Margarita: abijt et vendidit omnia que habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes, et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, et separabunt malos de medio iustorum: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum, similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera. Offer.

Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propitius respice: et intercedente beata N. virgine et martyre tua, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominum. Com. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. In tempore paschali. Alleluia alleluia. Postcom.

Placeant tibi quesumus misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt mysteria sacrosancta que sumpsimus, intercedente beata N. virgine tua et martyre: et tuam gratiam nobis concilient, et eterne felicitatis gaudium subministrent. Per dominum nostrum.

Missa de nomine Jesu. Officium.





In nomine Iesu omne genu flectatur, celestium terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur quia dominus noster Jesus christus in gloria est dei patris. Ps. Laudate dominum quia bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue est. Oratio.

Deus qui gloriosissimum nomen domini nostri Jesu christi vnigeniti filij tui fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affectu amabile, et malignis spiritibus tremendum atque terribile: concede propitius

ut oēs qui hoc nomē Jesu de-
note venerantur in terris, san
cte consolationis dulcedinem
in presenti percipiant: et in fu
turo gaudium exultationis et
interminabilis iubilationis
obtineant. Per eundem dn̄m.
¶ Lectio actuum apostolorū.

Cap. 4. B

In diebus illis. Petrus
repletus spiritu sancto:
dixit. Principes populi et se-
niores, audite. Si nos hodie
diiudicamur in benefacto ho-
minis infirmi, in quo iste sal-
uus factus est, notum sit omni
bus vobis et omni plebi isra-
el: quia in nomine domini no
stri Jesu chri Nazareni quē
deus suscitauit a mortuis: in
hoc iste astat coram vobis sa-
nus. Hic est lapis qui repro-
batus est a vobis edificanti-
bus: qui factus est in caput
anguli. Et non est in alio ali
quo salus: nec enim aliud no-
men est sub celo datum homi-
nibus, in quo oporteat nos
saluos fieri. Gradale. Consti-
tuit deus pater ad dexteram
suam Jesum christū in celesti
bus super omnem potestatem
et principatū et virtutē et dn̄a-
tionem et super omne nomen
quod nominatur, non solū in
hoc seculo sed etiā in futuro: et
omnia subiecit sub pedibus eius
℣. Adiuua nos deus salutaris
noster: et propter gloriā nomi
nis tui dn̄e libera nos: et pro-
pitius esto peccatis nostris p
pter nomen tuū. Alla. Vsus
Dulce cordi nomē iesu, melos
auri, mel in esu, cor conuertit
in iubilum et fugat mundi si-
bilum. Scd̄m Alla. in cōme-
mo. in tpe pasc. Alla. ℣ Sur
gens Jesus dn̄s noster stetit
in medio discipulorum suorū
et dixit pax vobis. In cōme-
moratiōe a septuagesima vsqꝫ
ad pascha dr̄ sequēs. Tract.

Dulce nomen Jesu chri-
sti felix nomē ferēs tri-
sti: iocundans mētem iubilo.
℣. Tollit luctū, affert fructū
et obductum et seductū purgat
cor a nubilo. Vsus. Nomina-
tum inuocatum honoratū pre
dicatū semper sonat dulciter.
℣. Hostes ferit, more sterit,
mala terit graues gerit plenū
est presidium. ℣. Nos defen-
dit nos accendit nos intendit
et extendit hoc nomen in gau-
dium. Prosa siue sequentia.

Dulcis Jesus nazarenus,
iudeorum rex amenus,
pius pulcher floridus. Pro
salute sue gentis subit mortē
cum tormentis factus pallēs
liuidus. Dulce nomen et co-
gnomen hoc transcendens est
prenomen omnibus nominibus.
Mulcet reos sanat eos: fouet
reos munit eos seruat ab in-
sultibus. Huius regis sub ve-
xillo statu degis in tranquil-
lo hostes tui fugiunt. Nomē
eius meditatum belli fugat
apparatum: hostes victi fu-
giunt. Hoc nomen est recolen
dum, quod semper est contre-
mendum malignis spiritibus.
Hoc est nomen salutare et so-
lamen singulare quod succur-
rit tristibus. Hoc nos decet

honore, arca cordis inserare, cogitare peramare amore sed heroico. Ignatius hoc docuit: hoc ꝙ passus insonuit: cor eius scissum patuit inscriptum Jesu celico. Ut quid maiora cupimus ꝙ quod Jesus sit intimus: qui est preamatissimus ꝙ querit nos amare? Amat fervientissime, amat constantissime, amat benignissime, ꝙ suos vult iuvare. Nomen suum fecit tale: ut sit cunctis cordiale, capitale, principale dilectum ex intimis. Habent hoc nature iura ut amantem tota cura reamemus: placitura prestantes ex animis. Jesu nomen omne bonum tenet, dulcem facit sonum: promeretur regni thronum: auditum letificat. In hoc lucet splendor patris, in hoc patet decor matris, in hoc fulget honor fratris, hoc fratres magnificat. Caput Jesu cor mens manus pes ꝙ corpus vigor sanus, sanguis christi ꝙ humanus parantur hominibus. Hec torquentur passa dura his lesura ꝙ natura reparantur pia cura, purgatis criminibus. Ergo si quis velit scire: quare nomen Jesu mire facit bonos concupire sui inherentiam. Jesus pulcher in decore, summus bonus in valore, mitis lenis in dulcore, pronus ad clementiam. Jesus est rex generosus, Jesus forma speciosus, Jesus lingua gratiosus, ꝙ mirandus opere Jesus fortis animosus. Jesus pugil vigorosus, Jesus donis copiosus: ꝙ gaudet tribuere. Jesus pie viscerosus Jesus ductor luminosus, Jesus est deliciosus: et sapit dulcissime. Jesus fama gloriosus, Jesus cunctis fructuosus, Jesus totus virtuosus, fovet suos optime. Summus potens in vigore, summus celsus in honore, summus gratus in amore, omnem laudem continet. In sciendo summe sapit, ambiendo cuncta capit, diligendo corda rapit, ꝙ illata detinet. Eia nomen nobis gratum dulcis Jesus appellatum: sit in corde sic firmatum ut non possit erui. Hoc reatum peccatorum tollat: prestet iubilorum odas vita beatorum donet nobis perfrui. Tractus.

Dulce nomen Jesu christi felix omem ferens tristi, iocundans mentem iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructum: et obductum ꝙ seductum purgat cor a nubilo. ℣. Nominatum invocatum honoratum predicatum semper sonat dulciter. Alius. Tam peccatum ꝙ reatum condonatum expurgatum reddit: mulcens leniter. Alius. Hostes terit mores serit: mala terit graves gerit plenum est presidium. Alius. Nos defendit nos accendit nos intendit ꝙ extendit hoc nomen in gaudium.

¶ Evangelium Secundum Mattheum. Cap.I.

In illo tempore. Angelus domini apparuit in somnis Joseph, dicens. Joseph fili david, noli timere accipere mariam coniugem

tuam. Quod enim in ea natū est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium: et vocabis nomen eius Jesum. Ipse enī saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est: vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium: & vocabitur nomen eius emmanuel, quod interpretatur nobiscum deus. Credo. Offertoriū In nomine meo demonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollēt: et si mortiferū, quid biberint nō eis nocebit: super egros manus imponent & bene habebunt all'a. Secreta.

In veneratiōe nominis dilectissimi filij tui domini nostri Jesu Christi tibi deus pater misericordiarum deuotis mētibus hostias immolamus: suppliciter deprecantes vt earum virtute cunctis egentibus prestetur auxilium: & in eodem nomine delectantes salutarem sui propositi consequantur effectū. Per eundem. Prefatio. Quia per incarnati. Communio Vincēti dabo manna absconditum: & dabo illi calculum cādidū: et in calculo nomen nouū scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Postcommunio.

Sacrosancta mysteria q̄ sumpsimus domine ad honorem nominis complacentissimi filij tui domini nostri Jesu christi deuotis & cordibus recolentes, quesumus vt incrementa spiritualis exultationis accumulent: & affectum nostrum ad hoc salutiferū nomen nobis iugiter imprimēdum attēdant: & ad iubilationem iubilandum in Jesu saluatore nostro dulcissimo tota mentis intētione promoueāt. Per eundem dominum nrm. Per totas octa. dicatur missa predicta quādo de octauis sit seruitium: sed sine Credo. Sequentia per octauas. Jes9 pulcher in decore et cetera.

Missa pro febribus. Offm.



Iustus es domine & rectum iudicium tuum fac cum seruo tuo secundum misericordiā tuam. Vs. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui per sanctos apostolos & martyres tuos diuersa sanitatum dona largiri dignatus es: da quesumus vt presentem famulum tuū N. qui a febrium vexatione fatigatur per intercessionē sancti sigismundi regis & martyris tui tua medicina erigat ad salutem, et ad sanitatem pristinam clemēter reuocare digne tur. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuū.

Lectio libri sapientie.

Qui timet dominum nihil trepidabit, & non pauebit quoniā ipse est spes eius. Timentis dominum

Eccl'ia 24 B

beata est anima eius. Oculi domini super timentes eum: protector potentie, firmamentum virtutis. Tegmen ardoris et umbraculum meridiani. Deprecatio offensionis: et adiutorium casus. Exaltans animam et illuminans oculos: dans sanitatem et vitam et benedictionem. Grad. Miserere mihi domine quoniam infirmus sum sana me domine. V. Conturbata sunt omnia ossa mea: et anima mea turbata est valde. Alleluia. Alus. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Secundum Mattheum.

Cap. 8. B

In illo tempore. Cum venisset dominus iesus in domum petri: vidit socrum eius iacentem et febricitantem. Et tetigit manum eius: et dimisit eam febris. Et surrexit: et ministrabat eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiiciebat spiritus verbo: et omnes male habentes curauit. Ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit: et egrotationes portauit. Offer. Domine conuertere et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

Offerimus tibi domine munera sancta in nomine electi tui sigismundi regis et martyris tui: ut a presenti egroto N. febrium ardores repelli iubeas: et exinde tuo semper in omnibus munias auxilio. Per dominum. Com. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis credite quia accipietis, et fiet vobis. Postco.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti fidelibus tuis obtinere omnia que iuste precantur: suscipe propitius preces nostras, quas pro famulo tuo N. in honore beati sigismundi regis et martyris tui deferimus, et quod pro eo deuotis mentibus obsecramus, celeri indulgentia consequi mereatur. Per dominum no.

Missa pro pestilentia euitanda. Ad missam. Officium.



Recordare domine testamenti tui: et dic angelo percutienti, cesset iam manus tua: ut non desoletur terra, et ne perdas omnem animam viuam. In tempore paschali Alleluia. Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Ora.

Deus qui non vis mortem sed penitentiam desideras peccatorum: populum tuum quesumus domine ad te conuerte propitius: ut dum tibi deuotus extiterit, iracundie tue ab eo flagella amoueas. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui. Lectio libri Regum.

Cap. 2. 23. C.

In diebus illis. Immisit dominus pestilentiam in israel de mane usque ad tem=

pus constitutum: et mortui sunt ex populo a dan usque bersabee, septuagita milia vi rorum. Cūque extendisset ma num suam angelus domini super hierusalem vt disperde ret eā: misertus est dominus super afflictionem, et ait ange lo percutienti populū. Suffi cit: nunc contine manū tuam. Erat autem angelus domini: iuxta areā areuna iebusei. Di xitque dauid ad dominū: cum vidisset angelum cedentē po pulū. Ego sum qui peccaui et inique egi: isti qui oues sunt quid fecerunt? Vertatur obse cro man9 tua ꝯtra me: et cōtra domum patris mei. Venit au tem gad propheta domini ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascende et constitue altare do mino: in area areuna iebu sei. Et ascendit dauid iuxta sermonem gad: quem precepe rat ei dominus. Grad. Misit dominus manum suam: et sa nauit eos: et eripuit eos de in teritu eorum. ℣. Cōfiteantur dño misericordie eius et mira bilia eius filiis hominū. Al leluia. ℣. Saluabo ppl'z meū in medio israel: et ero eis i deū in veritate et iustitia. Seqn.

Iubilemus pia mente, voce corde concinente: trinitatem collaudantes. Pa trem prolemque precemur, san ctum pneuma veneremur, lau dis melos concrepantes. Om nes vna proclamemus, deum summum imploremus misere ri quod dignetur. Cor grana tur mens languescit, iā mens meret et plāgescit: pestis mor sum dū veretur. Furia furit, ledit pestis, morbus vrit, nul la mestis spes salutis reddi tur. Mare fluxit mixtum fel le, iam tempestas iam procel le, plebs vbique premitur. Si pro malis irascaris, tempus est vt reuertaris: pie iesu mi serere. Leo instrans oues q̄ rat, nisi pascis ouis perit, bo ne pastor nos tuere. Terra, mare, firmamēta queque parēt elementa tuo facta numine. Marie nouit te calcantē: dum te sentit ambulantē, facto fer tur flumine. Cuncta sistunt te iubente, non mouentur sed re pente redeunt pacifica. Toto nisu tota cura: tua laudet te factura, virtus et almifica. Au ras nobis mitte letas, pestem procul pie pelle transfer nos ad vite metas: ne nos tur bent tot procelle. Olim cul pa nos ligati respirantes cre dimus corde mesto flagellati tibi soli credimus. Lex anti qua transgressores cōuersos eripuit: tue legis illusores pie dum corripuit. Ioab ab ner persequentem: et hunc ar mis insequentem: prece data venia. Ioab vitam consecu tus, nocte viam transit tutus: per montis cacumina. Da uid in prophetico: vita datur termino pro delicto graui. Versum fugit facinus, dum fatetur vocibus, inquiens peccaui. Ezechias reddit fle tum: et peccatum est deletum:

statim vt penituit. Mitis hester pie mētis: pro salute sue gētis, assuerū adiit. Hinc fit salus mardocheo, crux seruatur aman reo: qui suspensus periit. Virtus iudith de supernis, diua dum illuminat: caput aufer Holofernis, et captiuos liberat. Mater ergo summi regis: tibi natus christus verus: vos signauit vm bra legis. Hester et assuerus. Virgo natum intercede vt afflictos liberet: saluet hos a pestis cede quos pie redimeret. Virgo mater, maris stella, fons hortorū verbi cella: ne nos pestis aut procella peccatores obruant. Eia mater terge fletum tempestatis tolle fretum: cor mestosum redde letum iam preces subueniant. Proles parcit si precoras: mater ergo rumpe moras: posce tuum filium. Aura feda, rumpens pestis, simul cadant: confer mestis salutis auxilium. Nostros tuus ipse natus tollat penas et reatus, nobis prestans consolamen. Verum regni sempiterni: vbi ciues sunt superni: personemus omnes. Amen. ¶ Euangelium. Secundum Lucam.

Cap. 4. F.

In illo tempore. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus: et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum autem sol occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia a multis: clamantia et dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans nō sinebat ea loqui: quia sciebāt ipsum esse christum. Facta autē die: egressus ibat in desertum locum. Et turbe requirebant eum: et venerunt vsque ad ipsum. Et detinebant illum: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat pdicans: in synagogis galilee. Offertorium.

Stetit pontifex īter mortuos et viuos, habēs thuribulum aureum in manu sua: et offerens incensi sacrificium placauit iram domini, et cessauit plaga a domino. In tempore paschali. alleluia. Secreta.

Subueniat nobis domine quesumus sacrificii presentis operatio: que nos ab erroribus vniuersis potenter absoluat: et a totius eripiat perditiōis incursu. Per dominum. Cōio. Multitudo languentium: et qui vexabantur a spiritibus immūdis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Postcommunio.

Exaudi nos deus salutaris noster: et intercedente beata dei genitrice semper

virgine maria: populum tuum ab iracundie tue horroribus liberum, et misericordie tue tua fac largitate securum. Per dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Qui.

¶ Missa sancti Roch' confessoris. Ad missam. Officium.



Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. In tempore paschali. alleluia alleluia. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Omnipotẽs ⁊ misericors deus qui meritis ⁊ precibus beatissimi Rochi confessoris tui quandam pestem hominib' generalem gratiose reuocasti: presta supplicib' tuis vt qui pro simili peste reuocãda ad tuã confugiunt fiduciam: ipsius gloriosi confessoris precamine, ab ipsa infirmitate et ab omni perturbatione liberentur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Epistola. Iustum deduxit dominus.

Grad. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem. Alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: et florebit in eternum ante dominum. Sequentia.

In honore saluatoris, sancti Rochi confessoris agatur memoria. Qui de celo prenotatur, ⁊ ad matrem nunciatur: salute angelica. Qui de vẽtre matris natus, signo crucis est signatus: quod sinistro patuit. Quarta sextaque feria semel lactans, indicia sanctitatis prebuit. Vti mundo qui cum posset, et mundanum fucum nosset: mundus mundum tenuit. Omni spreta re paterna, mente tendens in superna: omnia deseruit. Ac post mortem sui patris, ⁊ decessum sue matris: peregre diuertitur. Et ad domos infirmorum, peste dira perpessorum: festine igreditur. Iesum christum deum clamat, signo crucis cunctos sanat sua prouidentia. Ad quem venit vir beatus, prorsus fuit hic sanatus: diuina potẽtia. Ciuitates italie, rome ⁊ lõgobardie, sanat suis precibus. Hospitali placẽtie, percussus pestis silice: abiectus e menibus. Lãguẽs dum in silua sitit, fontem de' sibi mittit: preostensa nebula. Paruus canis panes portat a gotardo, ⁊ reportat: cane viro regula. Sic vir sanctus confortatur, dum gotardo consolatur: in vale miserie. Et p angelum sanatur, qui a deo mittebatur: raphael in nomine. Postque in longobardia, prouincia angleria: ponit in carcere. Ab ãgelis fouebatur, et de celo letabatur: visus miro lumine. Rochus ibi vitam

finit, cui deus dare finit tabulam per angelum. Qui diuine scribebatur: scriptis aurei ditabatur, manu dei syderum. Nomen rochi infra scriptũ, quod a deo fuit dictum: vt qui eum decorant. Pestis vlcus depellatur, sanitasque his redda tur, qui eum commemorãt. Tu qui deo es tam charus, & in luce valde clar⁹: sana tuos famulos. Et a peste nos defẽde, opem nobis ac impende: contra morbi stimulos. Vir tam potens tam beatus, cum honore collocatus in celesti curia. Voto voce veneretur, vt per ipsum nobis detur: vera frui gloria. Amen.

Cap. 9. D.

¶ Secundum Mattheum.

In illo tpe. Circuibat dñs ies⁹ ciuitates & castella, docẽs in synagogis eorum: et predicans euãgelium regni: et curans omnem languorem & omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis: quia erant vexati & iacentes, sicut oues non habentes pastorẽ. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa: operarij vero pauci. Rogate ergo dominũ messis: vt mittat operarios in messem suam. Euntes autem predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate, mortuos suscitate: leprosos mundate, demones eiicite. Gratis accepistis: gratis date. Ecce mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudẽtes sicut serpentes: & simplices sicut columbe. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera tibi quesumus domine oblata sanctifica: et intercedente pro nobis beato Rocho confessore tuo, ꝑ hec omnes scelerum nostrorũ placatus maculas absterge: & sanitatem corporis & anime nobis tribue. Per. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum domine.

Post communio.

Sumpsimus domine tua scã beati rochi merita recolentes: presta quesumus vt eius semper et fideliũ muniamur auxilio, & magnifico proficiamus exemplo. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

¶ Finis.



Estum diuiditur in festu duplex et in festum simplex.

¶ Festum dup. diuiditur. In princi. dup. In maius dup. In minus dup. In feria dup.

Principale dupl.

¶ Principale dup. est scilicet dies natiuitatis domini. dies epiphanie. dies pasche. dies ascensio. dies pentecostes, dies assumptionis festum loci. festum dedicationis

Nota.

Nota

¶ Et nota q si principale dupl. in vna die euenerit: & in die sequenti maius dup. de quo fieri debeat seruitium vel econuerso: tunc vltimum festum habebit vtrasque vesperas: nisi in primo sabbato aduentus domini: in sabbato passionis: in sabba. ramispalmarum. vel in. iiij. fer. ante pasc. euene. Iste predicte dominice et cena domini semper habebunt suas primas vesperas: de quocunq sit seruitium in die precedenti: & tantum solennes memo. de festis in his diebus contingentibus.

Nota.

¶ Et nota q in his festis scilicet principalibus & maioribus. vij. viij. ix. lectio. in cappis sericis legatur: tamen in die omnium sanctorum. 3. prime sez in cappis sericis legatur. Etiã in his festis thurificanda sunt altaria per ecclesiam. Similiter in singulis noctur. scilicet ad. ij. v. viij. lectio. thurificetur altare principale ab aliquo sacerdote in cappa serica: chorus quoq ab vno solo puero incensetur: sed in tempore pasc. non incensetur altare neque chorus ad lectio.

Mai⁹ dup.

¶ Maius duplex est scilicet dies purificationis: festum sancte trinitatis, festum corporis christi: festum visitationis, festum reliquiarum: festum nominis iesu: festum natiuitatis beate marie: festum omnium sanctorum.

¶ Et nota q si maius duplex in vna die euenerit et minus dup. in die sequenti: vel econuerso. maius habebit vtrasque vesperas nisi impediatur vt supra. Etiam si minus dup. vel inferius dupl. inter duo maiora duplicia euenerit tunc minus duplex vel inferius duplex carebit vtrisq vesperis.

Min⁹ dup.

¶ Minus duplex est festum sancti stephani: festum sancti iohannis apostoli: festum sanctorum innocentium: sancti tho-

me martyris, dies circuncisionis: festum Annunciationis beate marie, feria secunda tertia quarta hebdomadarum pasche. et pentecostes. dominica in octa. pasche: inuentio sancte crucis, natiuitas sancti ioannis baptiste: festum apostolorum Petri et pauli: translatio sancti thome. transfiguratio domini: exaltatio sancte crucis: conceptio beate marie.

Nota. ¶ Et nota quod si minus dup. in vna die euene. et in die sequenti. inferius dup. vel econuerso: vltimum festum habebit vtrasque vesperas nisi impediatur vt supra.

Inferius dup. ¶ Inferius dup. est scilicet sancti andree: thome apostoli: mathie apostoli: gregorij pape et doctoris: ambrosij episcopi et doctoris: georgij martyris: marci euangeliste: apostolorum philippi et iacobi: augustini anglorum apostoli: iacobi apostoli: bartholomei apostoli: augustini episcopi et doctoris: mathei apostoli. michaelis archangeli, hieronymi presbyteri et doctoris: translatio sancti edwardi: luce euangeliste, apostolorum simonis et iude. Festum sancti georgij secundum constitutionem prouin. est maius duplex et consulo vt ita seruetur licet consuetudo hoc non habeat.

Nota. ¶ Et nota quod memorie de duplici, festo semper erunt solennes.

Festu simpr. ¶ Festum simplex diuiditur in Inuitato. triplex. Inuitato duplex. Inuitato. simplex.

De sanctis. ¶ Inuitato. iij. vel de sanctis vel de octa.

¶ De sanctis sunt scilicet festum sancti nicolai: conuer. pauli: cathedra sancti petri: ioannis ante portam latinam: translatio sancti edmundi: barnabe apostoli: commemoratio sancti pauli: marie magd. anne matris ma. ad vincula s. petri: sancti laurentij: decollatio sancti ioannis baptiste: michaelis in monte tumba: martini epi. et confessoris: edmundi archiepi.

Nota. ¶ Et nota quod si in aliquo sabba. a Domine ne in ira. vsque ad passionem: vel ab octa. pasc. vsque ad aduentum domini: vel a secunda dominica aduentus domini vsque ad festum natiuitatis aliquod festum simplex. ix. vel. iij. lectio. cum regimine chori euenerit: vel in sabba. erunt de do. et memo. de festo: nisi tale festum fuerit quod in. iiij. fe. preceden. suas primas vespe. habere non poterit: et nisi octa. epiphanie vel alie octa. cum regimine chori in sabbato contigerint. Etiam si duplex festum in sabba. contige. et festum simplex nouem vel. iij. lect. cum regimine chori: in. ij. feria sequenti: et aliud festum duplex in. iij. fer. proxima sequenti: tunc dominica vespere erunt de festo. ix. vel. iij. lectio. cum regimine chori: et sic dominica carebit vtrisque vesperis. Et sic nota quod oes sunt dominica

ce & non alia festa que omnino carent vtrisq; vesperis : nisi quando festum simplex.ix.vel.iii.lectio. cum reginine chori inter duo festa duplicia euenerit.

¶ Et nota quod memoria de istis festis simplicibus inuita. iii.habentibus in principalibus & maioribus festis erunt sub silentio: etiam in minoribus ad primas vesperas: sed ad secūdas vesperas in minoribus, & in inferioribus ad vtrasque vesperas erunt solennes.

De oc. qñ fes. infra oct. sūt cū reg. chori, Nota

¶ De octa. vel quando dies infra oct. sunt cū regimine chori: vel quando dies octa. tantum est cum regimine chori.

¶ Quando dies infra octa. sunt cum regimine chori vt sunt iste octa. epiphanie: ascensionis : corporis christi : visitationis: nominis iesu, assumptionis, natiuitatis marie, dedicationis ecclesie si extra aduentum & .lxx. euenerit, & festum loci si habet octa.

¶ Et nota quod iste octa. semper habebunt secundas vesperas & tantum memoria de festo de dominica vel de commemora. in crast. contin. nisi duplex festum in octa vel in crastino oct. forte contigerit: vel tale festum nouem lectionum vel trium lectionum cum regimine chori si infra tempus pasch. euenerit quod suas secundas vesperas habere non poterit: tunc vespere erunt de fest. & solen. memoria de octa. Dominica tamen in hoc casu vtrisque carebit vespe. vt talis octa. dies vtrasque habeat. In ipsa tamen octa. die festo trium lectionum fient medie lectiones si proprie habeantur. In dominica vero infra octa. nunquam fient : quando de octaua sit seruitium.

Nota Qñ tm̄ dies oct. est cū reg. chori. De sāctis.

¶ Et nota quod memorie de istis octa. semper erunt solen. de quocunque fit seruitium.

¶ Quando tantum dies octa. est cum regimine chori vt sunt octa. scilicet apostolorum Petri & Pauli nisi festum loci fuerit: dedicationis ecclesie si infra aduentum vel .lxx. euenerit.

¶ Et nota quod memorie de istis octa. in principalibus et maioribus festis ad vtrasque vesperas erunt sub silentio: etiam in minoribus ad primas vesperas : sed ad secundas vesperas in minoribus & i inferioribus ad vtrasque vesperas erunt solennes.

¶ Inuitatorium dupl. vel cum regimine chori, vel sine regimine chori.

¶ Cum regimine chori vel de sanctis : vel de diebus infra octa. cum regimine chori vel de cōmemora. vel de dominicis.

¶ De sanctis nota quod hoc generaliter per totum annum obseruetur quod quodlibet festum nouem vel trium lectio.

cum regimine chori ad minus unas habet vespe. nisi quando inter duo festa euenerit: habebit etiam secund. vespe. nisi impediatur per aliud festum cum regimine chori, per dominicam vel per commemorationem. Et si non poterit habere secundas vesperas habeat tn̄ memoriā nisi ad primas vesperas in die circuncisionis: quia ibi non fiat aliqua memoria. de sancto siluestro. Et memorie de istis fest. fiant vt supra de fest. inuitato. iij. habentibus.

De die- b^9 ifra oct. cū re. cho.

¶ De diebus infra octa. cum regimine chori nota quodcunque festum nouem. vel. iij. lectio. cum regimine chori. infra oct. ante. vij. diem euene. totum seruitium erit de fes. & habebit vtrasque vesperas etiam in sabba. & in dominica. et solen. memo. de octa. ad vtrasque vesperas ad matutinas. & ad missam.

De cōmēmoratiōib^9.

¶ Et nota quod memorie de istis octa. semper erunt solennes de quocunque sit seruitium, licet festum loci vel festum dedicationis infra octauas euenerit.

¶ De commemoratio. nota quod si fiat seruitium de aliqua commemora. in crastino alicuius sancti. ix. vel triū lectio. cum regimine chori: vel alicuius do. vespere erunt de commemo. & tantum memo. de fe. vel de dominica nisi tale fest. vel dominica fuerit quod suas primas vesperas habere non poterit: tunc fiat tantum memoria de commemora. Sciendum est etiam quod singulis hebdoma. per aduen. nisi in. iij. hebdoma. similiter ab octa. epipha. vsque ad quartam fer. in capite ieiunij & a dominica in albis vsque ad fes. penteco. & a festo trinitatis vsque ad aduentum domini fiet seruitium de commemo. si tot dies vacauerit in quibus commemo. potest fieri: & si tantum due fer. vacauerint fiat serui. de fes. loci & de commemora. beate marie: si autem tantum vna fer. vacaue. tunc fiat de commemo. beate marie. Impeditur autem serui. de commemo. per fes. ix. & iij. lectio. cum regimine cho. per octa. cum regimine cho. per secundā & iiij. fer. rogatio. per propria respon. & proprias laud. sanctorū: per ieiunia quatuor temporum: per vigi. sanctorum quamuis de temporali fue. & fiat seruitium de sancta maria in sabba. nisi impediatur vt supra. Cum autem in sabba. propter predicta impedimenta plenū serui. de sancta maria fieri non poterit: tunc in aliqua alia fer. ipsius hebdo. vbi conuenientius possit celebrari celebretur. Regula xj. milium virginum patet in die earundē. Etiā

Nota.

nota quod si fes. cum regimine cho. in aliqua hebdo. celebretur. & in crasti. plenum serui. de sancta maria fieri debeat: tunc in ipso fes. fiant vespe, de sancta maria nisi dup. fes. fue.

vel fes. cum regimine cho. vnde suas primas vesperas habere non poterit: et nisi in octa. cum regimine cho. tunc enim fiat memoria de sancta maria solenniter: et semper cum hac an. Sub tuam protectionem per aduentum vero cum hoc R. Egredietur virga Oro. Deus qui de beate. Ab octa. epipha. vsque ad puri. cum hoc R. Sancta dei ge Oro. Deus qui ix. In alio tempore anni. R. Sancta dei ge oro. Concede nos.

¶ In commemo. nulla fiat memo. de cruce: nec de omnibus sanctis: sed de fest. vel octa. sine regimine cho. si contige. Tamen per adue. fit meo. de aduentu sed non de omnibus sanctis. In tempore pasche meo. de resur. sed non de cruce nec de omnibus sanctis.

Nota

Nota. ¶ Sciendum est etiam quod nulla commemo. habebit secundas vesperas nec memoriam in loco. ij. vespe.

Nota.

Nota. ¶ Etiam nota quod in fest. beate marie: et in octa. eiusdem nulla fiat memo. de commemo. eiusdem in crasti. contingenti. similiter fiat de aliis commemo. Et nota quod memo. de commemo. semper erunt solennes.

¶ Notandum est etiam quod ad missas de commemo. infra lxx. dicitur sequentia et non tract. Et quando sequen. vel tr. immediate sequitur gradale: tunc non repetatur grad. Etiam in tempore pasc. ad matu. de commemo. dicitur vna sola an. super tres primos psalmos: licet tres proprie ane habeantur.

¶ De dominica vel principaliter priuilegiatis: vel magis priuileg. vel minus priuilegiatis: vel inferius priuilegia.

De do. priui. ¶ De principaliter priuilegiatis nota quod dominice principaliter priuilegiate sunt. Dominica prima aduen. domini. Dominica passionis: et dominica in ramis palmarum.

¶ Quodcunque fes. licet principale dup. fue. in his do. euene. festum debet differri in crasti. vel vlterius si necesse fue. et iste semper habebunt primas vespe. sed. ij. vespe. possunt esse de fes. dup. infra passio. vel de fest. simplici. ix. lectio. vel de commeo. infra aduen. Et meo. de istis dnicis semper erunt solennes.

De magis p. ¶ De magis priui. nota quod dominice magis priuile. sunt. Dominica. ij. iij. et iiij. aduen. domini. et oes dominice a. lxx. vsque ad dominicam passionis. Iste dominice sunt sic priuilegiate: quod si minus duplex vel inferius duplex in his dominicis euenerit festum debet differri: sed si principale dup. vel maius duplex in his dominicis euene. serui. est de fest. et histo. cantetur in. iij. fe. per hebdoma.

Nota ¶ Etiam nota quod quodcunque festum in quadragesima celebrandum contigerit: nihil de completo. quadrage. mutandum est: nisi quod in festo annunciatio, dicitur in fine

Nota. de mi= n⁹ pri.

hymni. Gloria tibi domine. si extra passionem euenerit: et memorie de istis dominicis semper erunt solennes.

¶ De minus priuilegiatis nota quod dominice minus priuilegiate sunt ille dominice in quibus inchoande sunt historie scilicet prima dominica in qua inchoanda est historia. Domine ne in ira. que dominica est sic priuilegia. quod si festum simplex nouem lectionū in illa dominica euenerit et tempus breue fuerit: scilicet continens vnam dominicam tantum infra octauas epiphanie: et septuagesimā festum nouem lectionum debet differri. Tamen si tempus prolixum fuerit inter dominicam in qua inchoanda est historia et septuagesimā festum nouem lectionum in eadem dominica in qua contigerit celebretur. Dominica etiam minus priuilegiata est dominica proxima ante ascensionē domini de qua postea. Similiter omnes iste dominice sunt minus priuilegiate: scilicet a Deus omnium. vsque ad aduentum domini in quibus inchoande sunt historie. Quod si festum simplex. nouem lectionū in ipsis dominicis euene. festum debet differri in crastinum nisi ad vincula sancti petri: vel decollatio sancti ioannis baptiste, vel tale fest. ix. lect. qđ in crast. sequitur fest. ix. l. et nisi sint oc. cū reg. cho. Si vero festum ix. lec. et inchoatio. histo. in aliqua dominica infra octa. cum regimine chori concurrant: serui. erit de festo nouem lectionū et memo. de octa. de dominica et de trinitate cum ceteris que pertinent. Cum itaque ob aliquam predictarū causarum aliqua historia in sua dominica inchoari non poterit: tunc per hebdomadam si ferie vacauerint inchoetur. ita quod memorie non omittantur. Si vero nulla feria vacane. et historia duratura fuerit plusquam per vnam hebdomadam tunc differatur vsque in proximam dominicam: vel dominicā sequen. veruntamen si non fuerit duratura nisi per vnam dominicam tantum. tunc ex necessitate in mediis fer. per hebdomadam tota cantetur historia et expositio euangelij et respon. fer. eo anno non dicuntur: preter vnum solum R℟. fer. quod legitur in vltima feria loco. ix. R℟. ita quod si aliquod festum trium lectionum ibidem reperiatur: nihil fiat de festo nisi memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta maria.

Nota. Falsi libri.

¶ Et nota quod in omnibus sabbatis per estatem: scilicet a Deus omnium. vsque ad aduentum domini fiat processio ante crucem: nisi duplex festum fuerit: et nisi aliqua dominica debeat differri propter prolixitatem temporis: tunc nulla fiat processio, tamen in exaltatione sancte crucis fiat processio ante crucem si in dominica contige. licet duplex festum

fuerit: & memorie de istis dominicis in dupl. festis erunt sub silentio: in aliis vero festis erunt solennes. Et quotiens in sabba. ad vesperas per predictum tempus dicitur memoria de dominica similiter fiat memoria de trinitate etiam in festis omnium sanctorum: si in sabbato vel in dominica euenerit. Item falsi libri habent nullam memoriam de trinita. in festo omnium sanctorum.

¶ De inferius priuile. nota quod dominice inferius priuile. sunt omnes alie. med. do. in quibus histo. non sunt inchoande scz do. inter primam historiam. Domine ne in ira. vsque ad. lxx. si euene. & omnes medie do. a Deus omnium. vsque ad aduentum domini.

¶ Et nota quod memoria de istis do. in festis duplicibus erunt sub silentio: in aliis vero festis erunt solennes.

¶ Etiam nota quod omnes do. ab octaua pasche vsque ad proximam dominicam ante ascensionem domini sunt inferius priuile. quia si fest. iij. lectio. cum regimine chori in ipsis euene. fes. non debet differri: tamen memo. de istis domi. semper erunt solennes.

¶ Etiam nota quod si dominica proxima ante ascensionem domini simpl. festum cum regimine chori euene. differatur in. ij. fer. vel. in. iij. si. ij. fer. non vacaue. a festo cum regimine chori. Tamen si festum duplex in proxima do. ante ascen. domini euene. non differatur.

Sine re. cho. de non coniun ctis. De du pli.

¶ Et nota quod in omnibus sabba. ab octa. pasche vsque ad ascen. domini fiat processio ante crucem cum hac an. Christus resurgens. de quocunque fit seruitium: nisi in die inuentio. sancte crucis si in sabba. vel in dominica euenerit et non fiat aliqua alia memoria de resurrectione in sabba. quam an. Christus resurgens. cum versu Dicant nunc.

¶ Etiam nota quod quando fit seruitium de aliquo sancto in dominica ab octaua. pasche vsque ad ascensionem domini secundum Alleluia. ad missam erit vnum de illis. ix. que intitulantur post octa. pasc. & non de dominica.

¶ Sine regimine chori d[illegible]e sanctis. vel de octa.

¶ De sanctis vel de non [illegible]iunctis, vel de coniunctis.

¶ De non coniunctis no[illegible]uod de festis trium lectionum sine regimine chori infra o[illegible]tauas cum regimine chori contingentibus fiat tantum memoria nisi sint festa nouem lectionum coniuncta: tunc fiant medie lectiones si proprie habeantur. si autem tantum memoria de festo coniuncto: et memoria de istis festis in inferioribus erunt sub silentio in principalibus, maioribus, et minoribus nihil fiat.

¶ De coniunctis vel duplicibus vel simplicibus.

¶ De duplicib⁹ nota quod memo. de istis fes. coniunctis sem per erunt solennes: nisi quando huiusmodi duplicia in domi nicis celebrantur: tunc memorie de sanctis coniunctis erunt sub silentio cum memoria de dñica & de trinitate. Tamen in exal. sancte crucis fiat memo. de mar. solen. quacunque die eue.

¶ Etiam nota q si festum ix. lectio. propter inchoationem hi sto. differatur in cras. & eidem festo .iij. lectio. coniun. fue. tunc fe. coniunctum non debet differri: sed in ipsa dñica fiat de eo memoria ad vesperas ad matutinas & ad missam: & medie le ctiones si proprie habeantur: nisi tota historia cantanda fue rit. In medijs vero dñicis quando de dominica agitur: de fes. iij. lectio. semper erunt medie lectiones siue proprie habean tur siue non, nisi responso. de secundo nocturno cantanda fue rint ibidem.

De sim pl.

¶ De simplicibus nota q memorie de istis festis iij. lectio. simpl. fest. ix. lectio. coniunctis in principalib⁹ & maioribus erunt sub silentio: in minoribus & inferioribus erunt solen nes. Tamen si festum exaltationis sancte crucis in dominica contigerit tunc ad secundas vesperas fiet memoria de sancto nichomede sub silentio, cum memorie dominicali.

De oc. De s. sine no De s. cū no.

¶ De octaua nota q memorie de istis octaua. sine regimine chori in inferioribus erunt sub silentio in maioribus et in minoribus nihil fiat.

¶ Inuitatorium simplex vel de sanctis vel de feria.

¶ De sanctis vel sine noctur. vel cum noctur. De sanctis sine noctur. nota q memorie de istis festis in inferioribus erunt sub silentio in minoribus & in maioribus nihil fiat.

¶ De sanctis cum noctur. nota q quando fit seruitium de a liquo sancto. iij. lectio. infra septuagesimam vsque ad caput ie iunij fiat cum noctur. & nulla memoria de fe. A. iiij. vero fer. a capite ieiunij vsque ad crastinum octaua, pasche de huiusmo di fes. iij. lectio. fiat tantum memoria ad vesperas & ad matu tinas de sancta maria que precedet memoriam de sancto spū.

De fe. princi. priui.

¶ De ferijs vel principaliter priuilegiatis: vel magis pri uilegiatis: vel min⁹ priuilegiatis: vel inferi⁹ priuilegiatis.

¶ De ferijs principa. priuilegi. nota q iste ferie sunt princi paliter priuilegiate scilicet feria quarta in capite ieiunij. Feria quinta sexta et sabbato ante pascha & sabbatum ante pentecosten. Quodcunque vero festum in his ferijs euenerit debet differri: licet festum loci fuerit sed si simplex festum fuerit omnino omittatur nisi in capite ieiunij: tunc enim de bet differri in crastinum vel in feria sexta aut sabbato.

De magis priuile. ¶ De ferijs magis priuile. nota ꝙ ferie. magis priuile. sunt omnes ferie a dominica passionis vsqꝫ ad cenam domini. Iste ferie sunt sic priuile. ꝙ si festum simplex nouem lectionū in his ferijs euenerit nihil fiet de festo: si vero du. fes. habebit seruitiū cum neuma, et cum Iesu christe et cū Gloria patri.

De minus priuile. ¶ De ferijs minus priuile. nota ꝙ fer. minus priuile. sunt omnes ferie in tertia hebdomada aduentus domini: et omnes ferie. a capite ieiunij vsqꝫ ad dominicam passionis. et feria secunda et quarta rogationum. Iste fer. sunt sic priuile. ꝙ nihil fiat de commemoratione neqꝫ de fes. iij. lectio. nisi tantum memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta maria.

De inferius priui. ¶ De ferijs inferius priuile. nota ꝙ fer. inferius priuile. sūt omnes alie ferie per aduentum. Iste ferie sunt sic priuilegiate et omnes alie ferie precedētes ꝙ fiat solennis memoria de fes. de quocunqꝫ fiet seruitium. Tamē iste ferie inferius priuile. non excludunt commemorationes.

Nota. ¶ Nota de quocunqꝫ fiet seruitium infra aduentum: fiat solennis memoria de sancta maria: nisi quando plenum seruitium fit de ea. similiter fiat a festo circuncisionis vsqꝫ ad festum purificationis. Etiam ab octaua pasche vsqꝫ vigiliam ascensionis fiat solennis memoria de resurrectione de quocunqꝫ fit seruitium: nisi inuentione sancte crucis.

A	1	A	6.13.5.2.	4	D	17.9.6.1.	
	2.	A	18.15.10.7.	5	D	19.11.8.3.14.	
	3	A	12.9.4.1.	1	E	16.5.	E
	4	A	17.14.11.6.3.	2	E	16.13.2.10.	
	5	A	19.8.	3	E	15.12. 7.4.1.	
B	1	B	16.13.5.2.2.	4	E	17.14.9.6.	
	2	B	18.10.7.4.15	5	E	19.8.3.11.	
	3	B	17.11.9.1.	1	F	16.5.	F
	4	B	14.11.6.3.	2	F	16.13.2.10.	
	5	B	19.8.	3	F	15.12.7.4.1	
C	1	C	19.13.10.5.2.	4	F	14.9.6.3.17.	
	2	C	16.15.7.4.	5	F	19.1.8.	
	3	C	17.12.9.1.9.	1	G	16.13.5.	G
	4	C	16.19.11.3.	2	G	18.10.7.2.	
	5	C	8.	3	G	15.12.9.4.	
D	1	D	19.	4	G	17.14.6.3.	
	2	D	13 10.5.2.	5	G	19.11.8.	
	3	D	19.15.12.7.4				

Explicit tabula.

dicam an. Cumque carnifices apostolum ducerent ut crucifigeretur: concursus fact9 est populorū clamantium, iust9 homo et amicus dei quid fecit ut ducatur ad crucē? at ille rogabat populum ut non impedirent passionem eius. Hy. Eructauit cor meum verbum bonum. Vsus. In omnem terram exiuit. Lectio prima.



Proconsul egeas patras ciuitatē ingressus: cepit cōpellere in christo credentes ad sacrificia idolorum. Cui occurrens sanct9 andreas: dixit. Oportebat ut tu qui iudex hominum esse comprobaris: iudicem tuum qui in celis est cognosceres, et agnitum coleres, et colendo eum qui verus est de9 ab his qui veri dij non sunt animum reuocares. Cui egeas dixit. Tu es andreas qui destruis templa deorum: et suades hominibus hanc superstitiosam sectam, quam nuper detectā romani principes exterminare iusserunt. R. Dum perambularet dominus iuxta mare secus littus galilee: vidit petrū et andream retia mittentes in mare, et vocauit eos dicēs Venite post me, faciam vos piscatores hominum. Vsus. Erant enim piscatores et ait illis. Venite post me faciā vos piscatores hominum. Lectio ij.

Andreas respondit. Romani principes nondū cognouerunt veritatem: et hoc quod pro salute hominum veniens dei filius docuerit ista idola non solum deos non esse: sed esse demonia pessima, et inimica humano generi. Que etiam hoc doceant homines unde offendatur deus: ut dum offensus fuerit auertatur et non exaudiat: et cum auersus fuerit et non exaudierit, habeantur cum diabolo et ipsi captiui. Et tamdiu eos deludat, quousque de corpore exeant rei et nudi: nihil secum preter peccata portantes. Egeas dixit. Ista superstitiosa et vana sunt verba. Nam iesus vester dū hec predicaret: iudei illum crucis patibulo affixerunt Andreas respōdit. O si velis scire mysteriū crucis: q rationabili charitate auctor humani generis, pro restauratione nostra hoc crucis patibulum non inuit9 sed spontaneus susceperit. Rem. Mox ut vocem domini predicantis audiuit beat9 andreas: relictis retibus quorum usu actuque viuebat. Eterne vite secutus est premia largientē. Vsus. Ad unius iussionis vocem relictis retibus beatus andreas. Eterne vite secutus est premia. Lectio tertia.

Egeas dixit. Cum traditus asseratur hic a suo discipulo: et a iudeis tentus: et presidi adductus: et ad petitionē iudeorum a militibus presidis crucifixus: quomodo tu dicis eū spontaneū crucis

subiisse patibulum? Andreas respondit. Ideo dico eum spontaneum: quoniam simul cum illo fui cum a suo discipulo traderetur. Et ante ꝙ traderetur, dixit nobis ꝙ tradendus esset et crucifigendus pro salute hominum: et tertia die resurrecturum se esse predixit. Egeas dixit. Miror te prudentem hominem virum istū velle sectari, quem quouis pacto (aut sponte aut inuitum) cruci tamen confiteris affixum.

3 ℟. Homo dei ducebatur vt crucifigeretur: populus antē clamabat voce magna: dicēs. Innocēs eius sanguis sine causa dānatur. ℣. Cumq; carnifices ducerent eum vt crucifigeretur: factus est concursus populorum clamantiū et dicentium. Inno. Gloria. Inno.

¶ In tertio nocturno. an. Cū peruenisset beatus andreas ad locū vbi crux parata erat: videns eam a longe exclamauit voce magna dicens: salue crux ꝙ in corpore chri dedicata es: et ex membris eius tanquā margaritis ornata. ps. Omnes gentes. an. Anteꝙ te ascenderet dominus noster o beata crux timorem terrenum habuisti: modo vero amorem celestem obtinēs pro voto susciperis. ps. Exaudi deus deprecationem. an. Amator tuus semper fui, et desideraui te amplecti o bona crux. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor. ℣sus. Constitues eos. Lectio quarta.

Andreas respōdit. Hoc est quod etiam me dixisse iam retines. Magnum est mysterium crucis: quod si volueris audire referā. Egeas dixit. Mysterium non potest dici: sed supplicium. Andreas respōdit. Ipsum supplicium mysterium restaurationis esse humani generis (si patienter audias) comprobabo. Egeas dixit ad beatum andreā. Ego quidem patienter te audiam: sed si tu me obtemperanter nō audias, ipsum mysterium crucis in teipsum retorquebo. Andreas respondit. Ego si patibulum crucis expauescerē: crucis gloriam non predicarē. Egeas dixit. Insanus est sermo tuus: suppliciū crucis predicas gloriam, quia per audaciam penam mortis nō times. Andreas respondit. Non per audaciam: sed per fidem non timeo penam mortis. Mors enim iustorum preciosa est: mors vero peccatorum pessima. ℟. Doctor bonus et amicus dei ducitur ad crucē: aspiciēs a longe vidit crucem: salue crux. Suscipe discipulū eius qui pependit in te magister meus christus. ℣sus. Salue crux que in corpore christi dedicata es: et ex membris eius tanquam margaritis ornata. Suscipe. Lectio quinta.

4

Egeas dixit. Ista verba illis narrare potes qui tibi credunt: mihi autem nequaquā. Quia nisi ad hoc cōsentias vt sacrificiū diis om=

nipotentibus offeras: in ipsa cruce quam laudas te fari gatum affigi precipiam. Andreas respondit. Omnipotenti deo qui vnus et verus est: ego omni die sacrifico. Non thuris fumum nec taurorum mugientium carnes: nec hircorum sanguinem: sed immaculatum agnum quotidie in altari crucis sacrifico. Cui9 carnes postquam omnis populus manducauerit, et sanguinem eius biberit: tamen integer permanet et immaculat9 et viuus. Egeas dixit. Quomodo potest hoc fieri? Andreas respõdit. Si vis scire quomodo potest fieri: assume formã discipuli vt possis discernere quod queris. Egeas dixit. Ego a te tormentis exigã huius rei notitiam. ℟. O bona crux que decorem et pulchritudinem de membris domini suscepisti: accipe me ab hominibus et redde me magistro meo. Vt per te me recipiat qui per te me redemit. ℣. Secutus et gaudens venio ad te: ita vt et tu exultans suscipias me. Vt per te me recipiat qui per te. Lectio sexta.

Andreas respondit. Mirror te hominẽ prudentem ad tantam stultitiam deuolutum: vt putes tormentis me tibi sacrificia diuina pandere. Tunc iratus egeas iussit eum in carcerem trudi: vbi per totam noctem ad patientiam et pacem habendam populum admonuit. Egeas postea sedens pro tribunali iussit adduci ad se sanctũ andreã: cui et dixit. Existimaui te nocturna cogitatione reuocare animum a stultitia, et a christi tui laude cessare: vt possis nobiscum non amittere gaudia vite. Andreas respondit. Audi me fili mortis: seruum et apostolum iesu christi. Nunc vsque mitius tecũ egi pro censura fidei: vt rationis capax idola contemneres, et deum qui in celis est adorares. ℟. Orauit sanct9 andreas dum aspiceret celũ: voce magna clamauit et dixit: tu es deus meus quem vidi. Ne me patiaris ab impio iudice imponi. Quia virtutẽ sancte crucis agnoui. ℣. Tu es magister meus christus: quem dilexi, quem cognoui, quem confessus sum: tantummodo in ista voce me exaudi. Ne me patiaris ab. Gloria patri. Quia virtutẽ.

¶ In tertio noctur. ãn. Accedentes carnifices leuauerunt eum in cruce: et extendentes funibus totum corpus eius, sicut eis iussum fuerat suspẽderunt. ps. Confitebimur. ãn. Omnis interea populus conclamabat dicens virum sanctum, pudicum, ornatum moribus, bonum doctorem, piũ, modestum, rationabilem non debere hoc pati: sed debere de cruce deponi. ps. Dominus regnauit exultet terra. ãn. Tũc sanctus andreas ait: iam regem meum video, iam adoro,

iam in eius cõspectu consisto. ps. Dominus regnauit irascātur. ℣. Nimis honorati.

Secundum Mattheum.

Cap. 4 C

In illo tempore. Ambulans iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres: simonem qui vocatur petrus, et andream fratrem eius mittentes rete in mare: erant eñ piscatores. Et reliqua.

Homelia beati gregorii pape Nõ dicitur (de eadem lectione) quod per totum annũ obseruetur secundum vsum Sar. Lectio septima.

Audistis fratres charissimi qr ad vni⁹ iussionis vocem, Petrus et Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero hunc facere miracula adhuc viderant: nihil ab eo de premio eterne retributionis audierant: et tamen ad vnum domini preceptum hoc quod possidere videbantur obliti sunt. Quanta nos eius miracula videmus: quot flagellis affligimur: quantis minarum asperitatibus deterremur: et tamẽ vocantem sequi contemnim⁹

7

℟. Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem: sed contradicẽtem mihi. Qui ambulāt vias non bonas: sed post peccata sua. ℣. Deus vltionum dominus deus vltionum libere egit: exaltare qui iudicas terram et redde retributionẽ eorum ipsis. Qui ambulant vias non bonas. Lectio viii.

In celo enim iam sedet: qui de conuersione nos admonet. Iam enim iugo fidei colla gentium subdidit: iam mundi gloriam strauit. Iam ruinis eius crebrescentibus districti sui iudicii diem propinquantem denunciat: et tamen superba mens nostra non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit inuita. Quid ergo (fratres charissimi) quid in eius iudicio dicturi sum⁹: qui ab amore presentis seculi nec preceptis flectimur, nec verberib⁹ emendamur? ℟. Dilexit andream dominus in odorẽ suauitatis: dum penderet in cruce dignum sibi computauit martyrem quem vocauit apostolum dum esset in mari. Et ideo amicus dei appellatus est. ℣. Vir iste in populo suo mitissimus apparuit sanctitate et gratia plenus. Et ideo amicus. Lectio nona.

8

Sed fortasse aliquis secum tacitis sermonib⁹ aut cogitationibus dicat. Ad vocem dominicam vterqz iste piscator quid aut quantum dimisit: q̃ pene nihil habuit? Sed hac in re fratres charissimi affectum potius debem⁹ pensare quam sensum. Multum reliquit: qui sibi nihil retinuit. Multum reliquit: qui quātũlibet paruum totũ deseruit. Certe nos et habita cũ amore possidemus: et ea que minime habem⁹ ex desiderio querimus. Multum ergo pe=

trus et andreas dimisit: quando uterque etiam desiderium habendi dereliquit. Multum dimisit: qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciauit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. Rem. Vir iste in populo suo mitissimus apparuit, sanctitate autem et gratia plenus: iste est qui assidue orat Pro populo et pro ciuitate ista. V. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam. Pro populo et pro ciuitate ista. Gloria patri et filio. Pro populo et pro ciuitate ista. Si infra aduentum hoc festum contigerit, non dicatur Te deum. sed repetatur. Rem. Vir iste. Et si infra aduen. contigerit non thurificetur nec altare nec chorus sicut solet fieri in duplicibus festis. Ant. Dilexit andream dominus. R. In odorem suauitatis. In laudibus. Antiphona.

9

Salue crux preciosa: suscipe discipulum eius qui pependit in te magister meus christus. V. Dominus regnauit.

1

Ant. Beatus andreas orabat dicens: domine rex eterne glorie suscipe me pendentem in patibulo. ps. Jubilate. Ant. Non me permittas domine famulum tuum a te separari: tempus est ut commendes terre corpus meum. ps. Deus deus meus. Ant. Maximilla christo amabilis tulit corpus apostoli: optimo loco cum aromatibus sepeliuit. ps. Benedicite. Ant. Qui persequebatur iustum demersisti eum domine in infernum: et in ligno crucis dux iusti fuisti. ps. Laudate. Cap. Corde creditur. Hy. Exultet celum. Vsus Annunciauerunt opera dei. R. Et facta eius intellexerunt. Ant. Concede nobis hominem iustum: redde nobis hominem sanctum: ne interficias hominem deo charum, iustum, mansuetum et pium. ps. Benedictus. Oratio. Maiestatem. Memoria fiat de aduentu: et de sancta maria ad matutinas et ad missam et ad vesperas si infra aduentum hoc festum euenerit. ¶ Ad primam. ant. Salue crux. V. Deus in nomine. ant. Gratias. ps. Quicunque. ¶ Ad tertiam. ant. Beatus andreas. V. Legem pone. Capitulum Corde creditur. R. et V. de communi unius apostoli ad omnes horas dicantur cum oratione de die. Ad sextam. ant. Non me permittas. ps. Defecit. Capitulum.

2

3

4

Non enim est distinctio iudei et greci: nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum.

Rom. 10 C

¶ Ad nonam Antiphona. Qui persequebatur. ps. Mirabilia. Capitulum.

Omnis quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Ad secundas vesperas. ant. Salue crux preciosa: suscipe. Psalmi. Dixit dominus domino meo. et ceteri psalmi de apostolis. Capitulum. Corde creditur. R.

Ubi. S

Uir perfecte pietatis et dux innocentie, tua festa celebrantis vota plebis suscipe. Et astantes laudi tue seruulos, officio, precibus tuis coniunge sanctorum collegio. ℣ Imitator iesu christi sub crucis patibulo: nos andrea fac consortes celi contubernio. Et astā. Finito ℟. dum ℣. canitur eāt rectores chori i superiori gradu et ex utraque parte principales in ij. forma: et dicāt ad singulos clericos **Dñe ad prosam.** His ita peractis exuant cappas nigras et almutias omnes qui volunt, ad prosam cantandā. Cantetur autē psa in statione puerorū in superpel. ex utraque parte: ita tñ q rectores chori principales in medio chori ad altare stent cōuersi. Secūdarij vero ad gradū chori ad clerū stent cōuersi. Inter quos eodē modo stēt tres clerici qui ℣. et ℟. cantane. et oēs dicāt prosam simul: et ad unumquemqz ℣. ℟. cho. cantum prose super ultim. vocalem primi ℣. cho. interim sedente. Hoc eodē modo dñr prose per totū annum: tā ad ves. q̄ ad matu. Ad matu. vero per totum annū non dr prosa: nisi solūmodo ī die sancti nicolai: et in hebd. nata. dñi scz in die sancti stephani, s. Joannis, et sanctorū innocentiū. Ubi non fit proces. de sancto andrea, dr prosa hoc modo. Prosa.

O Morum doctor egregie qui triumphas egeā hodie. ℣. Felix gaudes i requie inter ciues eterne patrie. ℟. Assis propiti⁹ huic familie ℣. Que tue recolit diē victorie. ℣ Spēqz donās mie. ℣ Nos dñi cōmenda gratie. Et astan. Oēs cleri. qui prosam cātauē. simul dicāt. **Gloria pri.** ad altare cōuersi singuli in sua statione: qd per totū annū obser. post prosam cātando **Gloria pri.** Et astan. Hy⁹. Exultet. ℣ Annunciauerunt opera. ān. Dñe iesu christe magister bone suscipe spiritum meum in pace: qz iam temp⁹ est ut veniā desiderans te videre. ps. Magt. Oro. Maiestatem tuā. Si hoc festū in do. aduen. dñi contige. semper differatur in crastī. licet fest. loci fuerit. Et qñ festū scti andree sic differtur: tunc in do, erunt vespe. de fes. et solē. mēo. de do. et postea de sctā maria. Si vero in sabba. ante aduen. hoc fes. contig. ibi celebretur: ves. tamē de do. fiant licet festū loci fuerit, et solen. memo. de fes. et de sancta maria. Qñ festū sancti andree in v. fer. ante aduen. dñi contige. tunc in vj. fer. scz in crastino, fiat hoc modo seruitium Ad matu. Inuita. **Dilexit andream dñs in odorem suauitatis.** Dum penderet in cruce ps. Uenite. Hy⁹. Andrea pie. ℟⁹. Annue christe. ān. Uidit dñs petrum et andream: et vocauit eos. ps. Celi enarrant. ā. Uenite post me dicit dñs: faciā vos fieri piscatores hoim ps. Benedicam. ān. Relictis retibus suis: secuti sunt dñm

1

2

3

redēptorem. ps. Eructauit. ān

4 Andreas christi famulꝰ dignꝰ dei apostolus: germanꝰ petri ⁊ in passione socius. ps. Oēs gentes. ā.

5 Dignum sibi dominus cōputauit martyrē quem vocauit apostolū dum esset in mari all'a. ps. Exaudi deus deprecationem. ān.

6 Ego si patibulum crucis expauescerem: crucis gloriam non predicarē. ps. Exaudi deus orationē

7 ān. Christus me misit ad istā prouinciam: vbi non paruū populum acquisiui. ps. Confitebimur. ā.

8 Salue crux que in corpore christi dedicata es ⁊ ex membris eius tanquā margaritis ornata. ps. Dominus regnauit exultet. ān.

9 Biduo viuens pendebat in cruce ꝓ christi nomine beatꝰ andreas: ⁊ docebat populos. ps. Dn̄s regnauit irascantur. ℣. In omnem terram. Lectio prima.



Accedentes carnifices leuauerunt eū in cruce ⁊ extendētes funibus: totū corpus eiꝰ sicut eis iussum fuerat suspenderunt. Sicq; biduo pendens in cruce: confortabat mentes credētium in dn̄o. Astabant vero turbe fere viginti milia hominū: iter quos erat frater egee stratocles nomine qui simul clamabat cū populo, iniusto iudicio sanctum virum hoc pati. Interea vadit ois populꝰ cū clamore ad domū egee: omnesq; pariter clamantes et dicentes virū sanctum, pudicum, ornatum moribus: bonū doctorem, pium, modestū, rationabilem nō debere hoc pati: sed debere de cruce deponi: quia iam secunda die in cruce positus veritatem predicare non cessat. ℟. Dum perambularet. Lectio secunda.

Tūc egeas expauescens populum: promittens se eū velle deponere simul cepit ire. Quē videns sanctus andreas dixit. Cur tu ad nos egea venisti? Si vis credere christo aperietur tibi via indulgentie sicut promisi. Si autē venisti ad hoc tātum vt me soluas: ego penitus de ista cruce viuens in corpore deponi nō potero. Jam enim regē meum video, iam adoro, iam in eius conspectu cōsisto. Et tuis miseriis condoleo: quia paratus te expectat interitus. Cura ꝓ te miser dum adhuc potes: ne tūc incipias velle cū non poteris. ℟. Mox vt vocē. Le. iii.

Mittentes manꝰ ad crucem carnifices: nō poterant cōtingere eū. Et subinde alii ⁊ alii ingerebāt se vt soluerent eū: ⁊ nullꝰ pertingere eū poterat Stupebāt etenim brachia eorū: quicunq; se extēdissent ad soluendum eum. Tunc voce magna sanctus andreas ait. Dn̄e iesu christe magister bone iube me de ista cruce non deponi: nisi ante suscipias spiritum meum. Et cum hoc dixisset: videntibus cūctis splēdor nimius sicut fulgur de ce-

lo veniens ita circundedit eum: vt penitus pre ipso splē dore oculi humani eum non possent aspicere. Cūq; permā sisset splēdor fere dimidie hore spacio: abscedente lumine emisit spiritum: simul cū ipso lumine pergens ad dn̄m. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. ℟ Homo dei ℣ Dilexit andream. In lau. hec sola an̄ Salue crux. ps. Dn̄s regnauit. Capim. Corde creditur. Hy. Exultet celum ℣ Annūciauerunt. an Vidēs andreas crucem cum gaudio dicebat, q2 amator tuus semper fui et desideraui amplecti te bona crux. ps Bn̄d9. Orō. Maiestatem tuam. Memoria de cruce et de scta maria vtē: et de omnibus sanctis. ¶ Ad primam an̄ Salue crux. ps. Deus in nomine. an. Gloria tibi trini. ps Quicunq; vult. ¶ Ad tertiam et orōs alias ho. ane cp. ℟. et ℣. cum orō. sicut in prima die. Ad ves. autem et deinceps vsq; ad oct. diē nihil fiat de aplo nisi mēo. que precedet memo. beate marie cum an̄ prime diei de noc. Dictis vesp. vr an̄ Vnus ex duobus et semper cum hoc ℣. tam ad ves. q̄ ad matutinas ℣ Dilexit andream. orō. Maiestatem tuam. Mam et in sab. fit plenu seruitium de sancta Maria. Quod si festum sancti andree quauis alia fer. contige. tunc nihil fiat de festo infra octa. vsq; ad octa. diem nisi tātum memo. cum an̄ . Vidit dn̄s. et cetere aIie per ordinem dicentur: similiter et an̄ Videns andreas. et an̄ Vnus ex duob9. et semper cum predict. ℣lu et predict. oratione dicantur.

¶ In depositione sancti osmūdi episcopi et confessoris. Ad vespe. an̄ Iustum deduxit dominus. Capm. Ecce sacerdos magnus. ℟ Miles chri. Hy. Iste confessor. ℣ Amauit eū. an Confessor. ps Magnificat Oratio de cōi. Ad matu. ix. ℟c. fiant, omnia de cōi vnius cōfesso. et pontifi. secundū picam Sar: licet hic sequatur oratio de proprietate. Oratio.

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris tēporibus ad tui nominis magnificentiam, ac laudem et honorem sancti confessoris tui osmundi coruscare sentiam9: concede propitius, vt cuius cōmemoratione colimus, et9 intercessionib9 et in presenti seculo te glorificemus, et i futuro perfrui mereamur. Per.



¶ In festo s. nicolai epi Ad ves. ā Iustū deduxit. maior, p fer. Cp. Ecce sacerdos. ℟ Beatus nicolaus. ℣. Vt apō. Chor9. Illi nimirū tota nos

deuotione. non dicitur vlte=rius: sed statim clerici inci=piant prosam hoc modo.
O portet deuota mente since=riter. ℣. Peccatores christia=nos tenaciter. ℣. Presuli tan to. ℣. Cōmittere. Gloria. Illi nimirum. Hy⁹. Iste confessor domini sacratus festa plebs. ℣⁹. Amauit eum. an. O pastor eterne, o clemēs et bone custos qui dū deuoti gregis preces attenderes, voce lapsa de celo presuli sanctissimo dignū epi scopatu nicolaū ostēdisti tuū famulum. ps. Magt. Oratio.
Deus qui beatū Nico=laum pontificem tuum innumeris decorasti miracu=lis: tribue nobis q̄s vt eius meritis et precibus a gehēne incendiis liberemur. Per do=minum nostrum iesum chrm.
Mēoria de sancto andrea et de aduē. et de sancta maria. Dein de eat processio ad altare sctī nicolai (si habeatur) cum thu=ribu. et cerofera. et puero librū deferente sine cruce: choro p=sequente, habitu non mutato: cantando ℟. Ex eius tumba. Rectores simul dicant ℣. Ca=teruatim. Chor⁹ Surdis. Pro vi prosa in hac proces. Dn̄ ℣. canitur incenset altare sacer=dos et postea dicat ℣sus Ora pro nobis. Oratio.
Deus bonitatis au=ctor et bonorum dispen=sator: concede propitius vt qui beati Nicolai confessoris tui atq3 pontificis solennita=tem veneramur, eius patro=cinijs atq3 suffragiis maiesta tis tue propitiationem conse=quamur. Per christum domi=num nostrum. In redeundo de omnibus sanctis an. Salua=tor mundi. quere in fes. sancti andree. ℣. Letamini. Oratio. Infirmitatem nostram.
¶ Ad matutinas Inuitatorium. Adoremus regem seculorum In quo viuit nicolaus honor sacerdotum. Ps. Venite exul=temus. Hymn⁹. Iste confessor
¶ In primo noctur. an. No=bilissimis siquidem natalib⁹ ortus velut lucifer nicolaus emicuit. ps. Beatus vir. Ans. Postq̄ domi puerilem decur=rit etatem: cunctis mūdi spre tis oblectationibus christi se iugo subiiciens documentis sanctis suum prebuit auditū. ps Quare fremuerunt. a. Pu dore bono repletus dei famu=lus: sumptibus datis stupri nephas prohibuit ps Domi=ne quid multi. ℣. Amauit eū dominus et ornauit eum. ℟. Stola glorie induit. Lectio. i.



Beatus Nico=laus ex illu=stri prosapia ortus: ciuis fuit patare vr=bis. Parētes vero eius cū in primo flore iuuentutis hūc solum genuissent filium: in=ter suas preces (quas freq̄uē ter in domini templo funde=bant) hunc solum superstitem non tantū diuitiarum quantū et morum flagitabant heredē.

Quorum igitur vota deus ex alto prospiciens: haud petitioni eorum defuit. Nam cum matris adhuc lacte nutriretur: cepit bino in hebdomada die (quarta scilicet et sexta feria) semel bibere mammas: et hac vice content⁹ tota die sic permanebat. ℟. Confessor dei nicolaus nobilis progenie sed nobilior morib⁹. Ab ipso puerili evo secutus dñm: meruit divina revelatione ad summum provehi sacerdotium. ℣. Erat enim valde compatiēs, et super afflictos pia gestans viscera. Ab ipso puerili evo secutus dominum: meruit divina revelatiōe ad summum provehi sacerdotium. Lectō. ij.

Puerilib⁹ igitur annis trāsactis: cepit bone indolis adolescens esse. Et non sicut illa etas assolet, lasciviam cōplexus est mundi: sed nunc parētum comitatus vestigia, nūc solus ecclesiarum terebat limina. Et quod ibi de scripturis, patulo advertebat auditu: non immemor armariolo condebat pectoris. ℟. Operibus sanctis nicolaus humiliter insistens. Revelatione divina provectus est ad summū sacerdotij gradum. ℣. Voce quippe de celo lapsa cuidam insinuatur presuli dignū epātu nicolaum. Reue. Lectio. iij

Postquam autem beat⁹ nicolaus utroqꝫ parente orbat⁹ est: sepius illud euāgelicum ante sue mentis ducebat oculos. Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet: nō potest meus esse discipul⁹. Talia eo cogitāte. accidit ut quidam convicaneus eius ad tātam devenisset inopiā: quod tres filias quas habebat fornicari constituit: ut earum saltem commercio infelicem ageret vitam. ℟. Quadam die tēpestate sevissima quassati naute ceperunt san[ct]um vocare nicolaum. Et statim cessavit tēpestas. ℣. Mox illis clamantibus apparuit quidā dicens illis. ecce assum: quia vocastis me. Et statim. Gloria. Et sta.

¶ In secundo noct. ān. Auro virginum incestus, auro patris earū inopiam, auro prorsus utrorumqꝫ detestabilē infamiam dei servus ademit nicolaus. ps. Cum invocarem. ān. Innocenter puerilia iura transcendēs: evangelice institutionis discipulus effect⁹ est ps. Verba mea. ān. Gloriam mūdi sprevit cū suis oblectationibus: et ideo meruit provehi ad summū sacerdotij gradum. ps. Domine dñs noster. ℣. Iustum deduxit. Lectō. iiij.

Quod ut vir sanct⁹ cōperit: condoluit miserrimo homini. Notataqꝫ cuiusdā noctis hora: sumēs non modicū aurum ligāsqꝫ in panno: perrexit ad domum viri. Quam undique circunspiciens per fenestram que cōpetens videbatur clam intro proiecit: clamqꝫ recessit. Mane itaqꝫ facto: cum surrexisset homo aurumqꝫ illud invenisset, gaudio gavisus est

magno: ꝛ gratias reddidit omnipotenti deo. Tunc tradidit filias suas maritis: quas prostituere voluerat fornicatoribus. Tu autẽ. ℟. Audiẽs christi confessor trium iuvenum innocentũ necem: precurrit ꝓtocius ad locum quo fuerant plectẽdi. Et liberavit eos. Vꝰ. Statimqꝫ solutos a vinculis vsqꝫ ad pretoriũ cõsulis secum adduxit. Ec. lc. v.

His itaqꝫ actis: myrrhea metropolis orbata est suo antistite. Cuius obitum non mediocriter adiacentium parochiarum condolentes episcopi ꝛ etiam viri religiosi, convenerũt in vnum cũ clericis: vt dño annuente providerẽt illi ecclesie secundum sanctorum scita canonum idoneum presulẽ. Concione itaqꝫ facta intererat quidam põtifex magne auctoritatis: ad cuius nutum aliorum pẽdebat sententia. Hic ergo per oĩa sequens apostolorũ vestigia, cunctos ieiunijs ꝛ devotissimis precibus hortatꝰ est insistere: quatenus ille qui Mathiam induxit supplere numerũ apostolicum quẽ vellet nunc fungi tanto sacerdotio, dignaretur pãdere. Tu. ℟. Qui cum audissent sancti Nicolai nomen statim expandunt manꝰ vtrasqꝫ ad celum. Saluatoris laudantes clementiam. ℣. Clara quippe voce corã hominibus dignum referebãt illum dei famulum. Saluato. Lc. vi.

Quibꝰ orãtibꝰ: vocẽ de celo audiuit predictꝰ pontifex dicẽtem sibi: vt quem primũ hora matutina ante portas ecclesie inveniret, antistitem cõsecraret: adiungens ꝙ Nicolaus vocaretur. His ergo secundũ revelationẽ diuinã peractis: pontificali cathedra sublimatur. Qui adepto ep̃atu eandẽ morũ gravitatem quã prius, eandemqꝫ sectabatur humilitatem. Sic etiã cepit dilectus dei Nicolaus coruscare miraculis: vt non tantum sui sed etiam alieni quibuslibet oppressum angustijs, invocato nomine eius statim sentirent levamen. ℟. Beatꝰ Nicolaus iam triumpho potitus novit suis famulis prebere celestia cõmoda: qui toto corde poscũt eius largitionem. Illi nimitũ tota nos devotione Oportet cõmittere. ℣. Vt apud christum eiꝰ patrocinijs adiuvemur semper. Illi. Gl'ia. Opor.

¶ In tertio noct. ãn. Pontifices almi diuina revelatione letificati nicolaum presulem devotissime consecraverunt. Ps. Domine quis habi. ãn. Sanctus quidem triticum quod a nautis postulauerat: acceptũ ꝛ sagacitate distribuere ꝛ augere precibus impetravit. Ps. Dñe in virtute. ãn. Muneribꝰ datis neci sunt iuvenes innocentes addicti: quibus domini servus fuit vite presidium festinanter. Ps. Dñi est terra. ℣. Iustus vt palma. Lc. vii.

Quadã vero die cũ quidam naute subita ma-

eis tẽpestate periclitarentur: ceperunt clamare. Nicolae famule dei si vera sunt que de te audiuimus, nunc succurre nobis: vt erepti ab hoc periculo deo et tibi gratias agamus. Talia referentibus apparuit quidam dicẽs eis. Ecce assum: vocastis enim me. Et cepit eos adiuuare in nauis armamentis. Nec multo post omnis pelagi cecidit fragor: omnisqꝫ cessauit tempestas. ℟m. Summe dei confessor nicolae te venerantes protege. Namqꝫ credimus tuis precibus nos posse saluari. ℣. Qui tres pueros morti addictos illesos abire fecisti: tuis laudibus instantem conserua plebem. Namqꝫ credim⁹ tuis precibus. Lectio octaua.

Quodam etiam tempore lyciam prouinciam cum perniciosa fames oppressisset: naues triticeis onuste mercib⁹ in littore adriatici portus adesse nunciantur. Quo mox adueniens Nicolaus: nautis inquit. Vos rogaturus accessi: vt huic populo fame laboranti aliquantulum ex isto frumento impertiri studeatis. Promitto enim vobis in domini mei virtute cui seruio: quod nullam inde minorationẽ habebitis apud regis vestri exactorem. Tandem interuentu presulis conuicti: de singulis puppibus enumerauere centum modios. Tãta igitur dei largitate auctum est frumentum illud: quod illis sufficeret ad victum, et nautis ad plenã mensuram quam susceperant. Tu autem. Hoc ℟m. incipiatur ab vno clerico de superiori gradu: loco nec habitu mutato ℟. Seruus dei nicolaus auri pondo trium virginum redemit pudorem. Earumqꝫ patris impudicã remenso auro fugauit inopiam. Omnes cantent ℣sum qui volunt in statione puerorum ℣sus. Affluens ita misericordie visceribus: metallo duplicato propulsanti earum infamiam. Earumque. Lectio nona.

Cum igitur his beneficiis et virtutib⁹ multisqꝫ aliis beatissimus floreret nicolaus: decidit in egritudinem qua ex hac instabili luce subtractus est. Cernens itaqꝫ mortem sibi adesse presentem: inclinato capite signo crucis se armauit Eucharistiam percepit: astantibus benedixit: oscula pacis dedit: et tricesimum psalmũ incepit, dicens. In te dñe speraui non cõfundar in eternum: vsqꝫ in manus tuas dñe commendo spiritum meum. Et cũ hec dixisset: tradidit preciosã animam suam in manus sanctorum angelorum qui ei apparuerũt. ℟. Ex eius tumba marmorea sacrũ resudat oleũ: quo liniti sanantur ceci. Surdis audit⁹ redditur, Et debilis quisqꝫ sospes regreditur. ℣. Cateruatim ruunt populi cernere cupientes que per eũ fiunt mirabilia. Surdis audit⁹ redditur, et debilis quisqꝫ

Non dicatur ulterius sed sta tim incipiatur prosa. Sospi tati dedit egros olei perfusio. Chor⁹ respondeat cantum p se super literam O. post unu quemque V. interim sedens. V. Nicolaus naufragantum af fuit presidio. V⁹. Relevavit a defunctis defunctum in vivo V. Baptisatur auri viso inde⁹ indicio. V. O quam probat sanctum dei farris augmentatio. Vsus Vas i mari mersum patri red ditur cum filio. V. Ergo lau des nicolao concinat hec con cio. V⁹ Nam qui corde poscit illum propulsato vitio. Sos pes regreditur. Gloria. Et de bilis. Deinde reincipiatur Rx Ex eius tumba. V. Ora p no bis bte nicolae. Rx. Ut digni.

¶ In laudibus. Antiphona.

1 Beatus nicolaus adhuc pu erulus multo ieiunio macera bat corpus. ps. Dominus re gnavit.

2 Ecclesie sancte fre quentans limina, sacra pecto ri condebat mandata. ps. Ju bilate deo. an.

3 Juste et pie vi uendo ad honorem sacerdotij meruit promoveri divinitus. ps Deus deus meus. a.

4 Ami cus dei Nicolaus pontificali decoratus infula, omnibus se amabilem exhibuit. ps. Bene dicite omnia. an.

5 O per om nia laudabilem virum: cuius meritis ab omni clade liberan tur qui ex toto corde querunt illum. ps. Laudate dominum de celis. Cpm Ecce sacerdos. Hymnus. Jesu redemptor. Vsus Justus germinabit. an Copiose charitatis Nicolae pontifex, qui cum deo gloria ris in celi palatio: condescede supplicamus ad te suspiran tibus: et exutos gravi carne pertrahas ad superos. V. Be nedictus. Oratio Deus qui beatum nicolaum. Memoria de sancto Andrea: cum hac an Unus ex duobus. nisi festum sancti nicolai in sabba. conti ge. tunc enim dicatur hic ad memoriam de apostolo an. Vi dno vivens. Cum vero festum sancti nicolai a dominica re servatum fuerit die lune cele bretur tunc hic ad memor. de apostolo hec an. Concede no bis. Si vero hoc festum san cti andree apostoli in quinta feria ante adven. domini eve nerit: tunc dicatur hic ad me mo. eiusdem an. Unus ex duo bus. Memoria de adventu et de sancta maria.

¶ Ad primam an. Beatus ni colaus. ps. Deus in nomine tuo. an. Te iure. ps. Quicunque. ¶ Ad tertiam an. Ecclesie scte ps. Legem pone. Cpm. Ecce sacerdos. R. et V. de coi unius confessor. et pontificis dnr ad omnes horas. ¶ Ad sextam an Juste et sancte. ps. Defecit. cp. Benedictionem. ¶ Ad nonam an. O per omnia. Capitulum Cognovit eum. ¶ Ad secun das vesperas an. Beatus ni colaus. psalmi feriales. Cpm Ecce sacerdos magnus. Hy⁹ Jesu redemptor. Vsus. Justus germinabit sicut lilium. Antiphona O Christi pietas

omni prosequenda laude: qui sui famuli nicolai merita longe lateque declarat, nam ex tumba ei⁹ oleum manat, cunctosque languidos sanat. ps. Magt. Oratio. Deus qui beatum nicolaum. Memoria de sancto andrea an. Ambulans iesus. v. Dilexit andream dns. Oro

Protegat nos dne sepi⁹ beati Andree apostoli tui repetita solennitas: ut cuius patrocinia pia deuotione recolimus, perpetuam defensionem sentiamus. Per dnm. Memo. de aduen. & de s. maria

In octauis sancti andree apostoli. Ad matut. Inuitato. Dilexit andream domin⁹. ps. Venite. An vero hoc predic. inuitato. cum anis sequentibus in vi. fer. ante aduentum dni dr: tunc inuitato. Adoremus. cum anis de die & duobus R. de scdo noc. & cu nono R. qd sit tertiu hac die dicat.

Nota tn q qn octa. sancti andree in sab. cotige. fiet tunc ibi plenum seruitium de scta maria: & de octauis tantu memoria cum missa in capitulo.

Et sciendu est q per totum annum solet dici inuitato. du. infra octa. & etiam in oct. que fiunt sine regimine cho. quando de octa. fit seruitium. Hy⁹ Andrea ple. vl⁹. Annue christe. antiphone etiam de noct. prime diei in quacunque fer. festum apostoli contigerit.

Hac die dicitur iste vlus. In omnem terram exiuit sonus eorum. Lectio prima.



Maximilla vero quedam potetissima matrona i spelunca posita: statim ut agnouit apostolu andream perrexisse ad dominu, accessit ad crucem. Et suorum solatio cum omni reuerentia deposuit corpus, & condidit aromatibus: et ibi eum sepeliuit ubi se sepeliendum costituerat. Egeas vero irat⁹ disponebat accusationem publicam contra maximillam & populu ad cesarem destinare. R. Dum perambularet. Lco. ij.

Cum autem hec ordinaret egeas: priusq domum ueniret in medio foro ciuitatis in conspectu omnium a diabolo uexatus expirauit. Nunciatum vero est fratri eius: cui nome erat stratocles. Tunc stratocles misit seruos suos: dicens eis, Ite: & inter biothanatos sepelite eu. R. Mox ut Le. iij

Stratocles vero frater egee de facultatibus ei⁹ nihil que siuit: dicens. No mihi permittat dns meus iesus christus cui credidi: ut ego de bonis fratris mei aliquid cotinga, ne polluat me crimen ei⁹ qui apostolum domini ausus fuit pro amore pecunie, occidere. Tantus ergo timor inuasit uniuersos: ut nullus remaneret qui non crederet saluatori nostro deo, qui uult omes saluos fieri: & ad agnitione ueritatis uenire. Ipsi gloria in secula seculorum amen. R. In.

1

2

3 Vir iste. ℣. Dilexit andream dominus ¶ In laudibus hec sola. a. Salue crux preciosa. ps. Dominus regnauit decorem indutus. Capitulum Corde creditur. Hymnus. Exultet celum laudibus. ℣. Annunciauerunt. an. Concede nobis. ps. Benedictus. Oratio. Protegat. Memo. de aduen. et de sancta maria : et postea de omnibus sanctis. Si dies dominicus fuer. vel si festum sancti Nicolai a do. reseruatum hac die celebretur: vel si in sab. contige. oct. tunc tantum memo. de octa. fiet ad primas vesperas et ad matuti. cum mis. in cho. Ad primam et ad alias horas fiat sicut in crastino sancti andree notatum est.

¶ In conceptione beate marie virginis. Ad .j. vespe. an.

1 Dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis deprecamur. ps. Laudate pueri.

2 an. Beata progenies vnde christus natus est : quoniam gloriosa est virgo que celi regem genuit. ps. Laudate dominum omnes gentes. ana.

3 Sancta maria virgo intercede pro toto mundo quia genuisti regem orbis. ps. Lauda ani

4 ma. an. Sub tuam protectionem confugimus vbi infirmi acceperunt virtutem : et propter hoc tibi psallimus dei genitrix virgo. ps. Laudate dominum quoniam bonus est. an

5 Beata dei genitrix maria virgo perpetua, templum domini, sacrarium spiritus sancti sola sine exemplo placuisti dno iesu christo : ora pro populo, interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu. ps. Lauda hierusalem. Capitulum.

Eccli. 24. c

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris et flores mei fructus honoris et honestatis. ℟. Stirps. hy. Aue maris stella. ℣. Sancta dei genitrix virgo. an. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo, ex te enim ortus est sol iustitie christus deus noster: qui soluens maledictionem dedit benedictionem : et confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam. ps. Magnificat. Oratio.

Supplicationem seruorum tuorum deus miserator exaudi: vt qui in conceptione dei genitricis et virginis congregamur, eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem dominum. Memoria de aduen. Complet. vero aduen. non mutatur nisi quod in fine hymnus Saluator dicitur. Gloria tibi do. Ad matu. inuitato. Corde et voce simul christum regem veneremur. Virginis et matris iubilemur nobis conceptus. ps. Venite. hy. Quem terra. ¶ In .j. noct. an. Hodie concepta est beata virgo maria ex progenie dauid: per quam salus mundi credentibus apparuit. ps. Domine dominus noster. an. Beatissime virginis marie conceptionem

deuotissime celebrem⁹: ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christum. ℣. Celi enarrant. Añ Quando concepta est virgo sacratissima tunc illuminat⁹ est mundus: stirps beata, radix sancta, et benedictus fructus eius. ps. Domini est terra. ℣. Sancta dei genitrix. Lectio prima

Inter omnes sctōs memoria beatissime virginis marie eo frequenti⁹ agitur atq₃ festiuius: quo maiorem gratiam apud deum creditur inuenisse. Unde post alia quedam ipsius antiquiora solennia, non fuit cōtenta deuotio fidelium: quin conceptionis superne solenne superadderet hodiernum. ℟m.

1 Hodie concepta est beata virgo maria ex progenie dauid: per quam salus mundi credentibus apparuit. Cuius vita gloriosa lucem dedit seculo. ℣. Beatissime virginis marie conceptionem deuotissime celebremus. Cuius. Lectō. ii.

Hac itaq₃ die peculiariter in ecclesia recitand⁹ videretur esse liber ille qui de conceptu eius atq₃ vita scriptus inueniebatur: si non iudicassent eum patres inter apocrypha numerandum. At quoniam magnis ac sapientibus viris ita visum est: nos alia quedam sed nō aliena legentes, ecclesiasticum morem debitis officiis exequamur.

2 ℟. Beatissime virginis marie conceptionem deuotissime celebremus. Ut ipsa pro nobis intercedat ad dominū iesum christū. ℣⁹. Cū iocunditate cōceptionem beate marie celebrem⁹. Ut ipsa. Lectō. iii.

Beata igitur domini mater ⁊ perpetua virgo maria: priusquam conciperetur, oraculis enunciata est: ⁊ designata miraculis. Cōcepta vero ex progenie dauid diuinitus ordinata: priuilegio virtutum insignis enituit. Saluatorem edidit: a quo glorificata in celo nunquā terrigenis patrocinari desistit. ℟m.

3 Stirps iesse virgam produxit, virgaq₃ florem. Et super hunc florem Requiescit spiritus almus. ℣. Uirgo dei genitrix virga est: flos fili⁹ eius Et super. Gloria. Requiescit.

¶ In secundo nocturno aña. Hodie concepta est beata virgo maria ex semine abrahe, letantur archangeli, exultant omnes sancti: et cōgaudet omnis mundus. ps. Eructauit. añ. Dignum namq₃ est ut ei cum summa deuotione famulemur: per quam nobis virginitatis insignia pullularunt. ps. Deus noster refugium. añ. Benedicta et venerabilis es sancta maria virgo dei genitrix: cuius conceptionem celebremus ut intercessio ipsi⁹ sit pro nobis ad dñm. ps. Fundamenta. ℣. Post par. Le. iiii.

Propositionem itaq₃ sequatur ordine suo narratio. Iamq₃ referam⁹ unum de p̄taxatis oraculis: ac dein-

de paucis expediamus. Dixit eternus ad veterem: deus ad serpentem. Inimicitias ponam inter te et mulierem: et semen tuum et semen eius. Ipsa conteret caput tuum. Rem.

4 Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe, concepta de tribu iuda, clara ex stirpe david. Cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. ℣. Cum iocunditate conceptionem beate marie celebremus Cuius vita. Lectio quinta.

Quid autem est fratres in hoc loco serpentis caput conterere: nisi principalem suggestionem diaboli (id est concupiscentiam) resistendo superare? Si ergo queratur quenam mulier huiusmodi victoriam operata sit: profecto nõ reperitur in linea generationis humane, donec perveniatur ad illã (de qua nũc agimus) sanctarum sanctam.

5 Rem: Conceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciavit universo mũdo. Ex te enim ortus est sol iustitie christus deus noster: qui solvens maledictionem dedit benedictionem: et confundens mortem donavit nobis vitã sempiternam. ℣sus. Felix namque es que sola genitricis dignitatem obtinuisti et virginalem pudicitiam non amisisti. Ex te enim. Lectio sexta.

Si vero interrogetur in quo serpẽtis caput hec beata virgo cõtriverit: nimirum in eo quod virginitatem simul et humilitatem sacrificavit deo. Virginitate namque servata: probatur extinxisse concupiscentiam carnis: humilitate (que facit pauperem spiritu) concupiscentiam mentis. Sicque principali suggestione diaboli victa: vetiosum eius caput virtutis pede contrivit. Nec tamen hoc loco sed eo quod maxime triũphavit: quo de sua mundissima carne corporata dei sapientia vicit usquequaque malitiam. Attingens a fine usque ad finem fortiter: ac disponẽs omnia suaviter.

6 Rem. Ad nutum domini nostrum ditantis honorẽ. Sicut spina rosam genuit iudea mariam. ℣. Ut vitium virtus operiret, gratia culpam. Sicut spina. Gloria pa. Sicut.

In tertio nocturno. ãn. Cõceptio est hodie sctẽ marie virginis: cuius pulchritudinem respexit deus et visitavit humilitatem suam. ps. Cantate domino i. ãn. Ista est speciosa electa a domino: cuius conceptionem celebremus ut ipsa pro nobis intercedat ad dominũ deum nostrum. ps. Dominus regnavit exultet. ãn. Felix namque es beata virgo maria: que et genitricis dignitatem obtinuisti et virginalem pudicitiam non amisisti. ps. Cantate domino canticum ii. ℣sus. Speciosa facta. Initium sancti euangelij secundum Mattheum.

Liber generationis iesu christi filij david filij — Cap. I A

abraham. Et reliqua.
Homelia venerabilis bede presbyteri. Lectio septima.
Prefationem totius operis premisit de quo dicturus erat id est de christo. Per quem ascendit ad dauid: cui dictum est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et a dauid vsqz ad Abraham: cui promissum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes terre. Ad quem fuit principiũ promissionis. ℟. Beata progenies vnde christus natus est: o q̃ gloriosa est virgo. Que celi regem genuit. ℣. Felix certe et omni laude dignissima sacra virgo maria. Que celi regem genuit. Lectio octaua.
Ideo posuit eum euãgelista principium narrationis sue: et per singulas genealogias descendit ad christum, vt in eo (id est in christo) series generationis terminaretur. Ideo in christo initium libri incipiebatur: quia ille est principiũ salutis nostre, et finis id est perfectio eterne beatitudinis. Tu autẽ. ℟. Corde et animo christo canamus gloriam. In hac sacra solennitate precelse genitricis dei marie. ℣. Omnes in vnum congregati collaudemus dominum iesum christũ. In hac sacra. Lectio nona.
Nam et moyses librum creationis celi et terre se scripsisse testatur: in quo perituri hominis originẽ texuerat. Matheus librum generationis iesu christi se esse scripturum promisit: in quo salus generis humani ostenderetur, que in nomine iesu sonat: quia Jesus saluator interpretatur. ℟. Solem iustitie regem paritura supremũ. Stella maria maris Hodie processit ad conceptum. ℣. sius. Cernere diuinum lumen gaudete fideles. Stella. Gloria. Hodie repetatur ℟. Solem. Non dicatur. Te deum. neqz ad missam. Gloria in excel. nec Ite missa est. ℣. Ora pro nobis scã dei geni. In lau. a.
Conceptio est hodie sancte marie virginis: cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. ps. Dominus regna. an. Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe: concepta de tribu iuda, clara ex stirpe dauid. ps. Jubilate. an. Regali ex progenie maria concepta refulget: cuius precibus nos adiuuari mente et spiritu deuotissime poscimus. ps. Deus deus. an. Corde et animo christo canamus gloriam in hac sacra solennitate p̃celse genitricis dei marie. ps. Bened. an. Cum iocũditate cõceptionem beate marie celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dominũ iesum christum. ps. Laudate dominum. cpm. Ego quasi. Hy. O gloriosa femi. ℣sus. Elegit eam. a. Conceptionem hodiernã perpetue virginis genitricis dei marie solenniter celebremus: qua celsitudo thro-

ni processit alleluia. ℣ Fidicius. Oro. Supplicationem servorum. Memoria de adve.

¶ Ad primam an. Conceptio est hodie. ps. Deus in nomine tuo. an Gratias. ps. Quicunque. Cam Regi seculorum. ℟. Jesu christe. ℣ Qui de virgi.

¶ Ad tertiam an. Conceptio gloriose. ps Legem pone mihi dne. Cam Ego quasi. ℟ in Sancta dei genitrix. Vsus. Post partum virgo inviola.

¶ Ad sextam an. Regali. ps. Defecit. Capitulum.

Ecclia 24 C

Transite ad me oes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini: spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. ℟ Post partum. Vsus. Speciosa facta

¶ Ad nonam an Cum iocunditate. ps Mirabilia. Cam.

Vbi s.

Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt: et qui elucidant me vitam eternam habebunt. ℟ Speciosa. ℣. Elegit. ¶ Ad secundas vesp. Aña. Conceptio est hodie. ps. Dixit dns. Confitebor. Beatus vir. De profundis. Memento Ca Ego quasi vitis. ℟ Solem iustitie. Hy. Ave maris stella. ℣ Elegit eam. an Gloriose virginis Marie conceptum dignissimu recolamus: cuius dns humilitatem respiciens angelo narrante concepit redemptorem mundi alma. ps. Magt. Oratio Supplicationem servorum. memor. de adventu Completor. vis. Si hoc fes. i dnica eve. differatur in crasti. nisi fes. loci fuerit.

¶ Sancte Lucie virginis et marty. Ad ves a Lucia virgo venerabilis syracusanorum nobilissima cum matre euticia ad sepulchrum beate agathe venerandum convenerat. ps fer. cam Domine de' me'. ℟ Grata facta est. Hymnus. Virginis proles. ℣ Diffusa est gratia. an. In tua patientia possedisti animam tua lucia sponsa christi: odisti que in mundo sunt et coruscas cu angelis: sanguine pprio inimicum vicisti. ps Magnificat. Oratio Exaudi nos deus salutaris noster. require in co vnius virginis. Memoria de adventu et de sancta Maria.

¶ Ad matutinas. Invitator. Agnum sponsum. ps Venite. et cetera omnia de co vnius virginis et marty. fiant vsque ad septimum ℟. Lectio. i.



Cum per vniversam siciliam beate Agathe virginis fama crebresceret: et syracusanus popul' per miliaria quinquaginta ad vrbem cathanensium indesinenter pergeret ad sepulchru sancte virginis Agathe venerandum: contigit et luciam venerabilem virgine syracusanorum nobilissimam simul pergere festivitatis gratia. Invitante eam matre sua euticia: que per annos quatuor fluxu

sanguinis patiebatur: nulloque medicorum poterat medicamine liberari. Lectio scda.

Igitur cũ processionis mysteria agerẽtur: hec euãgelij lectio fuit qua fimbrie vestimẽti domini tactu, mulierẽ a sanguinis fluxu legimus liberatam vel saluatam. Et dũ hec lectio recitaretur: dixit sancta lucia matri sue. Si credis mater his que leguntur: crede agathã passam pro christi nomine hec meruisse: vt semper in presenti habeat eũ pro cuius nomine passa est. Continge ergo sepulchrum virginis credens: et continuo liberaberis. Lectio tertia.

Igitur cum peractis omnibus, populus abscessisset: prostrauerunt se vtraque ante sepulchrum sancte virginis Agathe, mater et filia: ꝛ ceperunt lachrymis a domino flagitare suffragiũ. Interea dũ orationis prolixitas tenderetur: somnum lucia virgo arripuit. Et vidit tunc in somnis beatam Agathã in medio angelorum gemmis ornatã stantem, et dicentem. Soror mea lucia virgo dei deuota: quid a me petis quod ipsa potes prestare cõtinuo? Nam ꝛ matri tue fides tua subuenit: et ecce saluata est. Et sicut per me ciuitas cathanensiũ sublimatur a christo: ita per te syracusana ciuitas decorabitur quia iocundum christo i tua virginitate habitaculum preparasti. Lectio quarta.

Et his auditis expergefacta surrexit tremens: ꝛ ait matri sue. Mater mea: ecce salua facta es. Per ipsam te deprecor que te saluauit suis precib⁹: ne tu mihi aliquando spõsum nomines: nec te velis de corporis mei posteritate inquirere. Ab ea die cepit virgo sancta distrahere predia: et in necessitatibus pauperum erogare. Lectio quinta.

Quod cum ad sponsi notitiã peruenisset proponit litem in iudicio paschasij consularis, dicens spõsam suam christianam esse: ꝛ cõtra leges augustorum viuere. Quam paschasius corripiens cepit ad sacrificia demonũ cogere. Cui virgo ait. Ego per istos tres annos nulli alij sacrificaui nisi deo viuo. Paschasius dixit. Patrimonium tuũ cum corruptoribus tuis expendisti: et ideo quasi meretrix loqueris Lucia dixit. Patrimonium meum in tuto loco custodiui et illic constitui: corruptores autem, nec mẽtis mee nec corporis mei aliquando suscepi Tu autem. Lectio sexta.

Paschasius dixit. Cessabũt verba: cum perueneris ad tormenta Lucia dixit. Verba dei cessare non possunt. Paschasius dixit. Tu ergo deus es? Lucia respondit. Ancilla dei sum: ꝛ ideo dixi verba dei qꝛ ipse dixit. Non vos loquimini in conspectu iudicum: sed spiritus sanctus ipse loquitur in vobis. Paschasius di=

xit. In te ergo spiritus sanctus est. Lucia respondit. Apostolus dixit quod caste viuentes templum dei sunt: et spiritus sanctus habitat i eis. Paschasius dixit. Ego faciã te ad lupanar duci: vt cũ fueris scortata, fugiat a te spiritus sanctus. Lectio septima.

Lucia dixit. Nunq̃ inquinabitur corpus: nisi ex cõsensu mentis. Tunc consularis multis responsionibus virginis confutatus: iussit venire lenones, et tradidit eam illis dicens. Inuitate ad castitatẽ eius populum: & facite eam tam diu illudi, quam diu mihi mortua nuncietur. Accedẽtes vero simul multi ex officio, funibus in manib⁹ eius & pedibus positis: ceperunt omnes pariter trahere, et illa quasi mons immobilis permanebat. ℟. Lucia virgo quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo? nam & matri tue fides tua subuenit: et ecce salua facta est. Quia iocundum deo in tua virginitate habitaculum preparasti. ℣. Et sicut per me ciuitas cathanensium sublimatur a christo: ita per te ciuitas syracusanorũ decorabitur. Quia iocundum deo in tua virginitate. Lectio octaua.

Iterum adducta sunt multa paria boum vt ab ipsis traheretur: et omnino moueri non potuit. Tunc paschasius ignem circa eam fecit copiosum incendi: et vt picem resinam, et feruens oleum super eam iactarent. At illa in nomine Jesu christi stetit immobilis: dicẽs. Ego rogaui dominum meum Jesum Christum: vt ignis iste nõ dominetur mei. Tunc angustiante paschasio: non ferentes amici iniuriam eius, gladium in eius visceribus immergi fecerunt. Tu autem domine miserere nostri. ℟. Rogaui dominũ meum Jesum christum vt ignis iste non dominetur mihi. Et impetraui a domino inducias martyrij mei. ℣. Vt credẽtibus timorem auferrem passionis: non credentibus autem vocem insultationis. Et impetraui a domino inducias martyrij mei. Lectio nona.

Et confestim percussa q̃diu voluit locuta est: annunciãs ecclesie pacem datam. Interea ante oculos eius ferro vinctus ducebatur paschasius. Cucurrerũt enim relationes singulorum: quod paschasius omnem fuisset predatus prouinciam. Qui perductus est ad vrbem romam: ibiq; ab omni senatu romano auditus: capitalem accepit sententiam. Dei autem martyr lucia virgo sacratissima de loco i quo percussa est gladio: penitus nec mota est, neq; exiit spiritus eius: nisi prius venientibus sacerdotibus, et corporis et sanguinis Jesu christi mysteria ei dantibus. Atque omnibus dicentibus amen: illa emisit spiritum. Respon.

7

8

9 Grata fact⁹ est a dño in certamine quia apud deum et apud homines gloriificata est: in cōspectu principum loquebatur sapientiam. Et dñs omnium dilexit eā. ℣. Erecta namqʒ in virtutis culmine, tormēta despexit: premia calcauit. Et dñs ℣. Ora p nobis beata lucia.

¶ In laudibus. Antiphona. Orāte beata lucia apparuit ei sancta agatha: et consolabatur ancillam christi. ps. Dñs regnauit decorem. ān. Lucia virgo quid a me petis quod ipsa poteris prestare cōtinuo matri tue? ps. Jubilate deo. ān. Per te Lucia virgo ciuitas syracusana decorabitur a domino iesu christo. ps. Deus deus meus. āna. Benedico te pater domini mei iesu christi: quia per filium tuū ignis extinctus est a latere meo. ps. Benedicite omnia. ān. Soror mea lucia virgo deo deuota, quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo matri tue? ps. Laudate dñm de celis. Capm. Domine deus meus. Hy⁹. Jesu corona. ℣. Adducētur. ān. Columna es immobilis lucia martyr christi quia omnis plebs te expectat vt accipias coronam regni alta. ps. Benedictus dñs deus israel. Oratio. Exaudi nos. memoria de aduentu et de sancta maria.

¶ Ad primam ān. Orante. ps. Deus in nomine. ¶ Ad tertiā ān. Lucia virgo. ps. Legē pone. Cpm ℟. et ℣. de cōi vnius virginis et marty. ad omnes hor. dicantur cū orone de die.

¶ Ad sextam ān. Per te lucia. ps. Defecit. ¶ Ad nonam ān. Soror. ps. Mirabilia. Ad secūdas vespe. ān. Orante. ps. fer. cap. vnius virginis et marty. Hy⁹. Jesu corona. ℣. Adducētur. ān. Tanto pondere eam fixit spiritussanctus: vt virgo domini immobilis permaneret. ps. Magnificat. Oratio. Exaudi nos. Memoria de aduentu et de sancta Maria.



¶ Scti thome apostoli Ad vesperas. Antip. Estote fortes. psalmi feriales. cp. Jam non estis. ℟. Qui sūt isti. Hy⁹

O Thoma chri perlustrator lateris, per illa sancta te rogamus vulnera: que mundi cuncta diluerunt crimina, nostros reat⁹ terge tuis precibus. Annue christe. ℣. In omnem terram. ān. O thoma didyme per christum quē meruisti tangere, te precibus rogamus altisonis succurre nobis miseris: ne damnemur cum impiis in aduentu iudicis. ps. Magnificat. Oratio.

Da nobis q̃s domine beati apostoli tui Thome ita solēnitatibus gloriari: vt ei⁹ semper et patrociniis subleuemur, et fidem congrua deuotione sectemur. Per dñm. Memo. de aduen. et de sancta

maria. Si hoc fes. in do. contige. differatur in crasti. nisi festum loci fuerit. Si vero in vj. feria vel in sab. iiij. tēporum hoc fes. contige. nihil ad matuti. de ieiunio fiat nisi tā tum memo. sed post mis. de apostolo fiat hec missa de ieiu. utraq ad principale altare: et tunc proprium ser. fes. ad matu. et ad laud. illo anno omnino pretermittatur: preter orationem que dicetur ad memo. Ad matutinas. ix. lectiones fiant. dupl. fest. Lectio prima.



Beatum thomam cum reliquis discipulis ad officium apostolatus electum ipsumq a domino didymum (quod interpretatur geminus) vocitatum: fides euāgelica narrat. Qui post dnice gloriam ascensionis: cum moraretur in hierusalem, diuina commonitione iussus est indiā aggredi: ut populis qui iacebant in tenebris lumen veritatis ostenderet. Lectio. ij.

Cū igitur ille quasi ionas a facie dni fugiens ire differret: nec impleret que sibi diuinitus precipiebantur (regio enim illa longinqua et grandis erat: incole quoq terre illius iniqui et ignorantes veritatem) apparuit ei dominus in visu noctis dicens. Ne timeas thoma descendere in indiam. Lectio tertia.

Ego enim vadam tecum et non derelinquam te: sed glorificabo te ibi, implebisq certamen bonum. Et confessurus eris me coram hominibus terre illius: et exinde assumam te cum gloria, et statuam te in regno meo cum fratribus tuis. Oportet te enim ibi multa pati propter me: ut cognoscant omnes te docente: quia ego sum deus. Lectio quarta.

In diebus illis missus erat quidam abbanes nomine a rege indie: requirens artificē qui et palatium posset edificare. Cui redituro in patriam coniunxit se thomas: et cū ipso descendit ad mare. Et ascēdentes nauim: in interiorem indiam euecti sunt. Lectio. v.

Cepit ergo predicare beatus thomas per totā indiam euangelizans dnm iesum christū: nec solum sermonibus, sed etiā operibus fidem barbaricis pectoribus inserebat. Inuenit igitur in india viros pariter et mulieres qui verbum dei susceperunt: quia sanabat infirmos eorum. Lectio sexta.

Audiens ergo misdeus rex signa que faciebat apostolus: iussit eū adduci ad se, et dixit ei. Quis est deus tuus: et in cuius nomine hec facis? Qui respondit. Deus meus verus creator celi et terre est, et omnium que in eis sunt: qui solus coli debet non idola surda et muta. Lectio septima.

His ergo auditis: rex valde iratus iussit eū extensum torqueri: et cesum in carcerem detrudi. Interim migdonea uxor

carisij cum nutrice sua & filio ibant ad carcerem: & data custodibus pecunia ad apostolum introibant: et verbū dei audiebant. Lectio octaua.

Cumqz regi nunciatum esset q̄ vxor eius & filius conuersi essent ad dominum, vxorem suam in oscuro loco detrudi iussit: filiumqz suum in carcere cum apostolo colligari. Carisius vero vxorem suam cum nutrice sua narcissa reclusit similiter in cellula tenebrosa. Lectio nona.

Tunc iussit rex manib⁹ apostoli ad tergū ligatis, ipsum coram se duci: cui ait. Quis est deus tuus qui coniuges nostras per te separat a nobis? Dixit ei thomas. Tu cū sis rex: nunquid vis habere inquinata seruitia? Si ego deū in seruis suis amare predico qd̄ tu in seruis tuis diligis: vt q̄d culpor? Iratus igitur rex tradidit eum quatuor militib⁹: qui lanceis transuerberauerunt eum, & mortuus est.

Cetera omnia ad matutinas & ad horas fiant de communi vnius apostoli. Memo. fiat de aduentu quacunqz feria hoc festum contigerit cum hac ān. Nolite timere: quinta enim die veniet ad vos domin⁹ noster. nisi quando a dominica reseruetur die lune celebratur: tunc enim dicitur ad memo. de adue. ān. filius fer. sex ān. Dicit dn̄s. & semp cum hoc ān. Vox clamantis. & cum oratione dominicali, & ān. Nolite timere, i illo anno omnino pretermittatur. Tamen si in sexta feria vel in sabba. quatuor temporum hoc fes. euen. tunc oratio de ieiunio dicetur cum predict. ān. Nolite timere. Ad secundas vesperas. ℟. Cives apostolorum. ℣. O thoma didyme. ps. Magnificat. Oratio. Da nobis. Cetera oīa de cōi vni⁹ aplī, memo. de aduen. & de sancta maria. vt̄s.

¶ De sancto siluestro & de aliis sanctis vsqz ad festū sancti vvlstani require omnia sicut supra post natalem domini prenotatū est. Si tempus prolixum fuerit inter dn̄ic. in qua incipienda est histo. Dn̄e ne in ira. & lxx. fes. sancti vvlstani in eadem dn̄ica in qua contige. celebretur: & memo. fiat de do. ad vtrasqz vesper. & ad matutinas et ad missam que precedet memo. beate marie. Eodem modo fiat de ceteris sanctis. Si festū. s. vvlstani, vel sanctorum fabiani et sebastiani, vel sancte agnetis in do. lxx. euen. fes. differatur vsqz in crastinū sancti vincētij. Si vero in die sancti vincentii, aut sancti pauli do. lxx. cōtigerit fes. differatur in crastinum. Si aliquod predictorum fes. in sabba. proximo ante lxx. euene. vespere in ipso sabbato de lxx. erunt: & solenniter memoria de festo. Similiter fiat in lx. vel in l. Si vero festum a domi. differatur in secundā feriā vel in eadem feria contiget. vespere in do. de

fes. erunt: et solennis memor. de do. Idem modus seruetur in omnib9 fest. ix. lec. vsqz ad passionem dñi: ita tamen qꝫ in omnibus festis duplicib9 ipso tempore contingen. erunt prime et secunde vesp. de fes. Propterea fes. purifica. beate marie virginis non differat.

¶ Scti vvlstani epi et cõfes. ix. lect. Et licet hic sequantur vi. lect. de proprietate sancti: tamen secundum vsum Sar. omnia stant de communi cum hac oratione sequen. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt intercedēte beato vvlstano confessore tuo atqz pontifice, tuam mereamur dulcedinem in eterna felicitate gustare. Per dominũ nostrum. in vnitate eiusdē. Lctõ prima



Egnante illustri angelorũ rege edvvardo sedit vvigornie brithegus pontifex: apud quē vvlstanus primeui floris indolē agens, singulis gradibus creuit in clero. Donatus tandem honore sacerdotij in tempore suo vitam celibē duxit a puero. Et in fructu centesimo deũ per desideriũ querere, per cogitationē inuenire, per gustũ tangere salubriter satagebat.

Lectio secunda.

Adolescebat in viro germē omne virtutum. Prerogatiua sanctitatis sic enituit: vt optimates anglorum eius amicitiam et auidissime optarent, et constantissime tenerent. Jugis in orationibus, in genuflexionibus creber: plumam et nullum lectum omnino habere, sopori raro indulgere, sed surripere. Lectio tertia.

Super gradus ante altare capite posito se humi exponere, vel etiā codice aliquo vertici submisso: tenuem consueuit inuitare soporem. Trib9 in hebdomada diebus omnis cibi abstinens, perpetuo linguā cohibebat silentio: ne vllo saltē laberetur verbo. L. iiij

Trib9 reliquis porros, caules vel coctos vel elixos, et panem cibarium comedebat: vt his magis cõtineret naturam qꝫ gulam. Quid plura? Talem se subditis exhibuit: vt non deesset eis doctrina in verbo, nec vita in exēplo. L. v.

Quodam tempore cum super ecclesie tectum fabricam quandam cõstruerent in qua dependerent campane: ad illã erigendam gradus scalarum aptarant quibus operãtes insisterent: et pendulos in aere gressus firmarēt. Jamqz funibus subnecte stabãt scale immensa procericitate prominentes: artificesqz in eis mutuo sibi structure necessaria ministrantes. Lectio sexta.

Quorum vnus cum ceteris prerruptius arduos meditaretur ascensus: preceps ruit. Wlstanus vero emin9 stans et intuens qualiter ille per

lignum inane deorsum volue retur: indoluit vehemēter, signumq́ꝫ sancte crucis opposuit. Et casus qui erat ab altitudine ad minus pedū quadraginta: non solum corpus ruentis non attriuit, sed nec etiam animum frigente sanguine (vt solet) hebetauit. Surrexit ergo icolumis: sue reputās temeritati ꝙ cecidit, ⁊ vulstani sanctitati ꝙ euasit. Euangel. Homo quidam peregre. Cetera omnia de cōi vnius confessoris ⁊ pōtificis



¶ Sanctorū Fabiani et sebastiani martyrum. Ad vesp. ān. Scti per fidem. pi tet. Cā. Iustorū anie. ℞. Erat nā ꝗ in ser. Hy⁹ Sanctorū meritis. ℣. Letamini in dño. an. Elegit dñs virum de plebe: ⁊ claritatem visionis eterne dedit illi: celebremus solennitatem sebastiani martyris, gaudium sit in celo, ⁊ in terra pax hominibus bone volūtatis alla alla. ps. Mgt. Oro.

Deus qui beatos martyres tuos fabianum ⁊ sebastianum virtute constantie in passione roborasti: ex eorū nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere. ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per. Memoria de sancto vulstano ān. Iste est. ℣. Iustus germinabit. Oro. Spm nobis. Mē. de s. maria ¶ Ad matuti. Inuita. Christū suppliciter regem regum veneremur. Qui donat sanctis premia digna suis. ps Venite. Hy⁹ Sanctorum meritis. ¶ In primo noct. ān. Sebastianus mediolanensium partium ciuis, quem perfuderat deus gratia: ab omnib⁹ amabatur. ps. Beatus vir. ā. Erat enim in sermone verax, in iudicio iustus. ps. Quare fremuerunt. ā. Christo quotidie sedulum exhibebat officium, erat enim verus dei cultor. ps. In domino confido. ℣sus. Letamini in dño. Lectio. j.



Sebastianus vir christianissimus mediolanensium partiū ciuis dioclετiano ⁊ maximiano imperatoribus ita charus erat vt principatū ei prime cohortis traderent: et suo eum conspectui iuberent semper astare. Erat enim vir totius prudentie: in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis, in interuentu strennuus, in bonitate conspicuus, in vniuersa morum honestate preclarus. Tu autē. ℞. Sebastianus dei cultor studiose curabat sub absconso chlamyde sanctorum animos confortare. Spem promittēs

& gloriam consequi sempiternam. ℣. Christo quotidie sedulum exhibebat officium: et christianorum animos confortabat. Spem. Lectio secunda.

Christo igitur quotidie sedulū exhibebat officium: sed agebat quatenus hoc sacrilegis regibus esset occultum. Non passionis timore perterritus, nec patrimonij sui amore constrictus: sed vt christianorum animos (quos in tormentis videbat deficere) confortaret: et deo redderet aīas quas diabol⁹ conabatur auferre. Tu autē. ℟. Sebastianus vir christianissimus quē occultabat militaris habitus Et chlamydis sue obumbrabat aspectus. ℣. Quem perfuderat deus gratia: ab omnib⁹ amabatur. Et chla. Lectio. iij.

2

Clarissimis itaq3 viris marcelliano et marco pro christi nomine in vinculis constitutis: quotidie solatium exhibebat. Et vt seculi blandimenta respuerent: et momentanea tormentorum genera non timerent, admonuit. Qui cum beati viri verbis acquiescerent: et verbera carnificum animo perseuerāti transirent: capitalē iussi sunt subire sententiam. Tu. ℟. Erat namq3 in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in bonitate conspicuus. In vniuersa morū honestate preclarus. ℣. In commisso quoq3 fidelis, in interuētu strēnuus In vniuersa. Gloria. In vni.

3

In secundo noct. ān. Ad hoc tantum sub chlamyde christi militem tegebat absconditū: vt deo redderet animas quas diabolus conabatur auferre. ps. Dñe quis ha. ān. Clarissimis quotidie viris marcelliano & marco suadebat populi blandimēta respuere: & momentanea tormentorum genera non timere. ps. Conserua. ān. Sebastianus vir christianissimus quē occultabat militaris habitus: & chlamydis sue obumbrabat aspectus. ps. Dñi est terra. ℣. Exultent iusti in conspectu dei. Et delectentur. Lectio quarta.

Cumq3 beatus sebastianus athletas dei immenso certaminis pondere fatigari vidisset: in medio eorū se obiciēs ait. O fortissimi milites christi, nolite per misera blandimenta coronas deponere sempiternas. Discat nūc per vos christi militum fortitudo: fide potius armari q̄ ferro. Tu. ℟. Christo quotidie sedulum exhibebat officium. Et christianorū animos quos in tormentis videbat deficere confortabat. ℣. Erat nāq3 in sermone verax, in iudicio iust⁹, in vniuersa morum honestate preclarus. Et chri. Lectio. v.

4

His igitur duobus fratrib⁹ ad celos per martyrij palmā transmissis cōuentus est sanctus sebastianus corā diocletiano. Cui dixit diocletianus Contra salutē meam in deorū iniuriam hactenus latuisti,

Sebastianus respondit. Pro salute tua semper christum colui: et pro statu urbis rome illum qui in celis est adorant. Tu autem. ℟. Zoe uxor nicostrati dixit beato sebastiano: beatus es tu et benedictus sermo oris tui. Per Jesum christum dominum nostrum. ℣. Benedicti qui in omnibus que locutus es credunt. Per iesum christum. Lectio sexta.

5

Tunc iratus diocletianus iussit eum duci in campum, et ligari quasi signum ad sagittam: et iussit ut sagittarii eum sagittarent. Tunc posuerunt eum milites in medium campum: et hincinde eum repleuerunt sagittis. Estimantes autem illum mortuum: abierunt. Tu. ℟. Egregie dei martyr sebastiane princeps ac propagator sanctissimorum preceptorum ecce nomen tuum in libro vite celestis ascriptum est. Et memoriale tuum non derelinquetur In secula. ℣. Socius enim factus es supernarum virtutum: et que in celis spiritum tuum susceperunt. Et memoriale. Gloria. In secu.

6

In tertio noctur. an. Ut vidit beatus sebastianus athletas dei immenso certaminis pondere fatigari dixit: o fortissimi milites christi, nolite per misera blandimenta coronas deponere sempiternas. ℣. Exultate iusti an. Sebastianus dixit marcelliano et marco: non vos seducant blandimenta mulierum. ps. Benedicam dnm. an. Nolite timere, non separabuntur a vobis: sed vadunt in celum parare vobis sidereas mansiones. ℣. Deus venerunt gentes. ℣. Iustorum. Lectio vii.

Zacharii martyris relicta nomine hyrene: abiit nocte ut corpus tolleret et sepeliret. Et inueniens eum viuum: duxit in domum suam. Ubi post paucos dies sanus factus: presentauit se diocletiano. Cui ille. Tu ne es sebastianus quem dudum interfici iusseramus? Sanctus sebastianus ait. Ad hoc me dominus iesus christus resuscitare dignatus est, ut veniam et contester vos iniusto iudicio persecutionem vestram in christi seruulos ebullire. ℟. Clarissimis viris marcelliano, et marco per singulos dies suadebat seculi blandimenta respuere. Et momentanea tormentorum genera non timere. ℣. Ut vidit beatus sebastianus athletas dei immenso certaminis pondere fatigari in medio eorum se obiiciens suadebat seculi blandimenta respuere. Et mo. Lectio viii.

7

Tunc iratus diocletianus iussit eum in hippodromium palatii sui duci: et tam diu fustibus cedi, donec spiritum exhalaret. Tunc tulerunt corpus eius nocte: et in cloacam maximam miserunt dicentes. Ne forte christiani eum sibi martyrem faciant. Tu autem domine miserere nostri ℟. Beatus es et bene tibi erit egregie martyr Sebastiane.

8

Quia cum sanctis gaudebis et cum angelis exultabis in eternum. V. Beatus es christi martyr sebastiane: et benedictus sermo oris tui. Quia cum sanctis. Lectio nona.

Postea vero beatus sebastianus cuidam matrone lucina nomine apparuit dicens. In cloaca illa que est iuxta cyrthrum: invenies corpus meum pendens in gumpho. Hoc dum tu levabis perduces ad cathacumbas: et sepelies me in initio cripte iuxta vestigia apostolorum. Ipsa vero iussa complens: cum omni diligentia corpus ei⁹ sepeliuit. Tu autem domine. Rem. Elegit dominus virum de plebe et claritatem visionis eterne dedit illi celebremus solennitatem sebastiani martyris. Gaudium sit in celo: Et in terra pax hominibus bone voluntatis. V. Beatus es et bene tibi erit egregie dei martyr sebastiane Gaudium sit. Gloria patri et filio. Et in terra pax hominibus. Vers. Iusti autem in perpetuum vivent. Rem. Et apud dominum est merces eorum.

In laudibus. Antiphona.

Sebastianus dei cultor studiose curabat sub absconso chlamydis sanctorum animos confortare: spem promittens et gloriam consequi sempiternam. Ps. Dominus regnavit. An. Si ego verus christi servus sum: et si vera sunt omnia que ex ore meo hec mulier audivit et credidit: aperiat os ei⁹ qui aperuit os zacharie prophete domini. Ps. Iubilate deo omnis terra. An. Ad hanc vocem christi martyris sebastiani illico apertum est os uxoris nicostrati. Ps. Deus deus meus. An. Zoe uxor nicostrati dixit beato sebastiano: beatus es tu: et benedictus sermo oris tui. Ps. Benedicite omnia opera domini. An. Sanctus sebastianus beato nicostrato: salvator noster pro peccatoribus exhibere dignatus est suam presentiam. Ps. Laudate dominum de celis: laudate eum. Capitulum. Iustorum anime. Hymnus. Rex gloriose martyrum. V. Mirabilis deus. An. Beatus es et bene tibi erit, egregie martyr sebastiane: quia cum sanctis gaudebis: et cum angelis exultabis in eternum. Psalmus. Benedictus dominus deus israel: quia visitavit. Oratio. Deus qui beatos martyres. Memoria de sancta maria. Ad primam an. Sebastianus. Psalmus. Deus in nomine tuo salvum. Ad tertiam an. Si ego. Ps. Legem pone mihi domine. Capitula responsoria et Vers. de communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicantur cum oratione predicta.

Ad sextam. Antiphona. Ad hanc vocem. Psalmus. Defecit in salutare tuum.

Ad nonam. Antiphona. Sanctus Sebastianus. Ps. Mirabilia.

¶ Sancte Agnetis virginis et martyris. Ad vesper. super ps an. Hec est virgo. ii fer. Capm. Confitebor R. Induit me. Hy9. Virginis proles. V. Diffusa est gratia an. Beata agnes in medio flammarum expansis manibus orabat: te deprecor venerande, colende pater metuende: quia per sanctum filium tuum minas evasi sacrilegi tyranni: et carnis spurcitias immaculato calle transivi: et ecce venio ad te quem amavi, quem quesivi, quem semper optavi. ps. Magt. Oro.

Omnipotens sempiterne deus, qui infirma mundi eligis ut fortia queque confundas: concede propitius, ut qui beate Agnetis martyris tue solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus Per dnm nostrum iesum christum.

Memoria de martyribus Fabiano et Sebastiano a. Egregie martyr sebastiane, princeps ac propagator sanctissimorum preceptorum: ecce nomen tuum in libro vite celestis ascriptum est: et memoriale tuum non derelinquetur in secula. V9. Mirabilis deus. Oratio. Deus qui beatos martyres. Memoria de sancta Maria.

¶ Ad matuti. Inuitato. Agnum sponsum. ps. Venite exulte. Hymnus. Virginis proles.

¶ In primo noct. an. Discede a me pabulum mortis: quia iam ab alio amatore preuenta sum ps. Domine dominus noster. a. Annulo suo subarrauit me dominus iesus christus: et tamquam sponsam decorauit me corona. ps. Celi enarrant. an. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. ps. Domini est terra. V9. Diffusa est gratia in labiis tuis. Lectio. i.



Ermo christi amatoribus virginibus sacris. Diem festum sacratissime virginis agnetis celebremus. Hinc psalmi resonent: inde concrepent lectiones. Hinc populorum turbe letentur: et inde subleuentur pauperes christi. Omnes ergo gratulentur in domino: et ad edificationem virginum qualiter sit passa beata agnes, ad memoriam reuocemus. Rm. Diem festum sacratissime virginis celebremus: qualiter passa sit beata agnes ad memoriam reuocemus. Tertiodecimo etatis sue anno mortem perdidit et vitam inuenit: quia solum vite dilexit auctorem. V. Infantia quidem computabatur in annis: sed erat immensa senectus mentis. Tertiodecimo. Lectio secunda.

Tempore illo erat quedam virgo rome nobilibus orta natalibus: nomine agnes. Que certans contra principes, et potestates tenebrarum, tertiodecimo etatis sue anno mortem perdidit et vitam inuenit, quia solum vite dilexit aucto-

2 rem. Tu. ℟ Dexteram meam & collum meũ cinxit lapidib⁹ preciosis: tradidit aurib⁹ meis inestimabiles margaritas. Et circundedit me vernantibus atq; coruscantibus gemmis. ℣ Induit me domin⁹ cyclade auro texta: & immensis monilib⁹ ornauit me. Et circundedit me. Lectio tertia

Infantia quidem computabatur in annis: sed erat immẽsa senectus mentis. Corpore quidem iuuencula: sed animo cana. Pulchra facie: sed pulchrior fide. Que dũ a scholis reuertitur: a prefecti vrbis filio adamatur. Cuius parẽtes cum eam requisissent ceperũt plura offerre, & plurima pro-

3 mittere. Tu. ℟ Induit me dominus vestimento salutis: & indumento leticie circundedit me. Et tanq̃ sponsam decorauit me corona. ℣ Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas: & circundedit me vernantibus atq; coruscantibus gemmis. Et tanq̃.

¶ In secundo noct. ãn. Christus circundedit me vernantibus atq; coruscantibus gẽmis preciosis. ps. Eructauit. ãn. Induit me dominus cyclade auro texta: & immensis monilibus ornauit me. ps. Deus noster refugium & virtus. ãn. Posuit signum in faciem meam vt nullum preter illum amatorem admittam. ps. Fundamenta eius in mõtib⁹. ℣ Specie tua & pulchritudine tua. Lectio quarta

Denique detulit iuuenis secum preciosissima ornamenta: & omnium lapidũ preciosorum gloriam. Et per seipsum & per amicos, notos & affines, cepit aurẽ virginis appellare: domos, possessiões familias, atq; omes diuitias mundi repromittere: si cõsensum suum eiusq; coniugium

4 non negaret. Tu autem. ℟ Amo christum in cuius thalamũ introiui: cuius mater virgo est, cuius pater feminã nescit, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Quẽ cum amauero casta sum, cum tetigero munda sum, cum accepero virgo sum. ℣ Mel & lac ex eius ore suscepi: & sanguis ei⁹ ornauit genas meas Quem cum. Lectio quinta.

Ad hec beata agnes tale iuueni fertur dedisse respõsum. Discede a me fomes peccati, nutrimẽtum facinoris, pabulum mortis. Discede a me q̃ iam ab alio amatore preuenta sum, qui mihi satis meliora q̃ tu obtulit ornamenta: et annulo fidei sue subarrauit me, longe te nobilior & genere & dignitate. Tu autem. ℟

5 Mel & lac ex eius ore suscepi. Et sanguis eius ornauit genas meas. ℣ Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur ipsi soli seruo fidem. Et sanguis eius. Lectio sexta.

Audiens hec insanissimus iuuenis amore capitur ceco: & inter angustias animi & corporis anhelo cruciatur spiri-

tu. Et inter hec lecto prosternitur: et per alta suspiria amor medicis aperitur. Rm. Ipsi sum desponsata cui angeli serviunt cuius pulchritudinem sol et luna mirantur Ipsi soli servo fidem. Ipsi me tota devotione committo. V. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis, tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Ipsi. Gloria. Ipsi.

¶ In tertio nocturno an. Mel et lac ex ei' ore suscepi: et sanguis ei' ornavit genas meas ps Cantate domino. i. an. Cuius pulchritudinem sol et luna mirantur, ipsi soli servo fidem. ps Dominus regnavit exultet terra. an. Ipsi soli servo fidem: ipsi me tota devotione committo. ps. Cantate. ij. V. Adiuvabit eam. Lectio. vij.

Cumque iterrogasset preses quis esset sponsus de cui' se agnes potestate gloriabatur: extitit quidam ex parasitis qui diceret hanc christianam esse ab infantia: et magicis artibus ita occupatam, ut dicatur sponsum suum christum esse. Tu autem. Rx. Jam corpus ei' corpori meo sociatum est: et sanguis eius ornavit genas meas. Cui' mater virgo est: cuius pater feminam nescit. V. Ipsi sum desponsata cui angeli serviunt: cui' pulchritudinem sol et luna mirantur. Cuius mater virgo est: cuius. Lectio octava.

Audiens autem hec prefectus letus efficitur: et misso apparitore cum grandi strepitu suis eam tribunalib' precepit assisti. Et primum quidem blandis eam sermonib' secretius provocat: deinde terroribus pulsat. Sed christi virgo nec blandimento seducitur, nec terrore concutitur: sed eodem vultu eodemque animo perseverans, et terrentem similiter et blandientem animo deridebat. Rm. Omnipotens adorande, colende, tremende: benedico te. Quia per filium tuum unigenitum evasi minas hominum impiorum: et spurcitias diaboli impolluto calle transivi. Vsus. Te confiteor labiis: te corde, te totis visceribus concupisco. Quia per filium. Lectio nona.

Post hec paschasius urbis come prefectus iussit ignem copiosum accendi: et eam in medio iactari. Statimque in duas partes flamme sunt divise: eamque in nullo penitus contingebat incendium. Tunc paschasius gladium in gutture virginis mergi precepit: atque de sanguinis sui rubore perfusam christus sibi martyrem et sponsam dedicavit. Parentes vero eius cum omni gaudio abstulerunt corpus: et honorifice sepelierunt. Rx. Stat a dextris eius agnus nive candidior. Christus sibi sponsam et martyrem consecravit. Vs. Parentes vero eius cum omni gaudio abstulerunt corp' eius: et posuerunt illud in monumento. Christus. Gloria.

Christus sibi sponsam. Vsus. Ora pro nobis beata agnes.
¶ In laudibus. Antiphona.
1 Ingressa agnes turpitudinis locum: angelum domini preparatum inuenit. ps. Dominus regnauit. an.
2 Mecum enim habeo custodem corporis mei: angelum domini. ps. Jubilate. an.
3 Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt: cuius pulchritudinem sol et luna mirantur. ps. Deus deus meus
4 an. Benedico te pater domini mei iesu christi: quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. ps. Benedicite.
5 an. Congaudete mecum et congratulamini: quia cum his omnibus lucidas sedes accepi ps. Laudate dominum. Capitulum Confitebor. Hymnus. Jesu corona virginum. Vsus. Adducentur. an. Stans beata agnes in medio flamme expansis manibus orabat ad dominum: omnipotens adorande, colende, tremende, benedico te: et glorifico nomen tuum in eternum. ps. Benedictus. Oratio Omnipotens sempiterne deus.
Memoria de sancta maria. Ad primam an. Ingressa ag. ps. Deus in nomine. ¶ Ad terciam an. Mecum enim. ps. Legem pone. Cap. R. et V. de com. vnius virginis et marty. ad omnes horas. dicantur ¶ Ad sextam an. Ipsi sum. ps. Defecit. ¶ Ad nonam an. Congaudete. Psalmus Mirabilia.
¶ Sancti vincentij mart. Ad vespe. super psalmos an. Iste sanctus. cap. Beatus vir qui suffert R. Leuita vincentius. quod a duobus in superiori gradu cantetur. Hymnus Martyr dei. Vsus. Gloria et honore. an. Sacram huius diei solennitatem humili celebremus deuotione: qua inuictus christi martyr vincentius tyranno deuicto insignem victorie palmam celo gaudens intulit. ps. Magt. Oratio.
Adesto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati vincentij martyris tui intercessione liberemur. Per dominum.
Memoria de sancta agnete. an. Ecce quod concupiui iam video, quod speraui iam teneo: illi sum iuncta in celo: quem in terris posita tota deuotione dilexi. V. Adducentur. Oratio Omnipotens sempiterne deus. Memoria de sancta maria. Ad mat. Inuit. Vincentem mundum adoremus dominum. In quo pressuras mundi martyr vicit vincentius. ps. Venite. Hymnus Martyr dei.
¶ In i. noc. an. Sanctus vincentius a pueritia studijs litterarum traditus: superna sibi prouidente clementia, gemina sciencia efficacissime claruit. ps. Beatus vir. an. Sanctitate quoque insignis diaconij arce suscepta: vices pontificis diligenter exequebatur. ps. Quare fre. an. Valerius igitur episcopus et leuita vincentius spe fruendi victoria diuinitus subnixi: in confessione deitatis alacriter cucurrerunt. ps. Domine quid. Vsus. Gloria et ho. R. j.



Anctus vincenti⁹ a pueritia studijs litterarū traditus: superna prouidente clementia sibi eum prouidebat vas electionis futurum: gemina scientia sub beato valerio cesarauguste ciuitatis antistite efficacissime claruit. A quo etiam sanctitate insignis diaconij arcem suscepit.

1 ℟. Sacram presentis diei solennitatem humili celebremus deuotione: qua inuictus christi martyr vincenti⁹ tyranno deuicto. Insignē victorie palmam celo gaudens intulit. ℣. Peracto passionis sue venerando triumpho angelorum cetibus comitatus. Insignem. Lectio secunda.

Cum igitur apud cesaraugustam ciuitatē dacianus quidam sacrileg⁹ causa seuiendi in christianos venisset: episcopos ac presbyteros ceterosq; sacri ordinis ministros, spiritu nequitie exagitatus rapi precepit. Protinus ergo Valerius episcop⁹ & Vincentius archidiacon⁹, fidei soliditate & spe fruendi victoria subnixi: in confessione deitatis alacriter cucurrerunt. Tanto feliciores se esse futuros credentes: quanto acriora tyranni supplicia pia lōganimitate certassent euincere. Unde certaminis ac penarum dilatio remunerationis eis videbatur diminutio

2 ℟. Sanctus vincentius christi martyr prouidente superna clementia: qui sibi eū prouidebat vas electionis futurum. Gemina scientia efficacissime claruit. ℣. Sua Sanctitate quoque isignis diaconij arce suscepta: vices pōtificis diligenter exequebatur. Gemina scientia. Lectio tertia.

Dacianus autem hoc videns: sanctos dei (primo Valerium) sub carcerali custodia, & famis miseria, ac catenarum stridore pertrahi precepit. Cumq; eos iam pene defecisse crederet, educi e carcere iussit: nolens eos ante tormēta vitam finire. Qui b⁹ proponebat quod nec mortuis parceret: si deorum suorū culturam renuissent recipere.

3 ℟. Leuita vincentius dixit beato valerio: si iubes pater sancte, responsis iudicem aggrediar: iam tibi fili charissime diuini verbi curam cōmiseram. Nunc quoq; pro fide qua astamus: responsa cōmitto. ℣. Tibi enim gemina sciētia pollenti ac superni amoris igne feruēti: celestis olim doctrine ministerium delegaui. Nunc quoq;. Gloria patri et filio: & spūi. Nunc quoq;.

¶ In secundo nocturno. Aña. Tanto namq; feliciores se esse credebant: quanto ampliora tyranni supplicia pia longanimitate certassent euincere. ps. Cum inuocarem exaudiuit me de⁹. an. Leuita vincentius dixit beato valerio: si iubes pater sancte responsis

iudicem aggrediar. ℣. Verba mea auribus. an. Jam tibi fili charissime diuini verbi curam commiseram, nūc quoqꝫ pro fide qua astamus responsa committo. ps. Domine dominus noster. Psus. Posuisti domine. Lectio quarta.

QUibus eductis: dacianus conuersus ad episcopum dixit. Monem⁹ te vt diis libamina persoluas: quatenus inferiores tuo exemplo facilius persoluant. Cumqꝫ episcopus reticeret: ait vincētius. Si iubes pater sancte: responsis iudicem aggrediar. Cui episcopus ait. Dudum tibi fili charissime diuini verbi curam commiseram: nunc quoqꝫ pro fide qua astamus responsa committo. Tu autē. Rem. Ecce iam in sublime agor & omnes principes tuos seculo altior tyrāne despicio: nolo vt gloriā meā minuas, nec damna inferas laudi. Paratus sum enim ad omnia tormenta pro saluatoris nomine sustinenda. Vsus. Insurge ergo & toto malignitatis spiritu debacchare: videbis me dei virtute plus posse dum torqueor, ꝙ possis ipse qui torques. Parat⁹. Lectio quinta.

TUnc beatus vincenti⁹ conuersus ad dacianū: dixit. Nepharium apud christianorum prudētiam esse cognosce: deitatis cultum abnegando blasphemare. Et ne te longius pertraham, profitemur nos christiane religionis esse cultores: & vnius ac veri permanentis in secula famulos & testes. Minas tuas & supplicia non metuentes: sed poti⁹ mortem pro veritate libentissime amplectentes. Tu autem domine. Rem. Assumptus ex equuleo leuita Vincentius atqꝫ ad patibulū rapt⁹: tortores suos pene preueniens Moras carnificū arguēdo, ad penam alacriter properabat. Vsus. Intrepid⁹ itaqꝫ dei athleta candentis ferri machinam vltro conscēdebat. Moras car. Lectio sexta.

DAcianus hoc audiens: ait. Amouete hinc episcopum istum. Justum est em̄ eum subire exilium: quia imperiale contempsit edictum. Grauioribus autem hunc rebellem qui in contumeliā publicam venit: exhibete tormētis. Animositati enim eius hi deo inferenda supplicia esse maiora. Applicate ergo vincentium ad equuleum: membris distendite: & toto corpore dissipate. Hanc penam ante ipsa tormēta sustineat. Tu autem. Rx. Christi miles gloriosus leuita vincentius: vt tribunal sponte rogum conscendit intrepidus. Cuius salis crepitantis per corp⁹ minutie Sparsim ibāt, atqꝫ prune vernabantur sanguine. Vs. Inter hec manet immotus ille dei famulus, orans christū in sublime erectis luminib⁹. Cuius salis. Gloria patri et filio: & spiritui sctō. Sparsim.

4

5

6

In tertio nocturno an. Beatus Vincentius cuius mens conscia erat corone, dixit daciano: hactenus a te habitus sermo de neganda fide perorauit. ps. In domino confido. an. Nepharium tamen apud christianorum prudentiam esse cognoscere: deitatis cultum abnegando blasphemare. ps. Domine quis habi. an. Profitemur enim christiane religionis nos esse cultores: ac vniuersi dei permanentis in secula famulos et testes. ps. Domine in vir. V. Iust9 vt pal. Lec. 7

Inter hec Dacian9 preses dixit. Quid dicis o vincenti: vel vbi conspicis tuum iam miserabile corp9? At ille presentia dei roborat9: alacri vultu respondit. Hoc est quod semper optaui: hoc est quod votis omnibus exquisiui. Nemo mihi amicitior nemo familiarior vnq fuit. Tu sol9 maxime votis meis concordas. R. Beatus athleta vincentius horrendo clausus ergastulo carceris: psalmum deo et hymnū angelorū frequentia roboratus let9 dicebat. Quorū vallatus caterua venerando fouebatur obsequio: et mulcebatur alloquio V. Dātur ergo laudes deo altissimo: et resonāte organo angelice vocis modulata suauitas procul diffunditur. Quorum vallatus. Lectio octaua.

Tunc truculentus minister proferri lectum cum ferratis iusserat costis: et addita super carbonum congerie, exurendum dei martyrem applicari. Intrepidus itaq dei athleta candentis ferri machinam vltro conscendit. Sanctus ergo dei torquetur, flagellatur, exuritur: et distensis mēbris crescit ad penā. Et inter hec manet dei seruus immot9: et erectis in celum luminibus dominum precabatur. R. Agnosce o vincenti inuictissime: p cuius nomine fideliter decertasti. Ipse tibi coronam preparatam seruat in celis: qui te fecit victorem in penis. V. Esto igitur iam secur9 de premio, quia mox deposito onere carnis: nostro eris addendus collegio. Ipse tibi coronam prepa. Lectio nona.

Videns itaq dacianus q eum superare non posset, iussit eum in lecto molliori reponi: vt mēbra penis attrita refoueat, et iterum nouis et exquisitis supplicijs innouat9 ipse subdatur. Verum daciano inaniter tractante de supplicio: christ9 clemēter disposuit de premio. Delatus nāq martyr dei ad lectulum: mox preciosam resolutus in mortē celo spiritū reddidit. Tu R. Preciosus martyr vincētius iussu tyranni ad lectum defertur: nouis denuo supplicijs subdendus. Mox ergo christi testis inuictus in stratu mollitie repositus: preciosam in mortem resolutus reddidit celo spiritum. V. Daciano frustra cogitāte de supplicio, ve-

nignus deus pie disponit de premio. Mox ergo. Gloria patri. Mox. V. Ora pro nobis.

In laudibus. Antiphona.

1 Assumptus ex equuleo levita vincentius, atque ad patibulum raptus: moras carnificum arguendo ad penam alacriter properabat. Ps. Dominus regnauit decorem. an. Intrepidus itaque candentis ferri machinam vltro conscendens, ac manens immotus: erectis in celum luminibus dominum precabatur. Ps. Jubilate deo omnis terra. an. Hinc horrendo carceris clausus ergastulo, dei athleta angelorum venerando fouebatur obsequio: et mulcebatur alloquio. Ps. Deus deus meus. an. Agnosce o vincenti inuictissime: quia pro cuius nomine fideliter decertasti ipse tibi coronam preparatam seruat in celestibus. Ps. Benedicite omnia opera domini domino. an. Dantur ergo laudes deo altissimo: et resonante organo angelice vocis modulata suauitas procul diffunditur. Ps. Laudate dominum. Cpm. de com̄i vnius martyris. Hymnus.

Christi miles gloriosus leuita vincentius: vt tribunal sponte rogum conscendit intrepidus: cuius salis crepitantis per corpus minutie. Passim ibant, atque prune vernabantur sanguine: inter hec manet immotus ille dei famulus orans christum, in sublime erectis luminibus. Gloria et honor deo. Versus. Justus germinabit. an. Egregius martyr dei vincentius diris tormentorum suppliciis pro christo alacriter superatis: ac felicis pugne agone constanter expleto: tandem preciosam resolutus in mortem, celo triumphans spiritum reddidit. Ps. Benedictus. Oratio Adesto domine. Memo. de sancta maria. Ad primam an. Assumptus ex. Ps. Deus in nomine. Ad tertiam an. Intrepidus. Ps. Legem pone. Cap. R. et V. de com̄i vnius mart. ad omnes hor. dicitur cum oratione predic. Ad sextam an. Hinc horrendo. Ps. Defecit. Ad nonam an. Dantur ergo. Ps. Mirabilia. Ad secundas vesperas an. Assumptus. psalmi fer. ca. hymnus de communi vnius mart. Hymnus. Christi miles. V. Justus germinabit. an. Beatus vincentius applicatis tormentis alacri vultu dei presentia roboratus dixit: hoc est quod semper optaui et votis omnibus exquisiui. Ps. Magnificat. Oratio. Adesto domine supplicationibus. Memoria de sancta maria.

In conuersione sancti pauli. Ad vesperas super psal. an. Lux de celo circumfulsit saulum: et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi, Saule, saule quid me persequeris? qui dixit, quisnam es domine? ego sum Jesus nazarenus quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare. psalmi fer. Capitulum.

Actuū. 9. A

Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: cum iter faceret cōtigit ut appropinquaret damasco: et subito circunfulsit eum lux de celo. ℟. Sācte paule. ℣sus. Ut digni efficiamur. Hymnus.

Doctor egregie Paule mores instrue: et mēte polum nos transferre satage: donec perfectū largiatur plenius, euacuato quod ex parte gerimus.

Annue christe. ℣. In omnē. ān. Elegit dominus virum de plebe: et claritatem visionis eterne dedit illi: celebremus conuersionem sancti pauli apostoli. ps. Magnificat. Orō.

Deus q̄ uniuersum mūdum beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus ut qui eius hodie conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nr̄m.

Memoria de sancto preiecto martyre ān. Hic est vere martyr. ℣sus. Gloria et honore coronasti eum. Oratio.

Martyris tui p̄iecti nos quesumus domine interuentio gloriosa commendet: ut quod nostris meritis non valemus, eius precibus consequamur. Per christum dominum nostrum.

Memoria de sancta maria. Si hoc fest. in aliqua dn̄ica ante lxx. contige totum seruitium fiat de festo et fiat mēo. in primis de sancto preiecto marty. deide de do. et postea de s. ma.

¶ Ad matutī. Inuitat. Laudemus iesum christum. In cōuersione pauli apostoli. ps. Venite. Hy. Doctor egregie Annue christe. ¶ In p̄mo noc. ān. Saulus adhuc spirās minarum et cedis in discipulos domini, abiit ad principem sacerdotum: et petiit illū ut ubicunq; inueniret huius vie viros, vinctos perduceret hierusalē. ps. Celi enarrant gloriam dei. Finito ps̄o statim incipiatur ℣sus. Paternarum. a cantore et percantetur a choro anteq̄ inchoetur ā. post ps̄. quod per totum annum obseruetur in versibus aīarū cantan. ad matu. vel ad laud. ℣. Paternarum traditionū amplius emulator existens. aña Ibat igitur saulus furia inuectus: dirumq; toto pectore virus efflabat: et sanctorū sanguinem sine intermissione sitiebat. ps. Benedicam. ℣sus. Per totam iudeam insania ferebatur: ut christi membra laniaret in terris. ān. Et subito circunfulsit eum lux de celo: et cecidit in terram: nihilq; videbat. ps. Eructauit cor meum. ℣. Audiuit autem vocem dicētem sibi: saule, saule, quid me persequeris? ℣s. In omnem terram. Lectio prima.



Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini. Presens lectio actuum aposto-

lorū pronunciat fratres charissimi : quomodo apostolus. Paulus (cuius singularē hodie festiuitatem colimus) seuissimus persecutor christi ecclesiarum, predicator & doctor factus est christianorum. R. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini, Abiit ad principem sacerdotum: et petiit illum vt vbicunq̄ inueniret huius vie viros, vinctos perduceret hierusalem. V. Ibat igitur saulus furia inuectus: dirumque toto pectore virus efflabat. Abiit ad principem. Lectō. ij.

Christus enim occidit in eo seuitiam : et reuiuiscere fecit in eo mansuetudinem veram. Impleta est in eo prophetia beati patriarche iacob: qui cū benediceret filium suū. Beniamin ait. Beniamin lupus rapax mane comedet predam: & vespere diuidet spolia. R. Ibat igitur saulus furia inuectus : dirumq̄ toto pectore virus efflabat. Et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat. V. Per totam iudeā insania ferebatur vt christi mēbra laniaret in terris. Et sanctorum. Lectio tertia.

Qui enim nunc paulus post cōuersionem dictus est: antea cum in impietate persisteret, saulus vocabatur. Quia enim cum mutauit opera: commutauit et nomen. Erat de tribu beniamin: eratq̄ lup⁹ mane: id est prius persecutor christianorū: vespere (id est postea) per christi gratiam commutatus. Diuisit spolia: id est mirifice euangelica sacramenta cōmunicauit. Rē. A christo de celo vocatus et in terrā prostratus ex persecutore effect⁹ est vas electionis: & pl⁹ omnibus laborans multo latius inter omnes verbi gratiam seminauit. Atq̄ doctrinam euāgelicam Sua predicatione compleuit. V. Inter apostolos vocatione nouissimus, predicatione prim⁹: nomen christi multarum manifestauit gentium populis. Atque doctrinam. Gloria. Sua.

¶ In secundo nocturno. ān. Saule saule quid me persequeris? quis es domine? ego sum iesus quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare. ps. Omnes gentes. V. Circumfulsit eum lux de celo et audiuit vocem dicentem sibi. ān. Saulus autem tremens ac stupens dixit ad iesum: domine quid me vis facere, ait autem dominus ad eum: surge et ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. ps. Exaudi de⁹ deprecationem. Psus. Viri autem illi qui comitabantur cū eo stabant stupefacti. ān. A christo de celo vocatus et in terram prostratus: ex persecutore effect⁹ est vas electiōis. ps. Exaudi deus orationē. V. Prostratus est seuissim⁹ persecutor: sed erectus est fidelissimus predicator. V. Constitues eos pricipes. Lectio. iiij.

Audiamus eum mane comedentem predā. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: petiit et accepit epistolas a principibus sacerdotum in damascum (ubi iam magna pars fidelium erat) ut quoscunque inueniret huius uie uiros ac mulieres in christum credentes uinctos perduceret in hierusalem ad martyrium

4 R. Uade anania et quere saulum quia uas electionis est mihi. Ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israel. V. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eū pro nomine meo pati. Ut portet nomen meum. Lectio. v.

Et dum iter faceret: cōtigit ut appropinquaret damasco Et subito circunfulsit eū lux de celo: et cadens in terrā audiuit vocē dicentē sibi. Saule saule: quid me persequeris? Et ille. Quis es tu domine? Et dominus ad eū. Ego sum iesus nazarenus: quem tu persequeris in fidelibus. Sed surge et ingredere ciuitatem: et tibi dicetur quid te oporteat facere. Tu autem domine R.

5 Ingressus paulus in synagogas: Predicabat iesum iudeis: affirmans quia hic est christus. Versus. Stupebāt autem omnes qui eū audiebāt. Predicabat. Lectio sexta.

Ananias quidam discipulus domini erat damasci: cui dixit dominus. Surge et uade in uicum qui dicitur rectus: et quere saulum et accede ad eum: et signa eum charactere meo. Multa enī patietur pro nomine meo. Uenit ergo ananias et baptizauit saulum impium: et fecit nobis paulum predicatorem pium. Baptizauit lupum: et fecit agnum. Posteaque cepimus eum habere predicatorem: quem habuimus ante persecutorem. Tu autem R.

6 Magnus sanctus paulus uas electionis uere digne est glorificandus. Qui et meruit thronum duodecimum possidere. Versus. A christo de celo uocatus et in terrā prostratus: ex persecutore effectus est uas electionis. Qui et meruit. Gloria patri. Qui.

¶ In tertio nocturno. ān. Uiri autem qui comitabātur cū eo stabant stupefacti: audientes quidem uocem: sed neminem uidentes. Ps. Confitebimur. V. Saulus autē cadens in terram apertisque oculis nihil uidebat. ān. Ad manus autem illum trahentes introduxerunt damascum: et erat tribus diebus non uidens et nō manducauit neque bibit. Ps. Dominus regnauit exultet. Versus. Surrexit autem saulus de terra: apertisque oculis nihil uidebat. ān. Uade anania et quere saulū, ecce enim orat, quia uas electionis est mihi: ut portet nomen meum corā gentibus et regibus et filiis israel. Ps. Dominus regnauit irascantur. Versus. Dixit autem dominus in uisu ananie.

Versus. Nimis honorati sunt.

Euangelium Secundum Mattheum.

Cap. xix. D

In illo tempore. Dixit simon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homelia beati hieronymi presbyteri. Lectio septima.

Grandis fiducia. Petrus piscator erat, diues nō fuerat, cibos manu et arte querebat: et tamen loquitur confidenter. Ecce nos reliquimus omnia Omnia enim reliquit: qui voluntatem habendi deseruit. Sed quia non sufficit tantū relinquere: iungit quod perfectum est. Et secuti sum⁹ te. Tu autem domine. Rx. Tu es vas electionis sancte paule apostole: predicator veritatis in vniuerso mundo. Per quem omnes gentes cognouerunt gratiam dei. V. Intercede pro nobis ad deum qui te elegit. Per quem omnes gentes cognouerunt. Lectio. viij

7

Fecim⁹ quod iussisti: quid ergo dabis vobis premij? Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit fili⁹ hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel. Rx. Sancte paule apostole predicator veritatis et doctor gentium, Intercede pro nobis ad deum qui te elegit. Vl⁹. Vt digni efficiamur gratia dei. Interce. Lectio. ix.

8

Non dixit, qui reliquistis omnia, hoc enim et socrates fecit philosophus: et multi alij qui diuitias contempserūt. Sed qui secuti estis me: quod proprie apostolorū est atque credentium. In regeneratione cum sederit filius hominis i sede maiestatis sue quando ex mortuis de corruptione resurgent incorrupti: sedebitis et vos in solijs iudicantium, condemnantes duodecim tribus israel: quia vobis credentibus illi credere noluerunt. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomē meū centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Rx. Celebremus conuersionem sancti pauli apostoli. Quia hodie ex persecutore effect⁹ est vas electionis. V. Gaudent angeli et exultent archāgeli: et collaudant in celis filium dei. Quia hodie ex persecutore effectus est vas electionis. Gloria patri et filio. Quia hodie.

9

Versus. Dedisti hereditatem. Rx. Timentibus nomen tuū.

In laudibus Antiphona.

Saulus qui et paulus: magnus predicator a deo confortatus conualescebat et cōfundebat iudeos. Psalmus. Dominus regnauit. Versus. Ostendens quia hic est christus filius dei viui. Antiphona. Saule frater, domin⁹

1

2

misit me iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas et implearis spiritu sancto. ps. Jubilate. Ant. Et abiit ananias: et introiuit in domum: et imponens ei manum dixit. an. Sub manu cōtinuo ananie ceciderūt squāme ab oculis eius: & surgens baptizatus est: et accipiēs cibū confortatus est. ps. De9 de9. Ant. Fuit autem cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot. an. Prostratus est seuissimus persecutor: sed erectus est fidelissimus predicator: quos domine verbis edocet de te, meritis ducat ad te. ps. Benedicite. Ant. Inter apostolos vocatione nouissimus: predicatione primus. ā. Ingressus paulus in synagogas predicabat iudeis iesum, affirmans quia hic est christ9 ps. Laudate. Ant. Stupebant autē omnes qui eū audiebāt. Cap. Saulus adhuc. Hymn9. Exultet ce. Ant. Annunciauerunt. ān. Celebremus conuersionem sancti pauli apostoli: quia hodie ex persecutore effectus est vas electionis: ideo gaudent angeli atq; letantur archāgeli & collaudant in celis filium dei. ps. Benedict9. Oratio. De9 qui vni. Memoria de sancto preterito mar. ā. Nisi gra. Ant. Justus ger. Oro. Martyris tui. Mēo. de. s. ma.

3

4

5

¶ Ad primam ān. Saul9 qui. ps. De9 in nomine. Et dicantur añe super hor. absq; Ant. ā. Te iure. ps. Quicunq; vult.

¶ Ad tertiam ān. Saule frater. ps. Legem pone. Cap. Saulus adhuc. R. & Ant. de cōmuni apostolorum ad omnes hor. dñr cum orone hui9 diei.

¶ Ad sextam. ān. Sub ma. ps. Defecit. Capitulum.

Vade anania & quere saulum quoniam vas electionis mihi est iste: vt portet nomen meum coram gentib9 et regibus et filiis israel.

Actuū. 9 C

¶ Ad nonam ān. Ingressus. ps. Mirabilia. Capitulum.

Et abiit ananias & introiuit in domū: & imponens ei manum dixit: saule frater, dominus misit me iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas & impleatis spiritu sancto.

Vbi. s.

¶ Ad vesperas. ā. Saul9 qui. ps Dixit dominus. et ceteri psalmi de apostolis. Cap. Saulus adhuc. Hy9. Exultet ce. Ant. Annunciauerunt. ān. Cum autem cōplacuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee et vocauit per gratiam suā vt reuelaret in me filium suum in gentibus cōtinuo non acquieui carni & sanguini: sed abii ad antecessores meos apostolos. ps. Magnificat. Oratio. Deus qui vniuersū.

¶ Sācti Juliani epi & cōfessoris tres lcōnes fiant. Cap. Ecce sacerdos magnus. Oro.

Deus qui ecclesie tue beatū iulianū mirabilē tribuisti doctorē: cōcede ꝑpiti9 vt hūc apd te piū semp mereamur habere intercessorē p do.

¶ Ad matutinas Inuitatorium dup. Lectio prima.



Beatus Julian⁹ romana generositate, clarissim⁹: lingua facūd⁹, iustitia insignis: merito fidei per celebris. Primus apostol⁹ cenomanice vrbis est a deo destinat⁹. Le.ij.

Hic igitur vir dei cū ad vrbē hanc accessisset intrepidus: et nouitas sancte predicationis multis incredulis verteretur in scandalum: nonnullis habebatur in derisum: sed miraculorum potentia reddebat attonitos: quos ad audiendam veritatis viam veternus et innatus error effecerat fastidiosos. Lectio tercia.

Per manus vero reuerendi pontificis tantas operabatur christus virtutes: vt verbo demones effugaret: leprosos mundaret: cunctisqz languentibus opem crucis medicamine largiretur. Cetera omnia de communi vnius confessoris et pontificis. Si hoc festū in die dominica cōtigerit, nihil inde fiat nisi tantum memoria siue ante .lxx. euenerit siue non. Si quauis alia feria infra .lxx. hoc festū euenerit fiant matu. cum noctur. et inuita. simplici. et hoc in omnib⁹ festis .iij. l. que infra .lxx extra sabb. euene. obseruetur.

¶ Sancte agnetis secundo. Ad vesperas ãie et ps fe. Cap. Domine deus meus. Hymn⁹ Virginis proles. totus hy⁹ dicatur. Vsus Diffusa est gratia. ān. Beata agnes. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solennitate letificas: da vt quam veneramur officio, etiā pie conuersationis sequamur exemplo. Per dominum no.

Memoria de sancta maria et de omnibus sanctis. Si hoc fest. in sab. contige. nihil fiat de fes. nisi tantū memoria. Si vero in aliqua do. ante .lxx. euene. tunc fiant meō. l. de virgine. Si aūt in dominica .lxx vel .lx. vel .l. hoc fes. euenerit tunc fiat tantum de virgine memoria tam ad primas ves. et ad matu. qp ad missam. Idē modus seruetur in omnib⁹ festis .iij. lec. ab hac die vsqz ad quartā feriā i capite ieiunij.

¶ Ad matu. de sancta agnete inuita. dup. hy⁹ ān. ps et V. sicut in alio festo dicūtur. Tamen si infra .lxx. hoc festum contigerit, tūc erit inuita. simplex: scilicet Regem virginū. ps. Venite exulte. Hymnus. Virginis proles. tot⁹ hymn⁹ dicatur antiphone et psalmi de noctur. illius ferie. V. Diffusa est gratia. Lectio prima.



Christi virgines solā virginē matrem luminum, subsequātur. Huius pedissequa agnes beatissima magnum, de se pudicitie

excitauit exemplum: cum vir ginitatem pretulit vite: omnemq3 a se amorē terrenū propter amorē celestē expellens, tropheum crucis christi arripuit. ℞. Diem festū. Lc⁹. ij.

Hec namq3 virgo pudica tā contra libidines q̄ etiam vniuersa supplicia pos⁹ fide armata q̄ ferro: fortiter dimicat et vincit. Aspicit deniq3 blandientem, et renuit minantem iudicem: nescit aliquid amare quod transit. ℞. Omnipotens adorande. Lectio tertia.

Non autem de elegātia corporis humani placere studebat: quia de feditate aīe domino displicere timebat. Discite virgines christi normā puellaris exempli: et oblata sub specie pietatis munuscula virorum tota intentione respuite: et quasi rabidi canis morsus cum omni gaudio recusare. ℞. Stat a dextris. Ꝟs. Specie tua. In lau. hec sola. āntiphona Ingressa agnes. ps. Dominus regnauit. Cpīm. Domine deus meus. hy⁹. et ꝟ. de cōmuni vnius virgi. et mar. ān. Congaudete. ps. Benedic⁹. require hanc ān. in alio festo: que est. v. ān. super laud. Orō Deus qui nos. Memoria de s. maria et de omnib⁹ sanctis.

¶ Ad primam. aña Ingressa agnes. ps. Deus in nomine.

¶ Ad tertiā et ad alias horas omnia fiāt sicut in alio festo: cū oratiōe hui⁹ diei, p̄ter cp̄.

¶ Sācte batildis regine. cp̄. Qui gloriatur. Cetera omnia de communi vnius virginis non mar. cum ista Oratione.

Beate batildis natalitia veneranda domine quesumus ecclesia tua deuota suscipiat: et fiat magne glorificationis amore deuotior: et tāte fidei proficiat exēplo. Per d.

Ad matu. inuita. simpl. iij. lc. de communi vnius virg. nō mar. cum orō. supradi. sed iij. ℞m. erit Regnum mundi.

¶ Sctē brigide vir. nō mar.

Cp. Qui gloriatur iij. lc. Orō

Sancte brigide virginis tue domine quesumus precatio tibi grata nos adiuuet: et tuā nobis indulgentiā poscere nō desistat. Per. lc j.



Sancta itaq3 brigida quam de⁹ prescriuit ad suā imaginem: et predestinauit de bona ac prudentissima prosapia scotica orta: patreq3 duphoco, et matre broca genita: a pueritia sua bonarum rerum studiis inoleuit. Electa enim a deo puella morib⁹ sobrietatis ac pudicitie plena: in meliora semper crescebat. Lectio secunda.

Transmissa a matre vt de lacte vaccarum sicut alie femine butyrum congregaret, totum pauperib⁹ erogauit. Et cum cetere fructum vaccarum collectum redidissent: ipsa flāma dei accensa ad dominum se conuertit. Deus autem pro sua virgine butyrū restituit affluenter. Lectio tertia.

Denique cum parentes eius eam desponsare volebant, ipsa castitatem elegit: et coram sctissimo episcopo votū emittens fundamentum ligneum quo altare fulciebatur manu tetigit: quod lignum in commemorationem pristine virtutis usque ad presens temp9 viride ac si non esset excisum et decorticatū: sed in radicibus suis virescit, et languidos curat usque in hodiernum diem. Cetera de coi vni9 vir. nō mr.

¶ In purificatione beate marie virginis. Ad. j. vespe. ān. O admirabile. ps. Dixit do. ān Quando natus. ps Cōfitebor. an Rubum quem. ps. Beatus vir. an Germinauit. ps De profundis. an Magnū hereditatis mysteriū: tēplum dei factus est uterus nesciēs virū: nō est pollut9 ex ea carnem assumens: omnes gētes venient dicentes: gloria tibi domine. ps. Memento. Capm.

Mala. 3 A

Ecce ego mitto angelum meum qui preparabit viam ante faciem meā: et statim veniet ad templum sanctum suum dominator dominus quem vos queritis: et angelus testamenti quem vos vultis. ℟ Videre miraculum matris domini: concepit virgo virilis ignara consortij. Stans onerata nobili onere maria. Et matrem se letam cognoscit que se nescit uxorem. ℣ Hec speciosum forma pre filiis hominum castis concepit visceribus: et benedicta in eternum deum nobis protulit et hominem. Stans onerata. Gloria. Et matrem. Hymn9.

Quod chorus vatū venerād9 olim, spiritu sancto cecinit repletus: in dei factū genitrice cōstat esse maria

Hec deum celi dominumque terre virgo concepit peperitque virgo: atque post partū meruit manere inuiolata.

Quem senex iust9 simeon in vlnis, in domo sumpsit domini gauisus: ob quod optatū meruit videre lumine christū

Tu libens votis petimus precantum regis eterni genitrix faueto, claraque celsi renitens olympi regna petisti.

Sit deo nostro decus et potestas, sit salus perpes, sit honor perennis: qui summa celi residet in arce trinus et vnus Amen. ℣ Responsum accepit simeon a spiritu sancto. ℟ Non visurum se mortem nisi prius videret christū dominū. an Homo erat in hierusalem cui nomen simeon: iste homo iustus et timoratus expectabat redēptionem israel: et spiritus sanctus erat in eo. ps. Magnificat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem dominum nostrum iesum christū filiū.

Ad completoriū an. Virgo verbo concepit, virgo permā sit, virgo peperit regem omnium regum. ps. Cum inuocarem. Ca̅pm. Tu in nobis. hymnus. Saluator mūdi. ℣. Custodi nos. an. Glorificam⁹ te dei genitrix: quia ex te natus est christus, salua omnes qui te glorificant. ps. Nunc dimittis. Hec ā dicatur super ps. Nunc dimittis. in omnibus festis et per octa. beate marie et in commemoratione eiusdem per totum annū nisi in aduen. domini et in annunciā. et etiam in tempore pascha. Ad matu. Inuitatorium. Ecce venit ad templum sanctum suum dominator dominus. Gaude et letare sion occurrens deo tuo.

ps. Venite. Hy⁹. Quē terra. In. j. noct. an. Specialis virgo inter agmina virginū gaude munere magnifico: que sola regem regum ferre maria digna fuisti casta intra viscera: quo minoratus paulu lū ab angelis est deitate qui patri consimilis. ps. Domine dominus noster. an. Celi reginam maria te iure fatemur ex cuius thalamo processit iustitie sol. ps. Celi enarrant. an. Virgo creatoris celorum mater et orbis: innocuis manibus mundo quoque corde beato rite dei pinguem meruisti scandere montem. ps. Domini est terra et plenitudo. Versus. Sancta dei genitrix. Lectio prima.



Exultēt virgines: quia virgo maria peperit christum. Nil in ea qđ vouit putent exterminādū: mā sit virgo post partū. Exultent vidue: infantem christum vidua anna cognouit. Exultēt coniugate: nasciturum christū elizabeth nupta prophetauit. Nullus grad⁹ pretermissus est: de quo non haberet testimonium salus omnium. Tu. ℟. Adorna thalamum tuum sion et suscipe regem christū. Quem virgo concepit, virgo peperit, virgo post partū quē genuit adorauit. ℣. Accipiēs simeon puerum in manibus, gratias agens benedixit dominum. Quem. Lectio secūda

Nunquid enim sole virgines ad regnū celorū perueniūt? Perueniūt et vidue. Sctā anna a virginitate sua vixerat cum viro suo septem annis. Quo defuncto vsque ad senilem etatem peruenerat: et in senectute sctā expectabat infantiam saluatoris: vt paruū videret annosa, paruum cognosceret anicula, intrantem in mundum saluatorem videret itura. ℟. Postq̄ impleti sunt dies purgationis eius secundū legē moysi tulerunt iesum in hierusalē: vt sisterēt eum domino: sicut scriptū est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino vocabitur. ℣. Obtulerunt pro eo

1

2

perisset filium immunda esset septem dieb9: et in octaua circuncideretur infantul9, nomē qz ei aptarent. Et vt darent hostiam solennē secundum q dictum est in lege dñi par turturum, aut duos pullos columbarū. Hec autem hostia pauperum erat. ℟ Suscipiens iesum in vlnas suas simeon exclamauit et dixit. Tu es vere lumen ad illuminationem gentium et gloriam plebis tue israel. ℣ Simeon in manibus infirmitatem accepit: sed maiestatem intus agnouit, et dixit. Tu es. Lectio nona.

Precepit quippe dñs in lege vt qui possent agnum pro filio vel filia, simul et turturē siue columbam offerrent. Qui vero non sufficerent ad offerendum agnū: duos iam turtures vel duos columbe pullos offerrent. Ergo dominus noster per omnia memor nostre salutis: non solum homo fieri cum deus esset: sed etiam cum diues esset, pauper fieri dignat9 est pro nobis: vt nos sua paupertate simul et humanitate diuitiarum et diuinitatis sue tribueret esse participes. ℟ Gaude maria virgo: cūctas hereses sola interemisti: que gabrielis archangeli dictis credidisti. Dum virgo deum et hominem genuisti. Et post partum virgo inuiolata permansisti. ℣ Gabrielem archangelum scimus diuinitus te esse affatum: vterum tuum de spiritu sancto credim9 impregnatum: erubescat iudeus infelix qui dicit Christum ex ioseph semine esse natum. Dum virgo. Gloria patri. Et post partum. ℣ Responsum accepit simeon a spiritu sancto. Nem. Non visurum se mortem nisi videret christum domini.

¶ In laudibus. Antiphona.

Simeon iustus et timoratus expectabat redemptionē israel: et spiritus sanct9 erat in eo. ps. Dñs regnauit. añ. Responsum accepit simeon a spū sancto nō visurum se mortem nisi videret dominum. ps. Iubilate. añ. Accipiēs simeon puerum in manibus, gratias agens benedixit dominum. ps. Deus deus meus. añ. Nunc dimittis domine seruum tuū in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. ps. Benedicite. añ. Viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum. ps. Laudate dominum de celis laudate. Capm. Ecce ego mitto. Hymnus. O gloriosa femina. ℣ Suscepim9 deus misericordiam tuam. ℟ In medio templi tui. añ. Senex puerum portabat: puer autem senem regebat: quem virgo peperit, et post partum virgo permansit: ipsum quem genuit adorauit. Psalmus. Benedictus. Oratio. Omnipotens sempiterne deus.

¶ Ad primam. Antiphona. Simeon iustus. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac. añ. Gratias tibi. Oriciuna

¶ Ad tertiam an. Responsum ps. Legem pone. Cap. Ecce ego mitto. R. Sancta dei genitrix virgo semper maria. V. Intercede pro nobis ad dominum deum nostrum. Virgo. Gloria Sancta. Vers. Post partum. Oratio. Omnipotens sempi.

¶ Ad sextam. an. Accipiens. ps. Defecit. Capitulum.

Malachie 3 A

Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum: et sedebit conflans et emundans argentum et purgabit filios levi. R. Post partum virgo. V. Speciosa facta. Oratio. Omnipotens sempiterne deus.

¶ Ad nonam an. Viderunt oculi. ps. Mirabilia. Capitulum

Ibidem

Et conflabit ea quasi aurum et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. R. Speciosa facta. Versus. Elegit eam. Oratio. Omnipotens sempiterne deus.

¶ Ad secundas vesperas an. Simeon. psalmi sicut ad primas vesperas. Cap. Ecce ego mitto. Hoc modo dicatur R. Gaude gaude gaude maria. Chorus prosequatur R. Vers. Gabrielem. Chorus. Dum virgo deum et hominem genuisti Et post partum virgo. Non dicatur ulterius: sed statim incipiatur prosa Inviolata in. Choro interim sedente et cantum prose respondente super hanc litteram A post unumquemque versum. Prosa.

Inviolata integra et casta es maria.
Que es effecta fulgida celi porta
O mater alma christi charissima
Suscipe laudum pia preconia
Nostra ut pura pectora sint et corpora.
Que nunc flagitant devota vorque et corda.
Tu da per precata dulcisona
Nobis perpetua frui vita.
O benigna: que sola inviolata permansisti. Gloria patri.
Et post partum. Deinde cantetur pro hymno Quod chorus sequentia Letabundus. Et hoc quando hoc festum in lxx. evenerit aliter non. Tamen si hoc festum infra lxx evenerit dicatur hymnus. Quod chorus. Et dein fine huius sequentie Amen.

Letabundus exultet fidelis chorus: alleluia.
Regem regum intacte profudit thorus: res miranda.
Angelus consilii natus est de virgine: sol de stella.
Sol occasum nesciens, stella semper rutilans: semper clara.
Sicut sydus radium, profert virgo filium pari forma.
Neque sydus radio, neque mater filio fit corrupta.
Cedrus alta libani, conformatur hysopo: valle nostra.
Verbum ens altissimi, corporari passum est: carne sumpta.
Esaias cecinit, sinagoga meminit: nunquam tamen desinit esse ceca.
Si non suis vatibus, credat vel gentilibus: sybillinis versibus hec predicta.

Infelix propera.
Crede vel vetera.
Ut damnaberis gens misera.
Quem docet littera
Natum considera.
Ipsum genuit puerpera.
Amen. ℣. Suscepimus de⁹. ℟.
Cum inducerent puerum Jesum parētes eius, accepit eū simeō in vlnas suas et benedixit deum dicens: nunc dimittis domine servum tuū in pace. ℣s. Magnificat. Oratio. Omnipotens sempiterne de⁹.
Nulla fiat mēo. de sctō blasio epō in audientia necessitate sto: licet ad has ves. facienda fuerit solennis memor. de do. lxx. lx vel. l. Si dnica lxx. hac die contige. totum fiat servi. de festo sine Alla. et Te deum et fiat solennis memor. de do. ad vtrasqz ves. et ad matut. et ad mis. et hy⁹ de lxx pee hebd. cantetur sez in. ij. v. et vj. fer. et nichil fiat de sanctis preter memo. ad ves. et ad matut. de sctā maria que precedat mēo. de sancto spiritu. Similiter fiat si hoc festum in do. lxx. contige. Si vero in dnica. l. hoc festū euenerit, histo. dnice similiter p hebd. dicatur. vez in ij. et vj. feria et sabbato, et tunc nihil fiat de sancto blasio epō, nisi tantum memo. ad matutin. de sancta maria, quo precedit memo. de sancto spū. Si vero hoc festum in proximo sabb. ante lxx. euene. servi de ves. de festo extunc et solen. mēo. de do. lxx. sed sine Alla.

Sancti Blasii epi et mart. Cpm Omnis pontifex. Oro.
Beatus martyr tu⁹ blasius dñe nobis misericordie tue imploret auxiliū: vt cuius festa celebram⁹, ei⁹ apud te patrocinia sentiam⁹. Per dominum nostrum.
Ad matut. tres lectiones. Inuita. dup. si hoc festum ante lxx. euenerit. Lectio prima.



Beatus blasi⁹ toto tempore vite sue mitis degebat purus: innocens: deū colēs, verax māsuet⁹: ab omni opere prauo se abstinens. Audientes igitur irreprehensibilem eius vitam hi qui in sebasta cappadocie ciuitate fideles existebant: elegerunt illum sibi in episcopū Ipse vero pergens ad montē qui vocatur arget: habitauit ibi in quadā speluncā: et currebant ad eū agrestes fere. Lc. ij.
Et si forte cōtigisset eas quocunqz dolore teneri quedā expectis tanquā intelligentes: ad eundē sanctum currebant in speluncam: et anteqz imponeret manus benedicens eis, nō recedebāt ab eo. In illis itaqz dieb⁹ iussit agricolaus preses cōgregari agrestes feras. Egredientes autem ferarum comprehensores, inuenerunt sanctū virum in spelunca orātem: et hoc nunciauerūt agricolao: qui iussit eum sibi presentari. Lectio tertia.
Presentatoqz dixit preses.

Blasi, sacrifica diis vel vis perire, Quod cum renuisset in ligno suspensus est. Depositusque de ligno, capite truncari iubetur. Tunc sanctus Blasius orauit, dicens. Deus exaudi me seruum tuum: vt si quis procidens adorauerit te memoriam habens mei: si spina vel os in gutture eius fuerit, vel si in infirmitates, tribulationem vel periculum inciderit: suscipe pero petitionem eius. Dixit dominus. Omnem petitionem tuam adimplebo. Quo facto mox spiculator caput eius cum duobus puerulis amputauit. Cetera de communi vnius martyris et ponti. cum oratione diei, et ceteris

¶ Sancte agathe virginis et martyris super ps. an. Hec est virgo prudens. ps. ferial. Cap. Confitebor tibi. ℟ Beata agatha. hy. Virginis proles. vs. Diffusa. an. Agatha virgo sacra nobili orta genere: gloriosam propter christum pertulit passionem. Psalmus Magnificat. Oratio.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti, concede propitius: vt qui beate Agathe martyris tue natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.

¶ Ad matutinas Inuitatorium Christum venerantes deum adoremus regem regum Qui in celis agathe palmam hodie dedit eternam. ps. Venite. hy. Virginis proles. ¶ In noct. an. Beata agatha quintiano interroganti respondit: ingenua sum et spectabilis genere vt omnis parentela mea testatur. ps. Domine dominus noster. an. Ancilla christi sum, ideo me ostendo seruilem personam. ps. Celi enarrant. an. Summa ingenuitas ista est in qua seruitus christi comprobatur. ps. Domini est terra. ℣. Diffusa est. ℟. Propterea. Lec. i.



Quintianus proconsul sicilie audiens sancte Agathe opinionem, fecit eam a suis apparitoribus conractari. Dedit itaque eam cuidam matrone nomine affrodisia: que habebat nouem filias turpissimas sicut fuerat et mater earum. Hoc autem fecit per triginta dies: vt blandiendo mutarent animum eius. ℟ Agatha letissime et gloriãter ibat ad carcerem Et quasi ad epulas inuitata agonem suum domino precibus commendabat. ℣ Nobilissimis orta natalibus ab ignobili gaudens trahebatur ad carcerem. Et quasi ad epulas. Lectio secunda.

Modo igitur promittendo leta: modo ingerendo aspera putabant se posse mentem sanctam a bono proposito reuocare. Quibus agatha dixit. Mens mea in christo solidata est et in christo fundata: ventis verborum vestrorum cadere non potest, ℟ m. Dum

ingrederetur beata Agatha in carcerem, dixit ad iudicem Impie crudelis et dire tyranne, non es confusus amputare in femina quod ipse in matre suxisti? Resp. Ego enim habeo mammillas meas integras intus in anima mea: quas ab infantia domino misericorditer consecraui. Impie crudelis et dire. Lectio tertia.

Videns hoc affrodisia dixit ad quintianum. Facilius possunt saxa molliri, et ferrum in plumbum conuerti: quam mens huius puelle ab intentione christiana reuocari. Iratus quintianus iussit eam ad secretarium suum adduci: qui dixit ei. Cuius conditionis es? Que ait. Non solum ingenua sum, sed et spectabilis genere: vt omnis parentela mea testatur. Resp. Beata agatha ingressa carcerem: expandit manus suas ad deum, et dixit: domine qui me fecisti vincere tormenta carnificum, Iube me domine ad tuam misericordiam peruenire. V. Domine qui me creasti et tulisti a me amorem huius seculi: qui corpus meum a pollutione liberasti. Iube me domine. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Iube me domine.

¶ In secundo nocturno Ant. Agatha sancta dixit: si feras mihi promittas: audito christi nomine mansuescunt. Ps. Eructauit cor meum. an. Si ignem adhibeas, rorem mihi salutiferum de celo angeli ministrabunt. Ps. Deus noster refugium. an. Si plagas et verbera ingesseris mihi: habeo intra me spiritum sanctum per quem vniuersa tua tormenta despiciam. Ps. Fundamenta eius in montibus. V. Specie tua. Lectio quarta.

Quintianus ait. Si ingenua es: quomodo te seruilem personam ostendis? Que ait. Summa ingenuitas ista est: in qua seruitus christi comprobatur. Quintianus ait. Vnum tibi elige: aut diuersas penas quasi stulta incurre: aut sapiens deos adora. Resp. Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea? ego sum apostolus christi, nihil in me dubites filia. Ipse me misit ad te: quem dilexisti mente et puro corde. Versus. Nam et ego apostolus eius sum, et noui medicinam. Ipse me misit. Lectio quinta.

Sancta virgo respondit Nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus attrectari: non potest anima mea in paradisum introire cum palma martyrij. Tunc proconsul iussit mammillam eius diu tortam abscindi. Que ait. Impie, crudelis, et dire tyranne: non es confusus hoc amputare in femina: quod ipse in matre suxisti? Respo. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui: sed habeo dominum meum Iesum christum. Qui solo sermone restaurat vniuersa. Versus. Et ipse me misit ad te: nam et

ego apostolus eius sum. Qui solo sermone. Lectio sexta.

Iratus quintianus iussit eam in carcerem iterum recludi. Media nocte venit ad eam quidam senex: qui se medicum asserebat, dicens. Noui quia mammilla tua sanitatem recipere poterit. Cui virgo. Medicinam carnalem nunquam corpori meo exhibui: et turpe est vt quod diu ab ineunte etate conseruaui, nunc perdam. ℟. Vidisti domine et spectasti agonem meum quomodo pugnaui in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principum: Iussa sum in mammillis torqueri. ℣. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Iussa sum. Gloria. Iussa.

In tertio noct. an. Nisi diligenter perfeceris corpus meum a carnificibus attrectari: non potest anima mea in paradisum domini cum palma introire martyrii. ps. Cantate. i. an. Vidisti domine agonem meum quomodo pugnaui in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principum, iussa sum in mammillis torqueri. ps. Dominus regnauit exultet. an. Propter fidem castitatis iussa sum suspendi in equuleo: adiuua me domine deus meus in tortura mammillarum mearum. ps. Cantate. ii. Versus. Adiuuabit.

Sine expositione. Lectio. vii.

Dicit illi senior. Quare non permittis vt curem te? Que dixit. Quia habeo saluatorem meum iesum christum: qui solo sermone restaurat omnia. Ad quam senior. Et ego apostolus eius sum: in nomine eius scias te esse sanandam. Et his dictis, euanuit senior. Virgo deo gratias agens: post quatuor dies adducta diis sacrificare iubetur. Que ait. Christo sacrifico: quem inuocare non cesso. ℟. Ipse me coronauit qui per apostolum petrum in custodia me confortauit: pro eo quod iussa sum suspendi in equuleo propter fidem castitatis. Adiuua me domine deus meus in tortura mammillarum mearum. Versus. Vidisti domine agonem meum quomodo pugnaui in stadio, sed quia nolui obedire mandatis principum: iussa sum in mammillis torqueri. Adiuua me domine deus. Lectio octaua.

Quintianus iratus: fecit sanctam virginem nudam super viuos carbones volutari. Et subito commoto loco pars parietis cecidit: et tota ciuitas terre motu agitata est. Quo viso: iudex seditionem populi commoti verens: iussit eam in carcerem recipi. Ipse autem per posternam secretarii fugit. ℟. Ego autem adiuta a domino: perseuerabo in confessione eius. Qui me saluam fecit, et consolatus est me. ℣. Gratias tibi ago domine iesu christe: qui misisti ad me apostolum tuum. Qui me saluam fecit. Lectio nona.

Sancta virgo dei in carcerem iterum ingressa:

grãs deo agẽs, coram multis cum ingenti voce spiritũ exhalauit. Ad cuius sepulcrũ venit puer quem sequebãtur plusquã centum pueri ornati ponens ad caput eius tabulã sic scriptam. Mentem sanctã: spontaneam: honorem deo: et patrie liberationem. Cuius breuicule sensus hic est. Hec virgo mentem sanctã habuit: spontaneam se obtulit: honorem deo exhibuit: et patrie liberationem promeruit. Post annum mons ethneus incendium eructauit: & sicut fluuiꝰ torrens ignis ciuitati prope rauit. Sed velo sepulchri virginis opposito, diuinitꝰ stetit ignis: meritis virginis gloriose. An. Gaudeamꝰ omnes in domino diem festum celebrantes: sub honore agathe martyris. De cuius passione gaudent angeli. Et gratulantur laudantes filium dei. ℣. Immaculatus dominus immaculatam sibi famulã (etiã in hoc fragili corpore positã) misericorditer cõsecrauit. De cuius passione gaudent angeli. Gloria. Et gra. ℣. Ora pro nobis beata agatha. Rem. Ut digni. ¶ In laudibus an. Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea? ego sum apostolꝰ christi, nihil in me dubites filia. ps. Dominꝰ regnauit. an. Medicinã carnalẽ corpori meo nũq̃ exhibui: sed habeo dominũ iesum christum qui solo sermone restaurat vniuersa. ps. Jubilate deo. an. Gratias tibi ago domine quia memor es mei, & misisti ad me apostolum tuum curare vulnera mea. ps. Deꝰ deus meus. an. Benedico te pater domini mei iesu christi: quia per apostolum tuũ mammillã meam pectori meo restituisti. ps. Benedicite omnia. an. Qui me dignatus est ab omni plaga curare: & mammillam meam meo pectori restituere ipsum inuoco deum viuum. ps. Laudate dominum de celis. ¶ hm. Confitebor tibi. hyꝰ. Jesu corona. ℣. Adducẽtur reg. an. Paganorũ multitudo fugiẽs ad sepulchrũ virginis, tulerunt velum eiꝰ contra ignem: vt cõprobaret dominus q̃ a periculis incendij meritis agathe martyris sue eos liberaret. ps. Benedictꝰ. oro. Deꝰ qui inter ce. ¶ Ad p. an. Quis es tu. ps. Deus in nomine. an. Te iure. ps. Quicunq̃. ¶ Ad iij. an. Medicinã. ps. Legem pone. Cap. Re. & ℣. vnius virginis & marty. dñr. ¶ Ad sextam. an. Gratias ago ps. Defecit. ¶ Ad nonam an. Qui me dignatus. ps. Mirabilia. ¶ Ad vesp. ps. fe. an. Quis es tu. cap. vts. hyꝰ. Jesu coro. ℣. Adducentur. an. Agatha letissime & gloriãter ibat ad carcerem: & quasi ad epulas, inuitata agonem suum domino precibus commendabat. ps. Magt. oro. Deus qui inter ce. ¶ Sanctorum vedasti et amandi episcoporum et confess. tres lectiones. Oratio.

Adesto dñe populo tuo rum sanctorum cõfessorum tuorũ atq; põtificum vedasti et amandi tibi patrocinio supplicanti: vt quod propria fiducia non presumit, intercessorum tibi placentium meritis consequatur. Per.

Ad matuti. inuit. simp. lc. j.



Mandus igitur sanctissimus in aquitanie partibus editus. multa loca oratiõis causa plustrãs, et iterum a roma secundo rediens: tandem ascẽsa naui ad centumcellensem peruenit. Quadam igitur nocte dum solus (vt illi mos erat) oraret: diabolus vnũ de famulis ei⁹ trahebat ad mare: vt eum demergeret. At ille clamabat. Christe adiuua me. Cui diabolus. Qualis christ⁹? Quo non respondente: ait sanctus amandus. Dic illi fili: christ⁹ filius dei viui crucifixus. Et statim euanuit inimic⁹. lc. ij.

Hic igitur cum multos conuertisset ad fidem: in fines remeauit francorum. Ibiq; cum fratribus suis cenobium construxit: et mulierem diu cecam visui restituens, eam fide instruxit. Multisq; clarus virtutibus: in domino obdormiuit.

Lectio tertia.

Sanct⁹ vir dei vedastus cũ fracie regem ludouicum post insperatam ab alemanis victoriam, fidei doctrina baptizasset: a sancto remigio episcopus ordinatus est. Missusq; attrebate ciuitati verbum dei predicare: mox in introitu ciuitatis cecum et claudum curauit. Rexit dei sacerdos ecclesiã christi (diuina auxiliante gratia) annis circiter quadraginta: et tandem plenus virtutibus obdormiuit in domino. Cetera de cõmuni plurimorum confessorum.

Sãcte scholastice virginis non martyris. Capitulum. Qui gloriatur. Oratio.

Deus qui beate scholastice virginis tue animam (ad ostendendam innocẽtie viã, in columbe specie celum penetrare fecisti, concede nobis ipsi⁹ meritis ita innocenter viuere, vt ad eadẽ gaudia mereamur peruenire. Per

Ad matuti. inuit. simp. lc. j.



Soror beati benedicti Scholastica nomine: deo dicata semel per annum ad eum venire consueuerat: ad quam vir dei non longe extra ianuam in possessionem monasterij descendebat. Quadam vero die ex more venit: atq; ad eam frater ei⁹ cũ discipulis descendit: multisq; de celestis vite gaudijs collocutis: ait Scholastica. Rogo te: ne me ista nocte deseras Cui ait. Extra cellam manere non possum. Lectio scda.

Cũq; illa verba fratris negantis audisset: super mẽsam deũ rogatura caput declina-

nit. Cum vero caput de mēsa levaret: tāta corruscationis et tonitrui virtus, tantaqȝ inundatio pluvie erupit: vt extra loci limen pedem movere nō posset. Qui dixit. Quid fecisti soror? Cui illa. Rogaui te: et noluisti audire me. Rogaui dominum meū: et audiuit me. Nunc ergo si potes, egredere: & me dimissa ad monasterium recede. Lectio tertia.

Post triduū benedict⁹ in cella sua consistens: vidit aiam eiusdem sororis sue de corpore egressam, in colūbe specie celi secreta penetrare. Qui tāte eius glorie cōgaudens ei⁹ obitū fratribus pronūciauit: atqȝ in sepulchro quod sibi ipsi parauerat eā sepeliri fecit. Vt quorum mens in deo vna fuit: eorum quoqȝ corpora nec sepultura separaret. Cetera de cōi vnius virginis nō mart.

¶ Sancti valētini martyris Capl'm. Iste sanctus. tres lectiones fiant. Oratio.

Presta q̄s omnipotens deus, vt qui beati valētini martyris tui natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus ei⁹ intercessione liberemur. Per dn̄m nostrum.

¶ Ad matu. Inuita. ymp. lc. i.



Audiens quidam scholasticus nomine craton: famam beati Valētini terranicēsis ciuitatis plurimos misit ad eum nobiles viros amicos suos: qui illum rogarent vt ad vrbem Romā venire dignaretur. Quē cum venientem hospitio recepisset craton: rogauit vt filium eius sanaret. Lectio secunda.

Valentinus ait. Crede dei filium verum deū esse Jesum christum: & in omnib⁹ renunciā simulachris: & videbis sanum filium tuum. Cum ergo post lōgam fidei disputationē cum vxore sua credere promisisset: valentin⁹ facta oratione filiū ei⁹ et sanū restituit. L. iij.

Tunc craton cum vxore & tota familia sua baptizat⁹ est. Indignati senatores valentinum virgis cesum: dijs sacrificare iusserunt. Qui cū iussa implere negasset: medio noctis silentio decollatus est. Cetera de cōi vnius martyris.

¶ Sancte Iuliane virginis & martyris tres lcōnes. Cap. Domine deus meus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui infirma mūdi eligis vt fortia queqȝ confundas: da nobis in festiuitate beate Juliane martyris tue congrua deuotione gaudere: vt & potentiam tuam in eius passione laudemus, & promissum nobis percipiamus auxilium. Per dominum nostrum. Ad matut. Inuitato. duplex ij ante lxx. euene. Lectio prima.



Tempore illo erat quidam senator nomine eleuticius: qui misit ad beatam Julianā sibi respō-

satam, volens nuptiarum implere solennitatem. Cui illa. Si adoraueris patrem & filium & spiritum sanctum: te accipiam in maritum. Quod si nolueris: quere tibi aliam vxorem Pater virginis hoc audiens: tradidit eam eidem cruciandam. Lectio secunda.

Ipse vero iussit eam & nuptiis & deorum culturis renuenciantem: per sex horas per capillos suspendi. Iussit etiam es conflari: et nudam a capite vsqꝫ ad talos perfundi. Quam cum et incendium minime nocuisset, iussit in carcerem recipi. Vbi cum diabolus ei in figura angelica appareret: ipsa quis esset agnoscens, eum et omnem dolum suum confiteri fecit: & in loco stercoris de carcere proiecit. Lectio tertia.

Cum virgo sancta in pretorium venisset: facies eius gloriosa quasi ignis fulgebat. Ad quam prefectus. Quis te tantas incantationes facere docuit? Cui virgo. Christus me docuit patrem et filium et spiritum sanctum colere. Iratus prefectus: iussit rotam ferream venire et illam superponi. Angelus autem domini descendit et comminuit argumenta: et vincula eius sunt soluta. Prefectus hoc videns: iussit eam gladio puniri. Itaqꝫ cum peruenisset ad locum vbi decollari iussa est: cum patientia tradidit animam domino deo. Cetera de communi vnius virginis & martyris.

In cathedra sancti petri apostoli. Ad ves. super ps. fer. an. Solue iubente deo terrarum petre catenas: qui facis vt pateant celestia regna beatis. ps. primi fer. Capitulum.

Petrus apostolus Iesu christi electis aduenis dispersionis ponti, galatie, cappadocie, asie & bythinie: secundum prescientiam dei patris in sanctificationem spiritus: in obedientiam & aspersionem sanguinis iesu christi: gratia vobis & pax multiplicetur. Re. Quodcunqꝫ ligaueris. Hy.

Iam bone pastor petre clemens accipe vota precantium: & peccati vincula resolue tibi potestate tradita: qua cunctis celum verbo claudis aperis. Annue christe. V. Tu es petrus. R. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. an. Tu es pastor ouium princeps apostolorum: tibi tradite sunt claues regni celorum. ps. Magt. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atqꝫ soluendi pontificium tradidisti: concede propitius vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis et regnas deus. Per.

Si hoc festum in .xl. euenerit fiat solẽ. memo. de ieiu. ad vtrasqꝫ vesperas & ad matuti. ¶ Ad matutinas inuitatorium Pastori summo iubilem⁹ cordi iocundo. Qui claues petro

j. Pet. i. a.

celorum contulit almo. V. Venite. Hymnus Iam bone pastor pe. Glus. Annue christe.
¶ In primo nocturno an. Pontificalis apex veneratur iure cathedre: quam primum meritis petrus conscendit herilis. ps. Beatus vir. a. Hic super ecclise positus fundamina petre moribus exornat: humilis quos vita reportat. ps. Quare fremuerunt gentes. a. Antiochena polis diuini luminis solis irradiata sacrum decus hoc colit omnis et orbis. ps. Domine quid multiplicati. V. Amauit. Lectio prima.



Nstitutio festiuitatis hodierne a senioribus nostris cathedre nomen accepit: ideo quod primus apostolus petrus hodie episcopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo ecclesia natalem sedis illius colit: quam apostolus pro eius salute suscepit, dicente ei domino. Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. R. Euge serue. Cetera R. ia de cõi hyst. vnius cõfessoris et põtif. excepto .ix. R. quod erit. Quodcunque ligaueris. Le. ij. Huius autem solennitatis religio sic ecclesiis introducta est. Cum enim pertransiret apostolus disseminans verbũ vite: et fundamentum iaciens ecclesie: cum appropinquaret antiochiã, cepit per nicenã et aquileiã tota ciuitas audireque petrus adueniret. Lec. tertia. Omnis autem populus antiochie ciuitatis occurrit ei nudis pedibus penitentiam agens eo quod contra predicationem eius cum simone mago consensissent. Obtulerunt que ei a demoniis fatigatorũ et diuersis languoribus vexatorum multitudinẽ copiosam.
¶ In secundo nocturno an. Huius amore deus seruorum terge reatus: vt tibi qui placuit placidos nos reddere possit. ps. Cum inuo. a. Pande tuis celos quos seruas magne sacerdos: ne tibi cõmissos inuadat pestifer agnos. V. Verba. An. Sydera scandit terrisque hec dona datur quos sibi delegit tibi christus petre subegit. ps. Domine dominus noster. Glus. Iustum deduxit dominus. Lectio quarta.
Videns autem petrus quod penitèrent de delicto commisso: ascendit in eminentiorem locum vbi sedem sibi parauerat, iubens omnẽ multitudinem languentium ante se poni. Dixitque eis. Nolite credere quod per me poteritis sanari: sed per eum qui de celo descendens ostendit credentibus sibi verã corporis ac anime medicinam. Lectio quinta.
Testem ergo habeat vox vestra omnem hanc plebẽ: quia ex toto corde creditis in dominum iesum christum: vt sciãt etiam per nos seipsos ab ipso posse saluari. Cumque infirmi constarẽtur hunc esse ve-

eum deum quem petrus annunciabat: tantam spirit⁹ sanctus gratie sue virtutem ostēdit: vt omnes languētes pro sua salute recepta simul cum ceteris omnibus deū celi glorificarent. Lectio sexta.

Nunc infra septem dies pl⁹ q̄ decem milia credentium baptizati sunt: et theophil⁹ qui erat sublimior in ciuitate, domum suā in ecclesiā cōsecrari fecit. In qua petro apostolo cōstituta est ab omni populo cathedra: ad gloriā trinitatis ¶ In tertio noctur. āā. Qui regni claues et curam gestat ouilis: presule quoq; pio vite renouatur origo. ps. Domine quis habitabit. ān. Hic celi terreq; petro committit habenas: vt reseret clausis, et soluat vincla ligatis. ps. Domine in virtute. Aña. Primus vocatione, maximus dignitate, apostolici culminis sedens petrus clauiger assecutus est qui christo ardēter obsequēs toto eum corde secutus est. ℣. Domini est terra. ℟. Iust⁹ vt palma. Secundum Mattheū.

Cap. 16 B

In illo tempore. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogauit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua. Homelia venerabilis bede pres. lc. vij.

Non autem quasi nesciens: sententiam de se vel ex discipulorum vel extraneorū cordibus dominus inquirit: sed ideo discipulos quid de se sentiant inquirit, vt cōfessionem recte fidei illorum digna mercede remuneret. Nā sicut interrogatis generaliter oib⁹ petrus respondit vnus pro omnibus: ita quod petro dominus respōdit, in petro omnibus respondit. Lctō. viij.

Ideo quid alij de se sentiāt inquirit: vt expositis primo sententijs errantium: discipuli probarentur veritatem sue confessionis non de opinione vulgata, sed de ipso percepisse dominice reuelationis archano. Quē (inquit) dicunt homines esse filiū hominis? Le. ix.

Pulchre homines appellat eos qui de filio hominis tantum loqui nouerant: qui diuinitatis eius arcana nesciebāt Nam qui diuinitatis ei⁹ mysteria capere norunt: merito supra homines esse dicuntur. Respōdens simon petrus, dixit. Tu es christus filius dei viui. Deum viuum appellat: ad distinctionē videlicet falsorum deorū: quos vario delusa errore gentilitas, vel de mortuis sibi hominibus instituit, vel maiore dementia de insensibili materia quos adoraret creauit. De quibus canitur in psalmo. Simulachra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. ℟. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum et in celis. Et quodcunque solueris super terram, Erit solutum et in celis. ℣. Tu es (inquit petrus) christ⁹ filius

dei viui: respondens domin⁹ ait: & ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meā. Et quodcunqȝ solueris. Gloria. Erit solutum. ℣. Exaltent eū in ecclesia plebis. ℟m. Et in cathedra seniorum laudēt eū. ¶ In laudibus. ān. Ecce sacerdos. ps. Domin⁹ regnauit. & cetere āe que sequuntur. Cap. Petrus apostolus. hy⁹. Jesu redemptor. ℣. Justus germinabit. ān. Quodcunqȝ ligaueris super terram erit ligatū & in celis: & quodcūqȝ solueris super terram, erit solutum & in celis: dicit dominus simoni petro. ps. Benedictus. Oratio. De⁹ qui beato petro. ¶ Ad primam aña. Ecce sacerdos. ps. Deus in nomine. aña. Te iure. ps. Quicunqȝ. ¶ Ad terciam aña Nō est inuentus. ps. Legem pone. Cap. Petr⁹ apostol⁹. ℟. & ℣. de cōmuni vnius confessoris & pōtificis ad omnes horas dicuntur: similiter & añe cum oratione de die. ¶ Ad sextam aña Fidelis seruus. ps. Defecit. Capitulum. Benedictionem. ¶ Ad nonam. aña. Serue bone. ps. Mirabilia. Capm. Cognouit eum dominus. ¶ Ad secundas vesperas. ān. Ecce sacerdos. psalmi feriales. Cap. Petrus apostolus. Hymn⁹. Jesu redēptor. ℣sus. Justus germinabit. aña. Iste est. ps. Magnificat. Oratio vt supra. ¶ Sācti Mathie apostoli ad vespe. antiphona. Estote fortes. ps. feriales. et finiatur in hoc festo tantum, sic. regnum eternum dicit dominus. Cap. Jam non estis hospites. ℟m. Qui sunt isti. Hymnus.

Mathia iuste duodeno solio residens sorte, nos a cunctis nexibus solue peccati vere lucis gaudijs, quo per fruamur tuis sanctis ſcib⁹. Nunc christe. ℣sus. In omnem terram exiuit sonus. ān. Beati eritis. ps. Magnificat anima. Oratio.

Deus qui beatum mathiam apostolorū tuorum collegio sociasti: tribue quesumus vt eius interuentione, tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum nostrū iesum. ¶ Si hoc festum ante quadragesimā euenerit dicitur cōple. sicut in festo sancte trinitatis. Si infra quadragesimā compl. nō mutetur. Ad matu. ix. lc. duplex fest. Lectio. j.



Dum preclara beati mathie apostoli festiuitas per anni cursus reuolutionem se representat: magnum gaudium nobis multiplicat. Hodie (iuxta vocem psalmiste) in pace factus est locus eius: et habitatio eius in syō: quia carnis ergastulo solutus susceptus est in celum.

Lectio secunda.

Denicȝ (vt apostolorum actuū edocēt scripta) postq̄ iudas suis sceleribus penā cōdi=

gnam se suspendendo susce=pit: ne apostoli in vndenarij imperfectione velut decalogi transgressores remanerēt: barsabam & mathiam eligentes in medio statuerunt: atqz fusa ad deum prece sortes super eos dederunt. Lectio tertia.

Legimus in veteri testamē to ionam prophetam (cū mallet fugere quam niniue subversionem predicare: ob maxime tempestatis periculum) sortis agitatione deprehēsum. Quod licet diuina dispensatione spectemus cōtigisse: nō tamen trahi debet in exemplū quod a viris gentilibus constat esse peractum. Lectio iiij.

Hec idcirco dilectissimi proferre dignū duximus: ne simpliciores quiqz exemplo apostolorum ac prophetarum putent deum hoc in tempore sortibus consulēdum. Mathias dei paruulus interpretatur. Dei paruul' intelligitur: humilis & quietus. Lectio v.

In eo impletum est quod dictum est de iuda per prophetā dauid. Fiat habitatio eius deserta: et episcopatum eius accipiat alter. Quē iste sanctus accipiens obediendo: decorauit euangelizādo. Le. vj.

Hodierne festiuitatis diem in huius sancti veneratione debita cum laude celebremus vt precibus eius et meritis apud deum inuenimur: qui in sanctis suis mirabilia operatur regnans per omnia secula

Secundum Mattheum.

Cap. 11. D

In illo tempore. Respondens iesus dixit. Confiteor tibi pater domine celi & terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et reliqua. Homelia beati augustini episcopi. Lectio septima.

Confessio non semper est vox peccatoris. Confitemur enim siue laudantes deum siue accusantes nosmetipsos. Pia est vtraque confessio. Qui confitetur viuit: et si peccator confitetur viuiqz a morte reuixit. Confiteor tibi pater quia abscondisti hec a sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Lectio octaua.

Qui sūt paruuli? Humiles. Qui sunt sapientes et prudentes? Superbi, irridentes, arrogantes, falso grandes. Dic te stultum: et sapiens eris. Sed dic et intus dic: quia sic est vt dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere: prorsus quod ad teipsum pertinet quod a natura tua tenebrosus es. Lectio nona.

Quid est enī aliud esse stultum: nisi esse tenebrosum in corde? Ita pater: quia sic fuit placitū ante te. His vero verbis exempla humilitatis accipimus: ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione aliorum ve repulsione presumamus. Cetera de communi vnius apostoli. Si vero hoc fest. in quarta feria in capite ieiunij eue. fest. differatur in crastinum licet fest.

toci fuerit. Cum autem bis- sext9 fuerit: fes. beati Mathie apo. stat. iiij. die a cathe. sancti petri. F littera bis numerata. Si hoc festum in sabbato proximo post diem cinerū contige. ibi celebretur: et secū- de ves. de isto fes. erunt et solē. memoria de dñica, cōple. vero quadragesime non mutentur.

¶ Sancti dauidis epi et confess. ix. lc. fiant omnia de cōi vnius confes. et pontifi. secundum picam Sar. Quis hic sequatur seruicium de proprio sancti dauid. ¶ Sancti dauidis epi et confes. Ad vesp. añ. Iustū deduxit dñs. ps. Ecce sacerdos. Ista. Miles christi. Hy9 Iste confessor. Añs. Amauit eum dñs. Añ. Gloriose presul dauid suscipe seruorum vota tuorum: et intercede pro nobis ad dominum. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatū confessorem tuum atq; pontificē angelo nūciante triginta annis antequam nasceretur predixisti: tribue nobis quesumus vt cuius festiuitatem colimus, et9 intercessione ad eterna gaudia perueniamus. Per dñm.

¶ Ad matuti. ix. lc. fiant. Le. j

Beatus patrici9 natione britannus romanis disciplinis eruditus: et virtutum meritis insignitus, Cū in italie partib9 diuturnam moram trahēs in natale britannie solum reuersus fuisset: domesticam postmodum petens prouinciā argulicam repedauit terrā: perlustransq; rosmam vallem intrauit. Lectio secunda.

Cui angelus apparens dixit. Hanc tibi sedem o patrici non prouidit deus: immo vni nondū nato, sed triginta annis posthac nascituro. Sic ergo vallis rosina dimittitur beato dauid nondum nato: sicut fuerat ab angelo nunciatum. Lectio tertia.

Beatus vero dauid nondū nat9 sed in vtero materno cōclusus: egregius predicator futurus diuinitus est ostensus. Cū enim quidā magister nomine gildas populū predicando informaret: et mater beati dauid pregnans ecclesiam intraret: gildas subito obmutuit, et vltra predicare non presumpsit. Lectio quarta.

Interrogatus autē a populo cur interrupta predicatione obmutuerat: respōdit. Ego cōmuni loquela vos alloqui potui: predicare autē non valui. Quia mulier que iam rogata exiuit ecclesiam: ad demonstrandā sue prolis excellentiam, dum vobis verbum dei proponerem monita celitus superueni. Lcō quinta.

Cum autē cōplerentur dies natiuitatis eius secūdum quod angelus predixerat: beat9 dauid ingenuis ortus natalibus, keretice prouincie principis filius fuit. Ipso igitur nato et in lucē emisso: diuina mi

racula minime defuerūt. Lectio. vi.

Nam cum baptizaretur abel vbeo menenensi episcopo redeunte de hybernia, ac tunc applicante in portu qui dicitur gleys: ad ipsius baptizandi ministeriū fons limpidissime aque emanauit: qui nūq̄ antea visus fuit. Lectio. vij.

Vir quidam grandeuus cecus a pueritia, defectū habēs in naso qui eius faciem non modicum deturpabat: puerū de fonte leuauerat. Quē cum adhuc in sinu suo teneret, intelligens infantis sanctitatē: accepit aquam in qua ter immersus fuerat: et aspersit ex ea faciem suam tribus vicibus: et statim lumen oculorū et faciei integritatem mirabiliter est adeptus. Lectio octaua.

Puer autem crescebat plenus spiritu sancto: litterarūq̄ addictus studijs super omnes coetaneos perspicacis ingenij velocitate proficiebat. Adeo namq̄ gratia perfusus erat: vt condiscipuli eius niueam columbam cū rostro aureo tanq̄ eum docentē se vidisse multotiēs testarētur. Lectio. ix.

Crebrescentibus igitur in eo meritis: vir sanctus ad sacros gradatim ordines prouectus, tandē pontificali dignitate est sublimatus. Sanctus vero dauid cum esset annorum fere cētum quadraginta septem: participato corpore et sanguine domini more christiano: animam sanctissimam suo reddidit creatori. Cetera oīa de cōi vnius cōfes. et pōti.

¶ In festo sancti cedde epi et confesso. ix. lc. fiant, omnia de cōi scdm ricam Sar. tamē secūdū vsum lichfeld. Ad ves. aā.

Germanorum quatuor vnus est beatus cedda, quorū quilibet erat consecratus. ps. Laudate pueri. an. Summo sacerdotio duo consecrantur: presulatu simplici duo venerantur ps. Laudate dn̄m oēs gentes an. His inerat numerus euangelistarum: per quos inde fieret horū opus sacrum. ps. Lauda anima mea dn̄m. an. Omnes euangelium christi predicarunt: et vepres a vineis eius extirparūt. ps. Laudate dn̄m qm̄. an. Cedda tantum ceteris erat preferendus: dignitate meriti maior et censendus. ps. Lauda hierusalem. Cā. Ecce sacerdos. Re. O pastor digne miseris concede benigne. Quē poscunt a te confessor cedda beate. V. Funde preces christo pro cetu iugiter isto. Quod. Gloria patri et filio: et spiritui sctō. Quod. Hy. Iste confessor. V. Amauit eum. ā. Sis pro nobis sancte cedda patronus ad dominum: vt nos regat et perducat ad celi palatium: vbi tecū et cum sanctis simus imperpetuum. ps. Magnificat. Vel ā. Pastor vigil gregis in medio sacri verbi munitur gladio: plātans mores expulso vitio quo presente grex est in gaudio: sed absente caret solatio, cui fauet vt pater filio. Oratio.

Deus qui sanctorum tuorum meritis ecclesiam toto orbe diffusam decorasti: presta quesumus: ut omnes qui eorum implorant auxilium, petitionis sue salutarem consequantur effectum. Per dominum nostrum Jesum christum.

¶ Ad matutinas Inuitatorium In qua vigent iugiter solennia Virgo mater iubilet ecclesia. ps. Venite exultemus. Hymnus Iste confessor domini. ¶ In primo nocturno an. Mundi calcans gloriam cedda: declinauit corporis lasciuiam, dum sese claustrauit. ps. Beatus vir. an. Jugo se supposuit christi quem dilexit qui tenendam docuit viam quam direxit. ps. Quare fremuerunt. An. Quem cum vite sanctitas ut lux se monstrauit: eborari ciuitas archipresulauit. ps. Domine quid multiplicati. vers. Amauit eum. Lectio prima.



Quia nimirum quorundam vita et conuersatio apud deum in celesti gloria eterna esse proculdubio dignoscitur ipsos et apud terrenos memoriter retinere ac venerari, dignum atque compendiosum non putatiue existimem. Tu autem. Resp. Hunc quem magnum reddit auctoritas, ceddam paruum facit humilitas. Cui nunquam deest benignitas. vers. Non attollit illum prosperitas: neque frangit queuis aduersitas. Cui nunquam deest. Lectio secunda.

Temporibus igitur nordanhymbrorum regis, fratris et in regnum successoris illius christianissimi regis osvualdi: vir dei cedda in lindiffarnensi insula in loco qui lestingay dicitur: in monasterio sancte marie monasticam vitam iuxta sanctorum patrum institutionem ducebat. Tu autem. Resp. Hic legati verbo paruerat: cedens sedi cui prefuerat Claustrum petit et non remurmurat. vers. Sed indignum fore se dixerat tanta cura quam pretenuerat. Claustrum petit et non. Lectio tertia.

Huius namque administrationis ecclesie a fratre suo cedda orientalium anglorum antistite dignissimo, et eiusdem monasterij rectore pijssimo: inibi de mundo transeunte curam susceperat. Resp. De quo deus ita disposuit merciorum quod inde prefuit Gregi, regens hunc sicut decuit. vers. Orans nocte de die docuit: per quem christi nomen innotuit. Gregi. Gloria patri. Gregi regens.

¶ In secundo noct. an. Hostes agni sanguine suos tunc liniuit: crucis memor domini carnem dum puniuit. ps. Cum inuocarem exaudiuit me deus. an. Pugnans contra vitia palmam acquisiuit: armis nudam ferreis carnem dum vestiuit. ps. Verba mea auribus percipe domine. an. Qui sic fontem frigidum orans introiuit: et non corpus calido bal-

neo nutriuit. ps. Domine dominus noster. V. Iustum deduxit dominus. &c. Lectio. iiij.

Hi vere siquidem quatuor germani fratres: cedda & sinibil & chelim & cedda. Et (quod raro inuenitur) omnes sacerdotes domini fuere preclari: & duo ex eis etiam summi sacerdotij gradu functi sunt. 4 Tu. R. Legem christi qui sic tenuerat: & tenendam fore docuerat. Vite finem scire meruerat. V. Hinc quiete certus transierat: qui celesti regi seruierat. Vite finem. Lectio. v.

Erat autem presbyter vocabulo cedda: frater reuerendissimi antistitis cedde cui⁹ superius meminimus: & abbas monasterij illius quod vocatur lestingay. 5 R. Postq̄ cedde lux preses clauditur: laus ipsi⁹ a plebe canitur. Hostes vincens hic non deuincitur. V. Vis vnguenti dum pixis frangitur: cunctis patet nec plus abscōditur. Hostes. L. vj.

Misitq3 rex cū eo presbyterū summo vocabulo eadheder: q̄ postea regnāte efrido ecclesie presul factus est. Verum illi cantiam peruenientes, inuenerūt archiepiscopū, quē de⁹ dedit tam migrasse de seculo: & alium pro eo cōstitutū fuisse pontificem. 6 Tu. R. Occurrentes ad eum languidi: mox curantur & epileutici. Surdi, ceci, & paralytici. V. Claudi, curui, leprosi, marcidi: valent huius virtute medici. Surdi, ceci, et paralytici. Gloria patri. Surdi. ¶ In tertio no. ā. Ab habenis mortis mortui excitantur: furiosi vinculis cōfractis sanantur. ps. Domine quis habitabit. ān. Et curatis languidis dn̄ cōgratulantur: suis a languorib⁹ statim liberantur. ps. Dn̄e in virtute tua. ān. Aque mixte puluere tumbe cū potantur: bibentes a varijs morbis expurgātur. ps. Dn̄i est terra & plenī. V. Iustus vt palma florebit.

¶ Euange. secundū Mattheū. Cap. 25 B

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et reliqua. Homelia bti gregorij pa. Lcō. vij.

Consecratus ergo in episcopum cedda, maximam mox cepit ecclesiastice veritati & castitati curam impendere: humilitati, continentie, lectioni operam dare: oppida, rura, casas, castella propter euangelizandum: non equitando sed apostolorum more pedib⁹ incedendo peragrare. Tu. R. m. 7 Hic in carne viuens angelice terram terit conuersans celice: christi legē seruando practice. Plene quidem & non ecliptice. V. Vnde deus eū mirifice collocauit in orbis apice. Plene. Lectio octaua.

Sed libet nos adhuc pauca de pluribus addere: de quib⁹ experti sumus. De eius vita & conuersatione: tam ante episcopatus acceptionem, q̄ in

8 episcopatu. ℟. Cedde sancti contactu loculi: fantur muti, clarescunt oculi: quibus visis exultāt populi. Christi legis tabescunt emuli. Versus. Fama transit in fines seculi: q̄ sic florent diuini seruuli. Christi legis tabescunt. Lectio nona.

Summi igitur pontificis et magni patroni beatissimi ced de meritis et titulis: insignita merciorū prouincia vsq̄quaq̄ refulget. Cuius maior vir tutum prerogatiua refertur, q̄ litteris cōprehendi vel ore referri queat. Tu. ℟. Pie pa

9 stor et pater ouium: merciorū gregis solatium: contra mun dū, carnē, demoniū, Assit no bis per te remedium. V⁹. Ut finito cursu presentium capia mus eternum brauium. Assit nobis. Gloria patri. Assit. V⁹ Ora pro nobis beate Cedda.

¶ In laudibus. Antiphona.

1 Claustri claus⁹ carcere ced da monachatur: vt diuinis li bere vacans his beatur. ps.

2 Dn̄s regnauit. Ān. Cuius fa ma claruit q̄ pontificatur: lu cerna que latuit ne plus ab scōdatur. Ps. Jubilate deo. Ān

3 Pastor pauit populū pabulo doctrine, reddens receptaculū regule diuine. Ps. Deus de⁹

4 meus. Ān. Presulis officium cedda sic impleuit: q̄ cuiusq̄ vitium generis deleuit. ps.

5 Benedicite omnia. Ā. Deuiā tes morib⁹ oues informauit: persistentes actibus sacris ex citauit. Ps. Laudate dn̄m de celis. Ca. Ecce sacerdos. Hy⁹ Jesu redemptor. V. Just⁹ ger minabit. Ā. Presul pie sancte cedda ora deum pro nobis: ne peccatis aggrauati tradamur supplicijs: sed perfruamur in celo perennibus gaudijs. Ps. Benedictus dn̄s. Ān. Pastor pie pro tuis ouibus ora christum deuotis precibus: vt sol uātur a lupi morsibus et sint tecum in suis edibus. Ps. Be nedictus dominus deus isra el. Oratio. Deus qui sancto rum tuorum. vt supra.

¶ Ad secundas vesperas ān. Claustri. Ps. fer. cap. Ecce sa cerdos. ℟. Pie pastor. Hy⁹. Jesu redemptor. V. Just⁹ ger minabit. Ān. Qui mores do cuit purgando vitia: talenta duplicans cepit duplicia de manu dn̄i regnās in gloria: quo nos ascendere det christi gratia. Ps. Magnificat. Orō vt s.

¶ Sanctarum perpetue et fe licitatis virginum et marty. tres lectiones fiant. Oratio.

Da nobis q̄s domine de⁹ noster sanctarum perpe tue et felicitatis martyrū ma rum palmas incessabili deuo tiōe venerari: vt quas digna mēte non possumus celebra re: humilibus saltem frequē temus obsequijs. Per domi num nostrum Jesum christū.

¶ Ad matutinas Inuitatoriū Regem virginum. Ps. Veni te exultemus. Hymnus. Je su corona virginum. psalmi de noctur. vnius virginis. Versus. Adducentur regi virgi nes post eam. Lectio prima.



Acta itaqꝫ persecutione sub valerio et galieno imperatoribus: cōprehensi sunt satyrus et saturninus duo fratres: renocatus et felicitas soror eius et perpetua: qui iussi sunt recludi in carcere. Pater perpetue audiens eam christianā: irruit in eā volens eruere oculos ei⁹: sed ex clamore confusus exiuit de carcere. Lectio secūda.

Post hec perpetua dixit cōmartyribus suis. Vidi in visu scalam angustam erectam ad celum: in cuius dextera et leua erant cultri ferrei: et sub ea iacebat draco. Et super eā ascendit satyrus: ad nos dicens. Ascēdite mecum: nolite timere draconem. Vidi etiam in horto ameno senē sedētem et oues mulgentem: qui et dedit nobis de fructu lactis. Quo audito gratias agentes deo: cognouerunt se ad palmā peruenire martyrij. Lectō. iij.

In die natalis cesaris satyrus et perpetua a leontib⁹ sunt deuorati. Saturninus vero ab vrsis erut⁹: gladio est percussus. Renocatusqꝫ et felicitas a leopardis martyriū impleuerunt. ℟. et cetera de communi plurimarum virginū.

¶ Sancti Gregorij pape et doctoris duplex festum, ix. lect. fiant. Capitulum. Ecce sacerdos magnus. Oratio

Deus qui anime famuli tui Gregorij eterne beatitudinis premia contulisti: concede propitius vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per dn̄m

Vbicunqꝫ hoc fest. contig. sub regula fest. annunciationis beate marie celebretur sicut ibidem subnotatū est: ita tamen qꝫ si in sabb. primo ante xl. hoc fes. euenc. ibidem celebretur. Et ij. ves. erunt de fes. et solen. memo. de dn̄ica. Completor. tamen tunc de xl. non mutatur: sed post primas ves. tunc dicatur completo. sicut in fes. sancte trini. Ad mat. L. j.



Gregori⁹ papa inclyt⁹ in vrbe romana a p̄re gordiano matre verosiluia editus: de genere senatorum originem duxit. Qui non sine magno quodam presagio: tale sortit⁹ est nomen. Gregorius namqꝫ ex greco eloquio: in nostram linguam vigilator, siue vigilās sonat. Lectio secunda.

Reuera etenim vigilauit sibi: dū diuinis inherendo preceptis, laudabiliter vixit. Vigilauit et fidelibus populis: dum doctrine affluentis ingenio eis quo tramite celestia scanderēt patefecit. Lectō. iij.

Disciplinis vero liberalibus (hoc est grammatica, rhetorica, dialectica) ita a pueritia est instructus vt nullus in vniuersitate putaretur esse si-

insulis. Hauriebatque iam tunc sitibundo doctrine fluenta pectore: que post congruenter mellito gutture eructaret. Hic etiam in annis adolescentie deo cepit deuotus existere. Le. iiij.

Tandem patre orbatus cum liberam disponendarum rerum suarum habuisset facultatem: mox omnia que habere poterat ad opus pietatis distribuit. Sex denique monasteria in sicilia construens: fratres christo illic seruientes congregauit, copioseque ditauit. Septimum vero intra urbis romane muros instituit: in quo et ipse post modum regulari tramite (multis sibi sociatis fratribus) sub abbatis imperio militauit. L. v.

Inerat ei denique tanta abstinentia in cibis, vigilantia in orationibus, strennuitas in ieiunijs: vt infirmato stomacho vix consistere poterit. Cernens autem romanus pontifex virtutum gradibus gregorium alta conscendere: violenter eum a quiete monasterij sui abstraxit: leuitamque septimum ad suum adiutorium consecrauit. Lectio sexta.

Non multo post pro responsis ecclesiasticis ad urbem constantinopolim Gregorius est directus. In qua nouam heresim de statu nostre resurrectionis ita attriuit: vt nullus exinde inuentus sit qui eius suscitator existeret. Post obitum pelagij pape: omnis clerus populusque romanus concorditer elegerunt gregorium pontificem. Cumque tanto honore se indignum clamans, consensum generalitatis vitare non posset: extra portas fugit triduo se occultans. Lectio septima.

Post orationes et ieiunia populi tertia nocte columna lucis super eum celitus emissa: querentibus votum optabile demonstrauit. Clamante quodam anachorita contiguo vrbi: quia angelos descendentes et ascendentes per dictam columnam super eum vidit, ibidem rectorem absconditum domus dei. Lectio octaua.

Mox dilectus dei inuenitur: et (licet inuitus) papa efficitur. Directe namque in angliam misit seruos dei: inclytum augustinum et Joannem cum alijs: qui regem cantie cum ceteris infra breue tam predicatione, quam miraculis conuertebant. Multa etiam miracula per hunc ostendit diuina potentia. Lectio nona.

Quedam materfamilias de manu eius communicatura: cum oblationis sue portionem sibi dari cognouisset, subrisit. Cuius cordis errorem sanctus Gregorius intelligens, portionem retinuit: et super altare reposuit. Completisque mysterijs: vt dominum populus deprecaretur admonuit. Factaque oratione: carnem digiti auricularis super altare cruentatam inuenit. Qua virtute cognita, et eadem portione in pristinam formam orando conuersa eandem mulierem cum reliquis

plurimum in fide christi confirmauit. Qui postquam sedem apostolice ecclesie annis quatuordecim rexisset: plenus virtutibus migrauit ad dominum. Ad matutinas. Com. Benedictio nem. Cetera de comuni vni' confessoris et pontificis.

¶ Sancti edvvardi regis et mar. ix. lec. Ad primas vesp. an. Iste sanctus. Com. Beat' vir qui in sapientia. R. Beatus vir qui suffert. Oratio.

Deus eterni triumphatoris imperij, familiam tuam propitius respice martyrium regis edvvardi celebrantem: & presta vt sicut illum munere glorificare dignaris celesti, ita nos eius obtentu eterne felicitati facias dignanter ascribi. Per dominum nostrum.

¶ Ad matutinas. Lectio. j.



Sanctus edvvardus in regni solio sublimatus: a rege regum domino in omni via iustitie & veritatis dirigebatur. Cuius auxilio fret': magno ingenio animi, et summa humilitate indies crescebat. Nam nouiter adepto honore: mox pristine probitati suarum hec incrementa virtutum accumulauit. Lec. ij.

Iuuenum videlicet & minus sapientium consilia postponere, dunstani archipresulis monita mente salubriter intendere, & secundum eius consilium & aliorum religiosorum spectabiliumque virorum: omnia sua iudicia in omnib' studuit exercere. Tunc erat in anglia pacis tranquillitas: magnaque rerum opulentia. Lectio. iij.

Sed totius bonitatis inimicus diabolus nouercam eius nomine alfrith: in odium ipsi' concitauit. Que zelo inuidie succensa presumptuosa versutia cogitare cepit qualiter virum dei a regno extirparet: vt filius eius etheldredus in regno substitueretur. Lectio. iiij.

Quibusdam igitur consiliarijs propositum suum indicauit orans et obtestans vt ei assensum preberent, & quo ordine id fieret cogitarent. Qui protinus omnes in necem regis mitissimi consenserunt: & quomodo id perficerent meditabantur. Confirmato venerabili viro in regno: cum trib' annis & octo mensibus sceptro hereditario potiretur: quadam die venandi gratia in siluam accessit: iuxta villam que dicitur vvarhan: que admodum grandis tunc habebatur. Lectio. v.

Desiderans vero fratrem suum videre: ad domum nouerce que iuxta erat, assumptis paucis profectus est. Et ecce subito in medio vite spacio (hominibus suis ludentium more huc illucque dispersis) rex absque vllo comite permansit. Tunc rex doli ignarus: ad domum nouerce sue nominem verens venit. Quo cum appropinquaret: nunciatum est regine impijssime regem edvvardum illuc solum aduenire. Lectio. vj.

Illa igitur ad explēda sue nequitie desideria adipiscisse tēpus idoneum gaudēs, mox ei obuiā procedit: eumqz blā de et amicabiliter ad hospitiū inuitat. Qui renuit: et fratrem suum se velle videre denunciat. Tunc impiissima regina potum afferri iussit: vt dñs ille potum gustaret, ipsa quod cogitabat impleret. Interim vnus qui scelere maior erat ficta dilectione pacis ei osculū offerebat: vt omnem suspicionem auferens eum facili9 suffocaret. Quod et factum est. Nam cum rex potum a pincerna suscepisset et ori suo apposuisset: is qui ei osculū intulerat, ex aduerso insiliens cultello mox ei9 viscera trāsfixit. Sicqz char9 dei de equo cadens: spiritum exhalauit. Tres vltime lectiones de expositione euangelij Si quis venit. Cetera de cōi vni9 mar. Si hoc festum vel sancti cuthberti, vel sancti benedicti infra pas. dñi eue. reseruetur vsque ad translationem eorum: fiant ibi de eis ix. lectiones.

Sancti cuthberti epi et confessoris ix. lect. fiant. Oratio.

Deus qui per inestimabile munus gratie tue sanctos tuos gloriosos facis esse: presta quesum9 vt interueniente beato cuthberto confessore tuo atqz pontifice, mereamur ad culmen virtutum peruenire. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum. Qui. Lectio prima.



Bone idolis adolescens cuthbert9, cū quadam die iter pueros luderet: quidā puer quasi triēnis ei occurrit, et cū lachrymis sibi ait. O sanctissime antistes cuthberte: non decet te inter pueros ludere: quem dñs magistrum maioribus natu destinauit. Lectio ij.

Audiens puer cuthbert9 hec: rediens domū stabilior ex illo tempore cepit esse. Et relictis seculi rebus: monasterialem disciplinam subiit. Qui cum suscipiēdorum officio deseruiret angelū dñi suo (vt refertur) suscepit hospitio. Lc. iij.

Quadam die dum iuuenem quendam domum ingredi coegisset: pedesqz eius lauasset: et aquam lauandis manib9 dedisset: panem ad vescendū deferre voluit: sed rediens hospitem non inuenit. Circūspiciens autem vestigia ei9 quo iuisset: nulla penitus inuenit. Lectio quarta.

Stupefactus igitur vidit supra mensam tres panes calidos insoliti candoris, ac mire suauitatis: et dixit. Cerno qꝫ angelus dei sit quem suscepi. Quo viso maiorem ex hoc virtutibus operā dedit. Lc. v.

Multis igitur virtutibus preditus: ad episcopatus culmen (licet inuitus) assumptus est. Qui cum parrochiam suā circuiret et verbum dei pre-

dicaret: vxorem cuiusdam comitis proximam morti, a comite rogatus in nomine domini aspersione aque benedicte, plene sanatam reddidit marito suo. Lectio sexta.

Alio quoque tēpore veniēs quidam lōge egritudinis acerbitate tabefactus: ad eum accessit. Dataqꝫ super eum benedictione repulit pestē, quā medicorum manus pigmentorum compositione nequiuerat. Lectio septima sine expositione euangelii.

Ad quoddam etiam monasterium veniens: dū circa meridianam quietem sitire se diceret, aqua eius palato vinum sapiebat. Fratres ergo astantes et inde bibētes, mirabantur adinuicem: dicentes se nunq̄ meli⁹ vinum antea bibisse. Lectio octaua.

Duobus annis in regimine epāli transactis: sciens in spiritu vir dn̄i cuthbert⁹ appropinquare diem sui transitus: abiecit pond⁹ cure pastoralis, atqꝫ ad dilectum eremitice cōuersationis agonem q̄tocius remeare curauit. Quaten⁹ insolita sibi solicitudinis mūdane spineta: liberior prisce cōpunctionis flamma consumeret. Lectio nona.

Cumqꝫ duos fere menses in deserto quietis exultatiōe trāsisset: subita arrept⁹ infirmitate, et tribus hebdomadis cōtinuis eadē infirmitate decoct⁹ (fratrib⁹ suis in dei seruitio confirmatis) exitū suum dn̄ici corporis susceptiōe muniuit: et erectis in celum oculis spiritum exhalauit. Cetera de cōmuni⁹ confessoris et pōtificis.

¶ Sancti Benedicti abbatis nouem lectiones fiant. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: qui hodierna die carnis eductū ergastulo beatissimum confessorē tuum benedictum subleuasti ad celū: concede quesumus hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorum veniam delictorū, vt qui exultantibus animis eius claritati congaudent: ipso apud te interueniente consocientur et meritis. Per dominum nostrum. Lectio pma.



Uit vir vite venerabilis gratia benedict⁹ et nomine: ab ipso pueritie sue tēpore cor gerens senile. Etatē quippe morib⁹ transiens: nulli animū voluptati dedit. Qui nobili genere de puincia nursie ortus: relictis domib⁹ et rebus ppriis literarūqꝫ studiis. sancte conuersatiōis habitū suscepit. l. ii.

Quem sequēs sua nutrix q̄ ipsum ardēti⁹ amabat: ad purgandū triticum a vicina muliere capisteriū petiit. Quod dū incaute super mēsam post se reliquit, casu fractū est: ob qđ vehemēter flebat. Lcō. iii.

Huius dolori cōpatiens benedict⁹: facta oratione illud integrū nutrici sue reddidit, eam consolādo. Hic plus ap=

petens mala mūdi perpeti ꝙ laudes: nutricem suā occulte fugiens, deserti loci secessum petiit. Quo cum pergeret, monachus quidā romanus eum suscepit: et quo tenderet inquisiuit. Cuius cum desideriū cognouisset: et secretum tenuit: et sancte conuersationis habitum tradidit. Lectio quarta.

Vir dei in arcto specu se tradidit: tribusqꝫ annis (excepto romano monacho) hominibꝰ incognitus mansit. Cūqꝫ placuit deo vitam eius exemplo hominibus demonstrare: multi seculum relinquentes ad eius magisterium festinauerunt. Lectio quinta.

Defuncto igitur abbate monasterij: non longe a loco licet diu renuens, deuictꝰ tamē precibus, abbas sibi effectꝰ est. Cūqꝫ fratres sui conspicerent sibi sub eo illicita non licere: inito consilio venenum vino miscuere. Quod ipso benedicente: statim vas vitreum cōfractum est. Cuiꝰ causam vir dei intelligēs: ad locum dilecte solitudinis redijt. Lectio vj.

Cū vir dei in solitudine succresceret: multi seruiētes deo ibi ab eo sunt congregati: ita vt illic duodecim monasteria cū christi adiutorio cōstrueret. Hic etiam defunctum filiū cuiusdā rustici iurantis ꝙ non recederet donec filium suū resuscitaret: oratione facta viuū reddidit patri suo. Et animam cuiusdam epi capuani in sphera ignea de nocte orās ad fenestrā: ab angelis in celum deferri conspexit.

Sine expositione. Lectio vij.

Ex his antē monasterijs que vir dei benedictus construxerat, tria in rupibus mōtis erant sita: & valde fratribus erat laboriosum ab inferioribꝰ aquā semper deferre. Quo viso vir dei ascendit in montē: et oratione facta tres petras sibi i signo posuit. Post hec mandauit fratribꝰ vt eandem rupem vbi easdē petras inuenirēt: in modico cauarēt. Quo facto: defluxit aqua vbertim vsqꝫ i hodiernū diē. L. viij

Quidā eius monachꝰ dū de quodā loco super ripā laci posito vepres abscinderet: ferrū de manubrio prosiliens in lacū cecidit. Vir autem domini benedictus tulit manubriū & misit in lacum: moxqꝫ ferrum de profundo redijt, & in manubrium intrauit. Lectio nona.

Quadā die apparuit ei diabolꝰ: dicēs ꝙ ad fratres suos pgeret. Quo audito misit fratribus suis mādans ꝙ cautius agerent: quia diabolꝰ ad eos veniret. Quo eis nūciato, paries cecidit: & monachū paruulū occidit. Quod sctūs audiens, orationi se dedit: & monachū incolumen suscitauit. His & alijs virtutibꝰ plenꝰ seruus dei benedictꝰ: in senectute sua migrauit ad christū. Cetera de cōi vniꝰ cōf. & ab.

¶ In annūciatione beate marie virginis. Ad vesperas super psalmos feriales. Añ.

Orietur sicut sol saluator mūdi: et descendet in uterum virginis sicut imber sup gramē. ¶ In tempore paschali finiatur cum alleluia. Capitulum

Esaie 7 B

Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomē eius emmanuel: butyrum et mel comedet. ut sciat reprobare malum, et eligere bonū. ℟. Christi virgo. Hy⁹.

Ave maris stella. dei mater alma: atqȝ semper virgo, felix celi porta.

Sumens illud aue, gabrielis ore: funda nos i pace, mutans nomen eue.

Solue vincla reis, profer lumen cecis: mala nostra pelle, bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem, sumat per te preces: qui pro nobis natus tulit esse tuus.

Virgo singularis, inter omnes mitis: nos culpis solutos mites fac et castos.

Vitam presta purā, iter para tutum: ut videntes Jesum, semper colletemur.

Sit laus deo patri, summo christo decus: spiritui sancto, trinus honor unus. Amen ℣. Rorate celi desuper. Aña. Ingressus angelus ad mariam dixit: aue maria gratia plena dominus tecum. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Deus qui de beate Marie virginis utero verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis ut qui vere eam dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eund. ¶ Si hoc festum in xl. contigerit fiat tunc solen. memo. de ieiu. ad utrasqȝ vesp et ad matu. Comple. xl. non mutatur: nisi ꝙ in fine hym̄ dr Gloria tibi domine, qui natus. quādo extra passionem dñi contigerit.

¶ Ad matutinas. Inuitatorium. Aue gratia plena dominus tecū. Benedicta tu in mulieribus. ps. Venite. Hymn⁹

Quem terra ponth⁹ ethera, colunt adorant predicant: trinam regentē machinam, claustrū marie baiulat.

Cui luna sol et omnia. deseruiunt per tempora: perfusa celi gratia. gestāt puelle viscera

Beata mater munere, cuius supernus artifex: mundū pugillo continens, ventris sub arca clausus est.

Beata celi nuncio, fecunda sancto spiritu. desideratus gētibus, cuius per aluum fusus est.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgi. ¶ In. j. no. āň Prophete predicauerūt nasci saluatorem de virgine maria ps. Dñe dñs noster. āň. Rorate celi desuper et nubes pluāt iustum, aperiatur terra, et germinet saluatorē ps. Celi enar. āň. Egredietur virga de radice iesse. et replebitur oīs terra gloria dñi: et videbit omnis caro salutare dei ps Dñi est terra. ℣. Ex sion species decoris eius. ℟. Deus noster manifeste veniet. Lectio prima.



Ingressus angelus ad mariam dixit. Ave gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulierib⁹. Ave salutatio ꝙtum humane consuetudini inaudita est: tantum et beate marie dignitati congrua. ℟. Ingressus angelus ad mariam ait. Ave maria gratia plena dominus tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fruct⁹ ventris tui. Ave. Lectio. ii.

Vere etenim gratia erat plena: cui divino munere collatū est ut prima inter feminas gloriosissimū deo virginitatis munus offerret. Unde iure angelico aspectu simul ꝛ affatu meruit perfrui que angelicam studuit imitari vitam. ℟. Suscipe verbū virgo maria quod tibi a domino per angelum transmissum est: concipies per aurem, deum paries ꝛ hominem. Ut benedicta dicaris inter omes mulieres. ℣. Paries quidem filium sed virginitatis nō patieris detrimentum: efficieris gravida ꝛ eris mater semper intacta. Ut be. Lectio tertia.

Vere gratia erat plena: cui ipsum per quē gratia ꝛ veritas facta est, iesum christum generare donatū est. Et ideo vere dominus cū illa erat: quā ꝛ prius novo castitatis amore a terrenis ad celestia desideranda sustulit: ꝛ postmodū (mediante humana natura) omni plenitudine divinitatis consecravit. ℟. Maria ut audivit turbata est in sermone angeli. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. ℣. Quomodo fiet istud (ait maria) quia virū non cognosco? Et cogitabat. Gloria. Et.

¶ In secundo nocturno. an. Ecce veniet deus ꝛ homo de domo david sedere in throno in eternum. ps. Eructavit. an. Super solium david ꝛ super regnum eius sedebit in eternum. ps. Deus noster refugiū. an. Super te hierusalē orietur dominus: et gloria eius in te videbitur. ps. Fundamenta. ℣. Egredietur virga de radice iesse. ℟. Et flos de radice eius ascendet. Lectio quarta.

Vere b̄ndicta inter mulieres: que sine exēplo muliebris conditionis cum decore virginitatis gavisa est honore parentis: quodq̄ virginem matrem decebat, dei filium procreavit. Que postꝙ̄ more humane fragilitatis et visione angelica ꝛ insolita est salutatione turbata: mox idē angelus eam repetito sermone ne timeat hortatur. ℟. Dixit angelus ad mariam, ne timeas maria. Invenisti gratiam apud deum. ℣. Ecce concipies et paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Invenisti. Lectio quinta.

Quē vero maxime timorē pellere consuevit: quasi bene cognitam ac domesticā proprio nomine eā vocat.

Et quare gratia plenam diceret: diligenter edocet. Ne timeas (inquit) maria: inuenisti gratiam apud deum. Ecce cõcipies in vtero & paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. R. Ecce concipies & paries filiũ Et vocabitur nomẽ eius iesus. V. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur, & dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius. Et vo. Lectio vi.

5

Notandus solerter ordo verborum: & tanto arctius est cordi inserendus quanto manifeste patet quia in his tota redẽptionis nostre summa cõsistit. Nam manifestissime dominum iesum (id est saluatorem nostrum) & verum dei patris et verum hominis matris filium predicauit. Ecce (inquit) concipies in vtero: & paries filium Agnosce verum hunc hominem veram de carne virginis assumpsisse substantiam carnis. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Confitere eundem etiam verum deũ de deo vero: et eterno patri filium esse semper coeternum. R. Dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius. Et regnabit in domo iacob. In eternũ. V. Et regni eius nõ erit finis. Et. Gloria. In eternũ.

6

¶ In tertio noctur. an. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Ps. Cãtate. iii. Dabit ei dominus deus sedem dauid patris eius: & regnabit in eternum. Ps. Dominus regnauit exultet. an. Btã es maria que credidisti: perficiẽtur in te que dicta sunt tibi a domino. Ps. Cãtate. ij. V. Egredietur dominus de loco sctõ suo. R. Veniet vt saluet populũ suũ a peccatis eorũ. Secũdũ Lucã

Cap. I C

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazaret: ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph, de domo dauid: et nomen virginis maria. Et reliqua. Homelia venerabilis bede presbyteri. Lectio vii.

Idcirco angeli priuatis nominibus censentur: vt signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta ciuitate quã de visione omnipotentis dei plena scientia perficit: idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum persone sine nominibus sciri nõ possint. Sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt: apud eos etiam nomina a ministeriis trahunt. Rm. Quomodo fiet istud (respõdit maria) quia virum nõ cognosco? angelus ad hec. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Vs. Ideo quod nascetur ex te sanctũ vocabitur filius dei. Spiritus sanctus. Lectio octaua.

7

Ad mariam ergo virginem gabriel mittitur: quod

Euange. secundum Lucam. In illo tempore. Missus est angelus ℟ m. Ingressus angelus. ℟ m. Dixit autem. ℟. Christi virgo. ps. Te deum. ℣. Emitte agnum. In laudibus omnia fiat ut supra. Memoria de resur. et finiantur omnes antiphone et ℟. cum alla. Capitulum et cetera ut supra dictum est. ¶ Sancti richardi epi et confessoris. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam meritis beati richardi confessoris tui atque pontificis fecisti miraculis coruscare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsius intercessione ad eternam beatitudinis gloriam peruenire. Per dominum no.

Cetera de communi vnius confessoris et pontificis cum ix. lec. de comuni, si ante passionem euenerit. Si vero infra passionem contigerit: nihil fiat de festo. Cum autem in octa. pasche forte contige. differatur vsque in. iii. feriam sequentem: et fiant ibi tres lectiones cum regimine chori. Et ad secundas vesperas tunc de sancto ambrosio fiat solennis memoria de sancto richardo. oratio ut supra.

¶ Sancti ambrosij epi et confes. atque doctoris. dup. fes. Ad vesperas. Capm. Ecce sacerdos magnus. Oratio.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum ambrosium ministrum concessisti: presta quesumus ut quem doctorem vite habuimus in terris, intercessorem semper habere mereamur in celis. Per.

Vbicunque hoc fes. euene. sub regula festi annunciatio. b. marie celebretur: sicut ibidem prenotatum est. Lectio prima.



Ambrosius rome natus: et disciplinis liberalibus decenter eruditus: iuxta parentum suorum nobilitatem, ad regendum liguriam et emyliam prouincias consulari dignitate est promotus. Eo tempore in vrbe mediolana mortuo auxencio arrianorum episcopo: cum de substituendo inter catholicos et arrianos orta esset seditio: ambrosius adhuc catecuminus pro eisdem sedandis ibi aduenit. Lectio secunda.

Et dum plebem alloqueretur: subito vox infantis sonuit in populo ambrosium episcopum. Mox omnes incredibiliter vnanimi consensu: ambrosium sibi acclamant dari episcopum. Iussu ergo imperatoris (quis multum renitens et effugere laborans) ambrosius capitur: et baptizatur. Octaua vero die cum summa leticia cunctorum, episcopus est ordinat⁹. Qui statim omnia que in auro et argento habere potuit: ecclesie dei et pauperibus tribuit. Lectio iii.

Erat autem venerabilis episcopus, multe abstinentie ac vigiliarum: quotidiano ieiunio macerans corpus. Erat que

pro pauperib⁹ et captiuis nimium solicitus: atq; in orando assiduus: et in diuinis reb⁹ implendis fortissimus. Eo tēpore romam adiens quedam paralytica ad eum se portari fecit: atq; oranti et imponenti sibi manus vestimēta attigit. Que cum oscularetur: statim sanitate recepta ambulare cepit. Lectio quarta.

Tractante quadam die sancto ambrosio verbum dei in ecclesia: quidam acerrim⁹ arianorum sectator angelū ad aures sancti epi tractātis vidit loquentem: quasi qui sibi indicaret quid populo nunciare deberet. Quo viso ad fidē catholicā se cōtulit: et quā expugnabat defendere cepit. Lc. v.

Cuiusdam clarissimi viri filius apud quē vir sanct⁹ hospitabatur in ciuitate florentina: subita infirmitate defunctus est. Quem mater fide plena in lecto ei⁹ imponens: sperauit ipsi⁹ beati viri meritis a morte suscitatum iri. Qui fidem matris intelligens: orando promeruit vt viuum matri redderet, quem mortuum inuenit. Lectio sexta.

Cum vir sanctus quadragesimum tertium psalmū tractaret, exceptore eius presente: subito in modū scuti breuis ignis super caput eius resplēduit: atq; in os eius visus est ingredi. Postea vero facies eius tanq; nix incanduit. Ex quo quidem spūs sancti gratiam in eum venisse: sine dubio cognosci potuit. Paschali solennitate appropinquante vir sanctus infirmitate captus, post oratione vidit christum ad se venientē: et paruum ante lucem die sabbati pasche (sumpto Christi sacramento) spiritum exhalauit. Tres vltime lectiones de expositione euan. Secundum Mattheum.

In illo tēpore. Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? Et reliqua. Homelia excerpta de diuer. tracta. Lectio septima.

Cap. 5 B

Predixerat dn̄s discipulos suos pro sui nominis confessione persecutionem passuros Et vt eos consolaretur: subiūxit dicens. Vos estis sal terre Ac si diceret. Illi persequētur sed nolite timere: quia sal terre vos eritis. Lectio octaua.

Per sal autem celestis sapiētia designatur. Sal autē per aquam et ardorē solis et flatū venti: ex altera natura cōmutatur in alteram. Sicq; apostoli et apostolici viri per aquā baptismatis et ardorem fidei et per flatum vēti, id est donum spiritus sancti: ex terrena generatione in spūalem sunt cōmutati. Lectio nona.

Salis natura hec est. Humores exiccat, fetorē aufert, vermes pcreare non sinit. Ita et celestis sapientia carnaliū delectationū humores exiccat, male conuersationis fetorem aufert, libidinose cogitatiōis vermes procreare non sinit.

Illum vermem extinguit de quo esaias ait. Vermis eorū non morietur: et ignis eorum non extinguetur. Vt. etc. de cōi vnius confesso. et pontif. In lau. cū Benedictionem. Post pas. tamen dr in lau. cū Ecce sacerdos. Ad scdas ves. dr R. Sancte N. christi confessor Quādo vero post pas. hoc fes. conti. stant tres lc. de ser. proprijs lc. sancti ambrosij: et legantur bine et bine. Similiter stat de sctō dunstano, aldelmo, augustino anglorum apło: et consimilib⁹. Ad ves. in paschali tpe. R. Filie hierusalem. Cetera omnia de cōi vni⁹ cōfes. et ponti. pascha. tēporis.

¶ Sanctorum tyburtij et valeriani martyrum sine regimine chori. Oratio.

Presta quesumus omnipotens de⁹: vt qui sanctorum martyrum tuorum tyburtij et valeriani, atq; maximi solennia colimus, eorum etiā virtutes imitemur. Per.

¶ Et notandum est q̄ oiā fes. iij. lc. sine regi. chori ab octa. pasche vsq; ad pentec. habent Inuitato. dup. Lectio prima.



Valerianus atq; tyburtius frater ei⁹, cum per predicationem btē cecilie credidissent in dominū: et a papa Vrbano baptizati fuissent: nisi sūt ab almachio prefecto aut sacrificare, aut capitalem subire sententiam. Qui cum sacrificare nollent: a maximo corniculario ducti sunt ad locū certaminis. lc. ij

Cumq; increpasset eos q̄ ad mortem quasi ad epulas ita leti festinarent: dixit ei tyburtius. Nisi pro certo sciremus alteram vitam esse perpetuā: nunq̄ nos istā amittere gauderemus. Dixit ei maximus. Si possem apud me certū habere quod loqueris: optarem et ego istam vitam contemnere. Lectio tertia.

Valerianus dixit ei In hora qua corpore exuemur, aperiet tibi dn̄s oculos tuos: et videbis cum quāta gloria vita illa suscipietur. Impetrato q; a carnificibus vnius diei spacio: per predicationem eorum maximus cū omni domo sua, et ipsi carnifices crediderunt: et a sancta cecilia baptizati sunt: et simul martyrio coronati. Cetera de cōi plurimorum mart. paschalis tpis.

¶ Sancti alphegi epi et martyr. Cp̄. Omnis pōtifex. iij. lc. de cōi sine regimine cho. Orō

Deus qui btm̄ alphegū confessorē tuū sacerdotij dignitate et palma martyrij decorasti: concede ꝓpitius ita nos apud te ei⁹ intercessionibus adiuuari, vt cū eo possim⁹ in eterna felicitate letari. Per d. Cetera de cōi vni⁹ mar. et pōti. pas. tpis: cum cp̄. et lec. vni⁹ mar. et pōti. alteri⁹ tpis.

¶ Sancti Georgij marty. iij. lect. cum regimine chori duplex festum Capim. Iste sanctus pro lege. Oratio.

Deus qui nos beati georgij martyris tui meritis & intercessione letificas: concede propitius vt qui ei9 beneficia poscimus, dono tue gratie consequamur. Per dominum no. Lectio prima.



Sanctus & ver9 dei cultor georgius cappadocie regionis oriundus: cū videret multos deum blasphemantes, et cū daciano demones adorantes: spiritu sancto repletus in hanc vocem prorupit. Omnes dij gentium demonia: dominus autem celos fecit. Dacianus ait ei. Qua temeritatis audacia nobis iniuriam irrogās: deos nostros demonia vocas. Fatere tamē ex qua prouincia huc aduenisti: vel quo nomine vociteris. Lctō secunda.

Sanct9 georgi9 dixit. Christian9 et dei seru9 sum. Georgius nuncupor: genere cappadocus: patrie mee comitatum gerens. Elegi vero temporali dignitate carere: et immortalis dei imperio deseruire. Dacianus ait ei. Erras georgi. Accede: et immola deo apollini. Beatus georgius respōdit. Domino meo iesu christo exhibeo culturam regi omnium seculorum: nō apollini auctori demoniorū. Lctō. iij.

Iratus dacianus iussit sanctum georgiū in equuleo leuari: et extensum membratim vngulis lacerari. Deinde lateribus eius lampades ardētes applicari. Salem vero in vulnera aspergi: & cilicio plagas eius fricari. Plumboq; bullienti georgium immitti: extractumq; per vicos vt reū fecit trahi. Cumq; traheretur ad locum supplicij, flexis genibus gratias egit deo: & sic capitalem pro christo subiit sententiam. Cetera de communi vnius mar. pasc. temporis Si hoc fes. in octa. pasc. contīge. differatur in crastī. et in do. ij. vesp. erunt de fes. & fiat solen. memoria de dominica, et de resurrectione. Similiter fiat tunc ad primas vesp. de sancto marco. ¶ Sancti marci euangel. iij. lec. duplex festum. Ad vtrasq; vespe. & ad matutinas & ad tertiā. Cpm.

Ephe. 4 B

Unicuiq; vestrum data est gratia secundū mēsurā donatiōis christi: ppter quod dicit: ascendēs christus in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Oratio.

Deus qui beatum marcum euangelistam tuū euangelice predicationis gratia sublimasti: tribue quesumus eius nos semper & erudit tione proficere, et oratiōe defendi. Per dñm ¶ Ad matutinas tres ps dicuntur de apostolis scdm ordinē noc. Le. i.

Beatus marc9 euāgelista ab egypti partibus alexandriam proficiscens mox vt in-

gressus est ciuitatem calciamentum eius disruptum est. Hoc ipse intelligens ait. Uere iter meum expeditum est. Tradidit autem calciamentũ suum cuidam sutori. Qui dũ emendare cepisset calciamentum, grauiter vulnerauit manũ suam: & exclamauit. Unus est deus. Beatus ergo marc⁹ gaudens expuit in terram: lutoq; facto in nomine christi liniuit manum eius. Quo viso sutor ille nomine anianus: cum omni domo sua baptizatus est. Lectio secunda.

Cumq; beatus marcus ad fidem christi multos conuertisset: querentibus eum ciuibus apprehendere, anianum ordinauit ep̃m & pentapolim perrexit. Ordinatisq; ibi episcopis & clericis post bienniũ alexandriam rediit. Lectio. iii.

Cumq; gentiles cognouissent beatum marcum ibidem alexãdriam aduenisse, & multa miracula fecisse: apprehenderunt eum in paschali solennitate missam celebrantem. Ponentesq; funẽ in collo ei⁹: dixerunt. Trahite bubalum ad locum bubali. Ille autem cum traheretur gratias egit deo, dicens. In manus tuas dñe commendo spiritum meũ Et hec dicens sanctus marc⁹: cũ palma martyrii migrauit ad christũ. Cetera de cõi vni⁹ euange. paschalis temporis.

¶ Ad tertiam. Capitulum. Unicuiq; vestrum.

¶ Ad sextam. Capitulum.

Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes celos, vt adimpleret oĩa. Ephe. 4 C

¶ Ad nonam. Capitulum.

Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores & doctores, vsq; ad consummationem sctõrum Ubi s

¶ Ad secundas vespe. ãn. Sancti tui domine. ps. Dixit dñs domino. & ceteri ps̃ de apostolis. Cap̃m Unicuiq;. R̃ Candidi facti sunt. oratio vt supra.

¶ Si hoc festum infra hebd. pas. contig. diffe. vsq; post oct. pas. & vbi conuenienti⁹ possit celebrari celebretur. & vbi possit vtrasq; habere ves. De ieiun. vero tunc nec de proces. q̃ solet fieri eo die, nichil fiat nec post nec ante i illo anno: nec etiam si hoc fest. in aliqua do. post octa. pasch. euene. sed tunc fes. non diffe. immo fiat totum serui. de fes. & solẽ. mẽo. de do. & postea de resur. & proces. ante crucẽ ad ves. in sab. more solito: tamen de ieiu. nec de proces. q̃ solet fieri post mis. de sancto marco: nihil fiat eo anno. Quanis alia feria. post oc. pas. hoc fes. contige. fiat ieiun. & proces. more solito. De heb. vero penteco. eadem regula seruetur que in heb. pasche

¶ Sãcti vitalis mar. iii. l. fiat cũ regimine chori. Si hoc fes. & fes. sancti Georgii in eadem hebd. contigerint: tunc in hoc fes. dr̃ Cap̃. Beatus vir qui in sapientia. si autem, dr̃ capm.

Iste sanctus. Oratio.

Presta q̃s omnipotens deus: vt intercedente beato vitale martyre tuo, & a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore: & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dñm. Lectio prima.



Sanctus Vitalis cõsularis, pater sanctorũ geruasij & prothasij: cum paulino iudice suo rauennã ingressus est. Contigit autẽ ibi quendam christianũ nomine vrcisinũ arte medicũ, natione ligurium: post nimia tormẽta capitalẽ accepisse sentẽtiã. Qui cum duceretur ad decollandum: expauit. Lectõ. ij.

Tunc et vitalis dixit. Noli vrcisine medice qui alios curare consueuisti: temetipsum eterne mortis iaculo vulnerare. Quod ipse audiens, penitentiam egit quod expauisset: & genu flexo capite truncatus est. Cuius corpus vitalis sepeliuit: et vltra ad iudicem ire noluit. Lectio tertia.

Paulinus igitur iussit vitalem teneri: & eũ in equuleum leuari. Cui vitalis in equuleum leuatus ait. Infinita tibi dñatur stultitia: vt putes per tormenta meipsum decipere, qui alios a periculo deceptiõis studui liberare. Tũc iussit eũ paulinus in foueam supinum iactari: & lapidibus obrui. Taliq; martyrio victor migrauit ad celũ. Cetera de cõi vni⁹ mar. pasc tẽporis.

Sanctorum aposto. philippi & iacobi dupl. fes. Ad vesp. super ps. fes. añ. Vado parare vobis locum: et iterum venio ad vos allelnia: & gaudebit cor vestrum alla alla. Cp.

Stabũt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: & qui abstulerunt labores eorũ. R. Candidi facti sunt. Hy⁹. Tristes erant apostoli. V. Gauisi sunt discipuli. Rm. Viso dño allelnia. añ. Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me: philippe qui videt me videt et patrem meum alleluia. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorũ philippi & iacobi solennitate letificas: presta quesumus: vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum. Memoria de resurre.

Ad matuti. Inuitato. Exultent in deo. ps. Venite. Hy⁹. Tristes erant apo. añ. Tristitia vestra. Tres psalmi de cõi apostolorum dicantur reliqui temporis, secundum ordinem noct. Vsus. Gauisi sunt discipuli. Rm. Viso domino alla.

Secundum Joannem.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in deũ: & in me credite. In domo patris mei mãsiões multe sunt. Et reliqua. Homelia beati Augustini episcopi. Lectio prima.

Sap. 5 A

Cap. 14 A

Erigenda est nobis fratres charissimi ad deum maior intentio: ut verba sancti euangelij, que modo in nostris auribus sonuerunt: & mente capere utcunque possim⁹. Sciens redemptor noster discipulorū animos ex sua passiōe & morte perturbandos: anteq̄ pateretur resurrectionis sue gloria & secum commorandi spe, eorū animos erigere curauit. ℟. de communi apostolorum paschalis tēporis dñr. Lec. ij.

Iacob⁹ qui & frater domini dicitur cognomēto iust⁹: post passionem dñi statim ab apostolis hierosolymorū episcopus est ordinat⁹. Hic ex utero matris sue sanctus fuit: vinum & siceră non bibit: carnem nullam comedit. Hic etiam pannis laneis tantum utens, sol⁹ ingrediebatur templum, orans pro populi ignorantia: ita ut callos in ei⁹ genibus apparerent. Hunc igitur christum confitentem pharisei de pinnaculo templi precipitauerunt. Post hec fullonis fuste in cerebro percussus occubuit: & ibidem iuxta templum sepultus est. Lectio. iij.

Post passionem dñi per annos circiter viginti: sanctus philippus in scythia euāgelium christi predicauit. Cūq̄ ductus esset a gentilibus ad statuam martis ad sacrificandum: exijt de subtus statua draco ingēs: qui percussit pōtificis filium & duos tribunos. Quos cū mortui essent: apostolus suscitauit. Quo viso: omnes qui eum persequebantur penitentiam egerunt: & per predicationem ei⁹ multa milia hominum baptizati sunt. Constructisq̄ ecclesijs & ministris eis ordinatis ī asiā redijt: ubi beato fine dormiuit in pace: & ibidē sepultus est. ℣. Cognouerunt dñm. ℟. In fractione panis alleluia.

¶ In laudibus. Antiphona.

Dñe ostende nobis patrem & sufficit nobis alleluia. ps. Dñs regna. an. Philippe qui videt me, videt & patrem meū alla. ps. Iubilate deo. a. Ego sum via, veritas & vita: nemo venit ad patrem nisi per me alleluia. ps. Deus deus. an. Spiritus & anime iustorum hymnum dicite deo nostro alleluia alla. ps. Benedicite. a. Si manseritis in me & verba mea in vobis māserint, quodcunq̄ petieritis fiet vobis alleluia. ps. Laudate. Cp. Stabunt iusti. Hy⁹. Claro pasc. ℣. Gaudete iusti. an. Nō turbetur cor vestrum neq̄ formidet: creditis in deum, & in me credite: in domo patris mei mansiones multe sunt alla alleluia. ps. Benedictus. Oro. Deus qui nos. Oro de resur.

¶ Ad primam an. Dñe ostēde ps. Deus in nomine tuo. an. Gratias. ps. Quicunque.

¶ Ad terciam an. Philippe. ps. Legem pone. Cpm. Stabunt. ℟. Gauisi sunt discipuli Alla alleluia. ℣. Viso domino Alla. ℟. Dñe ostende.

¶ Ad sextam an. Ego sum. ps. Defecit. Capitulum.

Actuū. 4 G

Virtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis Jesu christi domini nostri: et gratia magna erat in omnibus illis. R. Domine ostende nobis patrē Alleluia alleluia. V. Et sufficit nobis. Vsus. Non turbetur.

¶ Ad nonam an. Si manseritis. ps. Mirabilia. Capitulū.

Actuū. 5 G

Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij: qm̄ digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati. R. Non turbetur cor vestrū Alla alla. V. Neqꝫ formidet. Vl. Cognouerunt dominum. R. In fractione panis alla.

¶ Ad secundas vesp. an. Dn̄e ostende. ps. Dixit dn̄s et ceteri ps. de apostolis. Cpm. Stabunt iusti. R. Candidi. Hy. Claro pasc. V. Gaudete iusti. an. Si cognouissetis me, et patrem meum vtiqꝫ cognouissetis: et amodo cognoscetis eū, et vidistis eum alla. ps. Magnificat. Oratio vt supra.

¶ Quando hoc vel aliud duplex festum in octa. pasche forte contigerit: differatur in crastinum: et in dominica erunt vespere de festo: et solēnis memo. de do. et de resur. In crasti. vero tunc fiant vespere de cruce: et solen. memoria de apostolis: et postea de martyrib⁹. Si vero hoc festum in vigil. ascensionis dn̄i euene. ibi celebretur: et ad primas vespe. de ascensione fiat solennis mēo. de apostolis. Si vero in die ascen. dn̄i hoc festum forte contigerit: differatur in crastinū: et etiam de apo. tunc fiet solennis memo. ad secundas vespe. in die ascensio. Et in crastino erunt vespere de apostolis: et solēnis memoria de inventione sancte crucis: et de marc. et pces. fiat ante crucem: et in introitu chori de sancta Maria.

¶ In inuētione sancte crucis Ad primas vespe. super psos feriales an. Dulce lignū, dulces clauos, dulce pondus sustinuit: que meruit portare precium hui⁹ seculi alleluia. psalmi feriales. Capitulum.

Gal. 6 D

Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. R. O crux viride lignum quia super te pependit saluator rex israel: o q̄ dulce lignum, q̄ dulces clauos, q̄ dulcia ferens pōdera, o q̄ preciosum lignum, q̄ preciosa gēma. Que christum meruit sustinere alla. V. Custodi domine gregem tuū quem redemisti per lignum sancte crucis. Que christum. Prosa.

Crux fidelis terras celis miro nectens federe Nos in laude tua gaude deuotos incedere.

Crux est thronus in quo bonus pastor oues redemit.

Crux fecundat, crux emundat: crux hostem interimit.

Ara crucis, lāpas lucis: vera salus hominum.

Nobis pronum fac patronū: quem tulisti dominum.
Salue lignum vite, dignū ferre mundi precium.
Confer isti plebi christi, crucis beneficium.
Omnes clerici ad altare conuersi dicant Gloria patri et filio. Alleluia. Hymnus.
Impleta sunt que concinit, dauid fidelis carmine: dicendo nationib⁹, regnauit a ligno deus.
Arbor decora et fulgida, ornata regis purpura: electa digno stipite, tam sancta membra tangere.
Beata cuius brachijs, precium pependit seculi: statera facta est corporis, predamqꝫ tulit tartari.
O crux aue spes vnica, hoc inuētionis tēpore, auge pijs iustitiam, reisqꝫ dona veniam
Te summa de⁹ trinitas, collaudet omnis spiritus: quos per crucis mysterium: saluas rege per secula. Amen.
Vsus. Hoc signum crucis erit in celo. Rx. Cum dominus ad iudicandum venerit. Aña. O crux benedicta que sola fuisti digna portare regem celorum et dominum alleluia. Psalm⁹ Magnificat anima. Oratio.
Deus qui in preclara salutifere crucis inuētione passionis tue miracula suscitasti: concede vt vitalis ligni precio eterne vite suffragia cōsequamur. Qui viuis.
Nulla fiat mēo. de resur. sed fiat solen. mēo. de martyrib⁹ alexandro. euentio, et theodolo āñ. Filie hierusalem. Vsus Tristitia vestra. Oratio.
Presta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrū tuorum alexandri, euentij, et theodoli natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionib⁹ liberemur. Per.
Deinde si do. fuerit fiat mēo. de do. ad vtrasqꝫ ves. et ad matuti. Et eat proces. ante crucē quocunqꝫ die hoc festū contingit. cum āñ. O crux gloriosa, o crux adoranda, o lignum preciosum et admirabile signum: per quod et diabol⁹ est vict⁹: et mundus christi sanguine redempt⁹ alla. et terminetur cum alla. quandocunqꝫ dr̄ Vs⁹ Dicite in nationibus. Rx. Quia dn̄s regnauit a ligno alla.
Oratio. Deus qui pro nobis filium tuū. In reuertendo dicatur de sancta maria. Vs Sancta dei genitrix. Oratio. Gratiam tuā. Si vero post ascen. dn̄i: vel in die ascen. hoc festū contige tunc Oratio. Cōcede q̄s misericors. post āñ de sctā maria dicetur loco Gratiam.
¶ Ad matuti. Inuitato. Alla. Salue sancta crux: salue alleluia. ps. Venite. Hymnus.
Pange lingua gloriosi prelium certaminis, et super crucis tropheū dic triūphum nobilem: qualiter redēptor orbis immolat⁹ vicerit.
De parētis protoplasti, fraude facta condolens, quādo pomi noxialis, morte morsu cor

rust: ipse lignum tūc notauit, damna ligni vt solueret.

Hoc opus nostre salutis or do depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artem falle ret: et medelam ferret inde ho stis vnde leserat.

Quādo venit ergo sacri ple nitudo temporis, missus est ab arce patris natus orbis cō ditor: atqz ventre virginali, caro factus prodijt.

Gloria et honor deo, vsqz quo altissimo, vna patri filioqz inclito paraclito: cui laus est et potestas per eterna secula. Amen. Super psalm. aña. Adoramus te christe et benedicimus tibi: quia per crucē tuam redemisti mundum alleluia. Ps. Domine dominus noster. Domine in virtute. Domini est terra. V. Hoc signum crucis erit in celo. Rm. Cum dominus ad iudicandum venerit. Lectio prima.



Cum īperator constantinus victoriā obtineret super gentem barbarorum: celest9 signo crucis sibi ostenso misit matrem suam helenam, hierosolymis ad requirendum lignum sancte crucis. Cumqz iudeos monuisset eligere qui noscerent legē: dixerunt. Pro qua causa hūc laborem nobis imponit regina? Judas vnus eorum dixit. Scio ego quia questionem ligni crucis vult facere: in quo suspēderunt iesum patres nostri. Videte ergo vt nemo ei confiteatur. Rx. Dulce lignum dulces clauos dulce pondus sustinuit. Que digna fuit portare preciū huius seculi alleluia. V. Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad iudicandum venerit. Que. Lectio secunda.

Zacheus auus meus prenunciauit patri meo: et pater meus cum moreretur nunciauit mihi, dicens. Vide fili, cū questio ligni crucis facta fuerit in quo damnauerunt messiam qui ante nos fuerūt: manifesta illud anteq̄ crucieris. Ego ergo dixi ei. Pater si sciebant ipsum esse christum: quare man9 iniecerunt in eū? Et dixit ad me. Audi fili. Nūq̄ cōsiliatus sum cum eis: sed quia arguebat eos crucifixerunt eum: et sepult9 tertia die resurrexit. Vnde et credidit frater meus stephanus: et lapidat9 est. Alij dixerunt. Nos nunq̄ talia audiuimus. Rm. Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad iudicandum venerit Tunc manifesta erunt abscōdita cordis nostri alla alla. V. Cum sederit fili9 hominis in sede maiestatis sue: et ceperit iudicare seculū per ignem. Tunc. Lectio. iij.

Vocati vero ad reginam que iussit eos tradi in ignem: timentes tradiderunt iudam. Cui regina ait. Ostende mihi lignum crucis. Judas dixit. Necqz locum scio: qr tunc non eram. At illa iussit eum mitti in lacū siccum: per

1

2

septem dies sine cibo manentem. Cum autem transissent septem dies: clamauit iudas de lacu dicens. Obsecro vos educite me: et ego ostẽdam vobis crucem christi. Tunc extractus de lacu: pergensque ad locum dixit. Domine deus si volũtas tua sit regnare filium marie: fac ab eodẽ loco fumũ odoris aromatũ ascẽdere: vt ego credam christũ crucifixum. Cumque orasset: ascendit fumus odoris aromatum de loco. Et ait iudas. In veritate o christe: tu es saluator mundi. R. O crux gloriosa, o crux adoranda, o lignum preciosum et admirabile signum. Per quod et diabolus est victus: et mund⁹ christi sanguine redemptus Alleluia. Versus Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. Per quod et diabolus Gloria patri et filio: et spiritui. Alleluia. V. Dicite in nationibus. Resp. Quia domin⁹ regnauit a ligno alleluia.

¶ In laudibus Antiphona.

1 Helena constantini mater hierosolymam petijt alleluia ps. Dominus regnauit. Aña.

2 Tunc precepit eos oẽs igne cremari: at illi timentes tradiderunt iudam alleluia. ps. Iubilate deo omnis terra. Aña.

3 Helena sancta dixit ad iudã: comple desiderium meum et viue super terram: vt ostẽdas mihi qui dicitur caluarie locus: vbi absconditum est preciosum lignum dominicũ alleluia. ps. Deus deus meus.

4 An. Orabat iudas: deus deus meus ostende mihi lignũ sancte crucis alleluia. ps. Benedicite omnia opera. An.

5 Cum orasset iudas: commot⁹ est locus ille in quo sancta crux iacebat alleluia. ps. Laudate dominum de celis. Cap. Mihi autem absit. Hymnus.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis: nulla silua talem profert frõde flore germine: dulce lignũ, dulces clauos, dulce pondus sustinet.

Sola digna tu fuisti ferre precium seculi, atque portum preparare nauta mundo naufrago: quẽ sacer cruor perunxit fusus agni corpore.

Gloria et honor deo. Versus. Omnis terra adoret te deus. an. O crux benedicta: quia in te pependit saluator mũdi, et in te triumphauit rex angelorum alleluia. ps. Benedictus dominus. Oratio. Deus qui in preclara. Memoria de mar. An. Lux perpetua. Versus. Gaudete iusti. Oratio Presta quesumus omnipotens. Si dominica fuerit: tunc fiat memoria de dominica.

¶ Ad primam ãn Helena constantini ps Deus in nomine tuo saluum me fac. an Gratias tibi. Psalm⁹ Quicunque.

¶ Ad terciam. Antiphona. Tunc precepit. ps Legem pone mihi domine. Capitulum. Mihi autem. Resp. Hoc signũ crucis erit i celo Allũa allũa. V.

Cum dñs ad iudicandum venerit. ℣. Dicite in nationib⁹.

¶ Ad sextam añ. Helena sancta. ps. Defecit. Capitulum.

j. Cor. 1 C

Verbum crucis pereuntibus stultitia est: his autem qui salui fiunt (id est nobis) virtus dei est. ℟. Dicite in nationibus. Alla alla. ℣. Quia dominus regnauit a ligno. ℣sus. Adoramus te.

¶ Ad nonam añ. Cum orasset ps. Mirabilia. Capitulum.

1. cor. 2 D

Nos autem predicamus christum crucifixum: iudeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autē vocatis iudeis atq; grecis: christū dei virtutem atq; sapientiam. ℟. Adoramus te christe & benedicim⁹ tibi. Alleluia alla. ℣. Quia per crucē tuam redemisti mundum. ℣. Omnis terra adoret te deus.

¶ Ad secundas vespe. añ. Helena constantini. ps. fer. Cpm Mihi autē absit. ℟. Per tuā crucem salua nos christe redēptor: qui mortem nostram moriendo destruxisti. Et vitā resurgendo reparasti. Alleluia. ℣. Miserere nobis iesu benigne qui passus es clementer pro nobis. Et vitam. Gloria. Alla. Hy⁹. Crux fidelis. ℣. Omnis terra. an. O crux splēdidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multum amabilis, sanctior vniversis: que sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignū dulces clauos, dulcia ferens pondera: salua presentem caternam in tuis hodie laudib⁹ congregatā alleluia alleluia alleluia. ps. Magnificat. Oro vts. Si hoc fes. in sabba. contigerit: nulla fiat tunc processio ad secundas ves. nec vlla memo. nisi de sequenti do. tantum. Tamen si infra ascensionem dñi euene. fiat tunc mē. de ascensione. Si hoc festū in vigilia ascensionis dñi euenerit ibi celebretur: & ad primas vesperas tunc de ascēsione fiat solennis memoria de cruce. Si autem in die ascensionis hoc festum euenerit: differatur in crastinum: & ad secundas vesperas de ascensione fiat solennis memo. de cruce: precedendo ante crucem: cum hac añ. O crux gloriosa. & non dr añ. O crux benedicta propter nimiam suā breuitatem. ℣. Hoc signū crucis erit. Oratio vts. In introitu cho. dicitur añ de sancta maria.

¶ Sancti Joānis apostoli et euangeliste, qui ante portam latinam dictus est. Tres lectiones cum regimine chori. Ad vesperas super pos fer. ā. Lux perpetua. minor. Capm.

Sap. 15 D

Qui timet deum faciet bona, & qui continens est iustitie, apprehendet illā: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Responsorium, hymnus, & ℣sus de cōmuni apostolorū paschalis tēporis. añ. In feruentis olei dolium missus Joannes apostol⁹: diuina se protegente gratia illesus exiuit alleluia. Psalm⁹

Magnificat anima. Oratio.

Deus qui cõspicis quia nos vndiq3 mala nostra perturbant: presta quesumus vt beati Joannis apostoli tui et euangeliste intercessio gloriosa nos protegat. Per dñm.

¶ Ad matutinas Inuita. triplex. Cetera de cõi apostolorũ pasc. tẽporis. Tres lectiones sine expositione euan. Lctõ. j.



Hodie sancti Joãnis apostoli & euangeliste gaudentes illum celebramus natalem: quo (sicut ecclesiastica narrat historia) ab epheso iussu domitiani romã perductus: et presente senatu ante portã latinam in olei feruẽtis doliũ miss9 est. Ex quo tamẽ diuina se ptegente gratia, tantum a dolore liber exstiterit corporis: quãtum alien9 erat a corruptione carnis. Ideo festiuum hac ipsa die cõcursum fideles populi vsque hodie faciunt. Lectio secunda

Hic etiam beatus euangelista dum euangeliũ christi predicaret in asia: a prefato domiciano cesare in pathmos insulam metallo relegatur: i qua & apocalypsim scripsit. Interfecto autem a senatu domitiano: exilio solut9 accessit ephesum. Ibiq3 ob hereticorum refutandas versutias rogatus dicitur ab omnibus asie episcopis & presbyteris: quia iã in tribus euangeliorũ de humanitate saluatoris habebãt: vt eis de diuinitate sermonẽ faceret: atq3 ad memoriam futurorum scripta relinqueret. Maxime ad vincendam illorum heresim, qui dicebant Christum ante mariam non fuisse. Lectio tertia.

Beatus apostolus quod petebatur primum se negauit facturum: sed precatorib9 in prece perseuerantib9 non aliter acquieuit, nisi omnes triduano ieiunio dñm in commune precarentur. Quod cum fecissent: die tertia tãta gratia sancti spiritus secundum sui nominis congruam interpretationem dicitur esse repletus: vt vsq3 ad contemplandã patris et filij & spiritus sancti diuinitatem mẽte raperetur: & de eterne vite purissimo fonte potaret, quod nobis sitientibus ppinaret. Vnde & euãgelij eius tale est exordium. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. R9. Valde honorandus. ¶ In laudibus ana. Sancti tui dñe. & cetere añe cum suis ps. Cpm. Qui timet. Hy9 & V. de commun. a. Propter insuperabilem euãgelizandi constantiam exilio relegatus: diuine visionis et allocutiõis meruit crebra cõsolatione releuari alleluia. ps. Benedictus. Oratio vt supra

¶ Ad primam ãn. Sancti tui domine. ps. Deus in nomine.

¶ Ad tertiam. Capitulum. Qui timet deum.

¶ Ad sextam. Capitulum.

Sap. 15. Cibabit illum dominus pane vite & itellectus, & aqua sapiētie salutaris potabit illum, & firmabitur in illo & non flectetur, & continebit illum & non cōfundetur, et exaltabit illum apud proximos suos. ¶ Ad nonam. Cā.

Vbi s. In medio ecclesie aperuit os eius & impleuit eū dn̄s spū sapientie & intellectus: stolam glorie induit eum. Vespere erunt de sancto iohāne de beuerlaco: oīa de cōi vni⁹ cōfes. & pōtificis paschalis tēporis: cū cā. & oro. & re. de cōi vnius cōfes. & pontifi. reliqui tpīs: licet hic sequatur seruitium de proprietate. Tres lectiones fiant cum regimine chori. Oratio.

Deus qui presentē diē beati iohannis cōfessoris tui atq pontificis migratione cōsecrasti: da ecclesie tue digne de eius solēnitate gaudere: vt apud tuā miam exemplis eius adiuuemur & meritis. Per dominum nostrum. Memoria de apostolis. a Occurrit beato iohāni ab exilio reuertenti oīs populus virorū ac mulierū clamantiū & dicentiū: benedictus qui venit in noīe dn̄i alla. Ꝟ⁹ Gaudet e iusti. Oro Deus qui cōspicis vt supra. ¶ Ad matu. Lc. j.



Beatus iohannes archiepiscop⁹ inter confinia anglorum cū puerili adhuc pubesceret euo: theodoro cantuariensi archiepiscopo admissus est. Qui eum omni probitatis more instruxit: atq prudentiā docuit. L. ij.

Cum iam bene litteris esset imbutus beatus iohannes: in eborācensi ciuitate episcopatum accepit. Cum autem quodam die in porticu sancti michaelis orationi vacaret: vnus diaconus introspiciēs vidit spiritum sanctum super altare residentem, radium solis vincentem candore: cuius facies cremabatur sancti spiritus ardore. Quē episcopus adiurauit: precipiens ne hāc visionem q̄diu viueret patefaceret. Lectio tertia.

Vixit in episcopatu triginta annis. Postea cum senex esset effectus ordinato in episcopatu Eboracensis ecclesie vvilfrido presbytero suo: beuerlacum petiit: ibiq in dei seruitio vitam finiuit. Cetera omnia de cōi paschalis temporis. Si hoc festum vel sancti dunstani, vel sancti aldelmi in vigilia ascen. domini euenerit celebretur. Ad primas vesperas de ascen. nō fiat de predictis sanctis memo. in audiētia. Si vero in die ascen. dn̄i aliquod fest. istorū. s. contige. differatur in crastinum: et tunc ad secundas vesperas de ascen. fiat de eis memo. priuatim &c. Si vero festum sanctorum dūstani, aldelmi, barnabe, vel richardi in fest. sancte Trinitatis contige. differatur in crastinum: et tunc

stant medie lectiones de octaua Trinitatis.

¶ Sanctorum Gordiani et epimachi martyrum. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beatorum martyrum tuorum gordiani et epimachi solennia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum Jesum.

Tres lectiones cum Inuitato. dupl. stant sine regimine chori. Lectio prima.



Julianus imperator apostata inter multos christianos quos publicis custodiis mancipauit: beatum ianuarium senem presbyterum comprehensum cuidam vicario suo Gordiano nomine ad erudiendum tradidit. Lectio secunda.

Gordianus vero beatum ianuarium patienter audiens: cepit in christo credere. Quem protinus beatus presbyter cum vxore magna nomine: et familia promiscui sexus numero quinquagintatribus: et eo amplius baptizauit. Tunc iulianus ira plenus damnauit proscriptionibus beatum ianuarium: gordianum vero clementiano (quem vicarium eius loco dederat) tradidit. L. iij.

Clementianus sedens pro tribunali fecit gordianum vinctum sibi presentari: et diu fustibus cedi: et post capite truncari. Cuius corpus in tellurem proiectum canibus, rapuerunt christiani: et sepelierunt in cripta vbi iampridem corpus beati epimachi sepultum fuerat: miliario plus vno ab vrbe roma. Cetera de communi plurimorum martyrum paschalis temporis.

¶ Sanctorum Nerei, et Achillei, atque pancratij martyrum. Oratio.

Semper nos domine martyrum tuorum nerei, et achillei, atque pancratij foueat (quesumus) beata solennitas: et tuo dignos reddat obsequio. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Tres lectiones cum Inuitatorio duplici sine regimine chori. Lectio prima.



Domicella virgo nobilissima neptis domitiani imperatoris duos habuit eunuchos cubicularios: nereum et achilleum: quos sanctus petrus apostolus baptizauerat. Hecque desponsata erat cuidam illustri viro: nomine aureliano. Cunque supradicti eunuchi docuissent eam christo suo suam seruare virginitatem: aurelianus sponsus eius impetrauit a domitiano vt si sacrificare contemneret, pontiane insule subiret exilium. Quod sibi concessum est. L. ij.

Igitur cum esset in exilio domicella et cum illa degerent nereus

et achilleus: aurelian⁹ illuc adueniens cepit animos eorum primo promissionibus, deinde berberibus et flammis attentare. Cum nec sic sacrificare voluissent: capite cesi sunt Quorum corpora auxiliti⁹ discipulus eorum sepeliuit: via ardeatina a muro vrbis miliario vno et semis. Lectio. iii.

Facta persecutione christianorum a paganis: adduct⁹ est ad diocletianum pancratius puer. cui dixit. Infantule suadeo tibi vt recedas a cultura christianorum: ne mala morte moriaris. Pancratius dixit. Omnis terror principum tantus est apud nos: quanta pictura ista quam videmus. Iratus diocletianus iussit eum duci in via aurelia: et capitalē ibi subire sententiam. Et sic cum palma martyrii migrauit ad dominum. Cuius corpus ab octauilla sublatum est noctu. Et conditum aromatibus: et dignissimis linteaminib⁹ inuolutum: sepultum est in sepulchro nouo quarto id⁹ maij Cetera omnia de cōi plurimorum martyrum pasc. tēporis.

¶ Sancti dunstani epi et confessoris in tempore pas. iij. lc. cum regimine chori. Oratio.

Deus qui beatum dunstanum pontificem tuū ad regna transtulisti celestia: da nobis per gloriosa ci⁹ merita, ad gaudia transire perēnia. Per dominum nostrum. Eodē die fiat memoria de sancta potentiana virgine ad primas vesperas et ad matu. Rx Simile. V. Diffusa. Oratio.

Concede nobis qs omnipotens deus sancte potentiane virginis tue et exultare meritis: et beneficiorum eius attolli suffragijs. Per. Si hoc festum vel sancti aldelmi, vel sancti edmūdi, vel sancti barnabe apostoli ante pente. euc. fiant. iij. lec. cū regimine chori. Cetera omnia fiant de cōi sanctorum pascha temporis. Si vero post pentecoste. eue. fiant. ix. lc. et cetera oīa fiant de cōi reliqui tpis. lc. j.



Beatus dunstan⁹ talibus parentibus ort⁹ claruit: quales seculo exemptos inter choros cōspicere mereretur angelorum. Nat⁹ vero puer dunstan⁹ in sancte trinitatis nomine baptizatur: et postmodum litterarū studiis tradit⁹ est. Cumque iam in dei seruitio adolenisset: dorobornensi archiepiscopo aldelmo (patruo scilicet suo) accessit. In cuius moribus cum eidē archiepiscopo complacuisset: regi atelstano ab eodē est presentatus: et cum omni affectu est commendatus. Lectio. ij.

Beatus vero dunstanus tempore edmundi regis filij atelstani, monach⁹ et abbas glasconie effectus: monachorū ibi scholam primus instituit: et ita verbo et opere collaborauit. Et sicut de cereo pregnantis genitricis eius cereorūque

per totam ecclesiam cerei fuerant accensi: ita per eum ex hoc loco norma religionis monastice toto anglorum diffusa est orbe. Cunque prefato regi natus esset filius, qui in baptismate dictus est edgarus: beatus dunstanus divinis intendens, audivit psallentium vocem. Pax anglorum ecclesie: nati nunc pueri et nostri dunstani tempore. Quod postea rerum probavit effectus. Lectio tertia.

Quodam tempore presente sancto dunstano: trabs maxima in culmen ecclesie erecta ruere cepit: multis minans interitum. Quam dunstanus dextera manu signum crucis faciens relevat. Hunc etiam quadam nocte orantem diabolus in ursi effigie aggreditur: et cambucam cui vir dei innitebatur, de manib9 eius dentibus suis auferre conabatur. Sed vir dei imperterritus cambucam levat: et horrendum monstrū cedendo insequitur. Et dum psallebat. (Exurgat deus et dissipentur inimici eius) informe fantasma evanuit. Postea rex edgarus in regni solio sublimatus, regnum in pace gubernavit: et dunstanum abbatem fecit episcopum wigorniensem. Adauctoque et londoniensis ecclesie presulatu: gemino claruit insignitus pontificio. Post hec vero archiepiscopus dorobornensis omnium consensu effect9 est. Hic etiam beatus dunstanus spiritum sanctum in specie columbe bis videre meruit. Et angelos dei modulantes et dicentes. (Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison) in laudem trinitatis audivit. Atque citharam suam parieti adherentem, angelicis manibus resonare antiphonam. (Gaudent in celis anime sanctorum) solus veraciter intellexit. Dixit itaque beat9 dunstanus septem regum temporibus: dieque vocationis sue imminente, ecclesiam sibi cōmissam deo commendavit. Et sumpto sacramento corporis domini, inter verba orationis spiritum in manus creatoris reddidit: et in pace requievit.

Cetera de cōmuni unius confessoris ponti. pas. temporis.

¶ Sancti Aldelmi in tempore pascha. iii. lect. cum regimine chori. Oratio.

Deus qui hodierna die sanctum pōtificē tuum aldelmum ad eterna sublimasti gaudia: illius qs meritis et precib9 illuc nos tua perducat misericordia. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Eodem die memoria de sancto urbano papa et martyre ad primas vesperas in paschali tēpore: cū hac antiphona. Lux perpetua. maior. Ps9. Gaudete iusti. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: ut qui beati urbani martyris tui atque

pōtificis natalicia colimus, eius apud te itercessionibus adiuuemur. Per dominū nostrum iesum christum filium.

Ad matutinas. Lectio. i.



Beatissimus Aldelmus splendidissimo Anglorum genere ortundus: attauis etiam regib⁹ est editus. Siquidem pater eius nomine kenten vir deo deuotus et in seculi rebus strennuus, ine regis erat germanus. Hic ergo kenten natalium dignitate & morum nobilitate parem sibi sortitus est vxorem: de qua hanc deo acceptissimam adeptus est ꝓlem. Cui non ociose (vt credimus) nec sine instinctu diuino: aldelmus nomen imposuit. Aldelm enim anglice, latine vetus galea interpretatur: quia galea salutis caput protectus, optimam de hoste in celum reuerit victoriam. Hic vero traditus est liberalibus studiis informandus. Vbi adeo in breui efflorauit: vt doctoribus quos grecos & latinos habuit non solū equiparandus, sed etiam preferendus estimaretur. Mirabantur doctores tam docile ingeniū: tā memorem animum. L. ii.

Cum igitur crescens etas adolescentiam excluderet: in meldunēsi ecclesia primo monachus, deinde presbyter et abbas effectus est. Ipse exercitiis spiritualibus grauiter insudabat: subiectosq ad eandem formam verbo et exemplo inuitabat. Denique omnia opera eius inchoabat charitas: & consummabat humilitas. Fama igitur beati aldelmi romam penetrante: eum sergius papa litteris ad se vocauit: & eum venientem honorifice recepit: quem dominus cum miraculis glorificauit. Dum enim quadam die in ecclesia lateranēsi missam celebrasset: casulam retro se porrexerit, ratus alicui tradere ministrorum. Quam deficiente ministro radius solaris ꝑ fenestrā irrūpēs: diu in memoriam scti sustinuit. L. iii.

Contigit etiā rome vt puer ex incesta matre incertoq patre editus: famam pape lederet. Quod intelligens aldelmus: puerum viginti dierum natum precepit exhiberi. Cui beatus aldelmus precepit vt fateretur si sergius papa incesti reus haberetur. Respondit infans ipsum sine crimine esse. Cūque beatus aldelmus benedictione pape recepta: ad propria reuersus in cenobio suo ecclesiam sancte dei genitricis construeret: trabs vna breuior aliis est inuēta. Contristatus vero sanctus ob lignorū penuriam, solus deum orans prosternitur: et facta oratione trabs mox elongata reperitur. Post hec episcopus factus est. Et post annos quatuor completos exuit hominem terrenum; deductus ad

paradisum manibus ange=lorum. Hic ad cenobium delatus: ibidem cum digna honorificentia est tumulatus.

Memoria de sancto Urbano ad matutinas in tempore paschali an. Lux perpetua. minor. R. Tristitia vestra. oratio ut supra. Cetera omnia ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad alias horas de communi unius confessoris et pontificis. Si hoc festum in octa. ascensionis domini cotigerit: nihil de eo fiet eo anno.

¶ Sancti Augustini episcopi et confessoris anglorum apostoli minus dupl. in tempore paschali iii. l. Capitulum. Ecce sacerdos magnus. Oratio.

Deus qui beatum augustinum pontificem, primum doctorem populo concessisti anglorum: eius interventu nobis tribue veniam peccatorum: et cum ipso celestium gaudia premiorum. Per dominum nostrum Jesum Christum. ¶ Memoria de sancto Aldelmo: cum hac an. in tempore pascha. Lux perpetua. maior. Lectio prima.



Beatus Gregorius romane sedis apostolicus: anno quarto sui pontificatus misit servum domini Augustinum et alios plures cum eo monachos timentes deum: predicare verbum dei genti Anglorum. Qui applicuerunt in quadam insula cantie: nomine tenedos. Rex vero hoc audiens, iussit eos in eadem insula manere: et eis necessaria ministrari, donec videret eos. Post aliquot dies rex ad insulam veniens: iussit Augustinum et socios suos ad se venire. Tu autem domine. Lectio secunda.

Tunc illi divina virtute prediti veniebant, pro vexillo crucem ferentes argenteam: et imaginem domini salvatoris nostri in tabula depictam Letaniasque cantantes pro sua simul et eorum propter quos et ad quos venerant salute eterna: deo supplicabant. Cunque beatus Augustinus verbum vite regi et suis predicaret: respondit rex dicens. Pulchra quidem sunt verba et promissa que assertis: sed quia noua sunt et incerta, non possumus in his assensum tribuere. Lectio tertia.

Verum quia de longe huc peregrini venistis: et ea que vera et optima creditis nobis communicare desideratis: benigne vos recipimus, vobis necessaria ministrantes. Nec prohibemus quin omnes quos poteritis, deo vestro societis. Deditque eis rex mansionem in civitate dorobornensi: in qua vigiliis et orationibus inservientes, verbum vite quotidie predicabant. Videns autem rex mundissimam vitam et miracula sanctorum: credens baptizatus est. Sed et omnis

populus respuens gentilitatis errorem, ad deum conuersus est. Post hec augustinus ab episcopo arelatensi iussu pape archiepiscopus anglorum ordinatus est. Ordinauitque beatus augustinus duos episcopos: (mellitum et iustum) ad predicandum verbum dei. Omnibusque rite peractis obiit vir dei septimo kalendas iunij: et in ecclesia apostolorum Petri et Pauli iussu et expensis regis ethelberti constructa, honorifice sepultus est. Tu autem dne.

In laudibus an. Ecce sacerdos. Cetera omnia de communi vnius confessoris et pontificis paschalis temporis. Si hoc festum in vigilia ascensionis domini euene. ibi cele. Vespere vero fient de ascen. et solen. memo. de sancto augustino. Si autem in die do. euene. differatur in crastinum: et ad secundas vespe. de ascen. fiat solen. memo. de sancto augustino. Si hoc festu infra hebdo. pente. eue. differatur vsque post fes. sancte trini. vt in sabbato post penteco. notatur.

Sancti germa. episcopi. iij. lect. fiant sine regi. chori. Oratio et cetera de comuni confes. et ponti. cu his trib lec. L. i.



Beatus igitur Germanus parisiorum pontifex, territorij augustudunensis indigena: patre eleutherio, matre vero eusebia procreatus fuit. Cuius genitrix pro eo quod hunc post alterum intra breue spacium concepisset in vtero: mota pudore muliebri, cupiebat ante partum infantem extinguere. Lectio secunda.

Accepta igitur potione vt abortiuum proiiceret, dum nocere sic non posset incubabat super ventrem: vt pondere suffocaret, quem veneno ledere non valebat. Sed ad sancti preconia multa stupenda stebant miracula. Lectio tertia.

Erat namque in elemosynis dandis largus: nudos pauperes vestiebat: et quicquid habere potuit in operibus charitatis expendebat. Tandem vero diem transitus sui ita predixit. Accersito notario scribere iubet quinto kalen. iunij: quo die beatus confessor migrauit ad celum. Cetera de communi vnius confesso. et pontificis.

Scte petronil. v. no mr. or.

Deus qui beate petronille virginis tue animam in celestibus collocasti: fac nos eius interuentu a peccatorum nostrorum nexibus solui: et ab omni semper aduersitate defendi. Per dominum. Sancti nicomedis martyris. Oratio.

Deus qui nos vti nicomedis martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propitius, vt cuius beneficia poscimus, dono tue gratie consequamur. Per dnm.

¶ Sanctorum Marcellini et Petri martyrum. Oratio.

DEus q̄ nos annua sanctorum martyrum tuorum marcellini et petri solennitate letificas, presta quesumus: ut quorum gaudemus meritis prouocemur exēplis. Per dominum nostrum.

¶ Sancti Bonifacij sociorūq̄ eius martyrum. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui beato bonifacio et socijs eius palmā martyrij contulisti: presta q̄s, nobis eorum meritis indulgentiam, qui eis largiri dignatus es coronam. Per dominum.

¶ Sctōrum medardi et gildardi epōrum et confesso. Oratio

DEus qui nobis sanctā huius diei solēnitatem in honore sanctorum cōfessorum tuorum atq̄ pontificum medardi et gildardi consecrasti: adesto familie tue precibus, et dona: ut quorum festa celebramus: eorum merito et auxilio subleuemur. Per dominum.

¶ Translatio sancti edmundi episcopi et confessoris in tempore paschali tres lectio. fiāt cum regimine chori. Oratio.

DEus qui nos beati edmūdi cōfessoris tui atq̄ pontificis translationem celebrare concedis: te suppliciter exoramus: ut eius meritis et precibus a vitiis ad virtutes, et a carcere transferamur ad regnum. Per dñm. Memoria de mar. primo et feliciano. a. Lux perpetua, maior. Ps. Preciosa est in conspectu dñi. Oratio.

HAc nos q̄s dñe sanctorū martyrum tuorum primi et feliciani semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tue dona sentiamus. Per dñm. Ad matu. et ad alias horas: oia de cōi unius cōfes. et ponti. pasc. tpis: cū. iij. lc. de cōi uni. confesso. et ponti. reliqui temporis et cū oratione supradicta. Hac die ad memo. de martyrib. primo et feliciano ad matuti. et ad. ā. Lux perpetua minor. Ps. Preciosa. Oratio. Fac nos quesumus domine.

¶ Sctī Barnabe apl̄i in tpe pas. iij. l. cum regi. cho. Orō.

ECclesiam tuam q̄s dñe beati barnabe apl̄i tui commēdet oratio: ut pro ea interuentor existat quam doctrina et passione illustrat. Per.

Ad matuti. inui. trip. Lectio. i.



BEatus barnabas qui et ioseph: cyprius genere, tertio post passionē domini anno, cū paulo apostolo ad apostolatū (vocante spiritu sancto) electus est. Qui cum esset apud iconiū cum paulo apostolo: apparuit ei per visum dñs iesus christus dicēs. Cōstans esto barnaba credendo, quoniam pro sancta deuotione qua reliquisti generationem tuā pro nomine meo: premia recipies eterna. Cūq̄ de iconio pertransisset antiochiam: angelica visio per noctē facta est beato paulo apostolo, dicens. Celeriter propera

hierusalem quia fratres tui valde prestolantur aduentum tuum. Quod cũ beato barnabe retulisset: ait beatus barnabas. Quia volũtati dei cõtradicere non expedit: fiat voluntas dei. Obsecro igitur te vt ores pro me ad dñm: vt decertatio mea acce[p]tabilis sit in conspectu suo. Nunc enim propero cyprum: faciem tuam (prohdolor) vltra corporaliter non visurus. Lectio .ij.

Tunc procidit barnabas ad pedes pauli: flens amare. Cuius dolor paulus compatiẽs: ait. Noli frater flere: mysterio illud agitur. Positis autem genibus orãtes: & oscula sibi dantes: adinuicem vale fecerunt. Barnabas vero ascendens nauẽ: descendit loadiceã decertans vt pergeret cyprũ. Cum autẽ cyprum peruenisset: inuenit ibi simonem & aristonem seruos dei. Simon autẽ vrebatur febribus. Cui cũ manus imposuisset beatus barnabas, & sacrũ euãgelium per inuocationem saluatoris dñi nostri pdicasset, statim febris fugata est: & a deo corroboratus apostolum secutus est. Visitatis igitur & in fide confortatis parentibus suis beatus barnabas exiuit a cypro: inde paphum transiturus. Sed obuians ei malignus iudeus nomine barieu (quem beatus pau[lus] ad tempus visu priuauit) malitia motus prohibuit eũ ne introiret paphum. Proinde apostolus reuersus introiuit salaminam. Lectio tertia.

Inuenitq; apostolus in salamina synagogam iudeorũ: quam ingressus cepit hortari ad fidem, & per euangelium matthei, christi gratiã introduxit. Quod videns barieu, seditione facta cõprehendi fecit apostolum. Et querebant illum tradere proconsulari ciuitatis: affligentes illũ multis suppliciis & variis cruciatibus. Sed veriti nimium ne de manibus eorũ eriperetur: ligãtes funem in collo eius, nocturno tempore dilaceratũ a synagoga in hippodromiũ pertraxerunt. Post hec autem circundantes illum igne: crudeliter cremauerũt. Sicq; beatus apostolus migrauit ad christum. Impii autem iudei non satiati de nece apostoli, zelo concitati tulerunt corpus eius: & in locello plumbeo recludẽtes, in mare precipitare disponebant. Sed ioannes discipulus eius nocturno tempore illud collocauit in cripta (que omnium erat habitatio iebuseorum) tertio idus iunii: vbi diu latuit. Sed tẽpore gelasii pape eodẽ apostolo reuelãte: corpus eius inueniri permisit.

Cetera de cõi vnius apli pa. tpis

¶ Scõrum basilidis, cyrini, naboris & nazarii mar. Oro.

Sanctorum martyrũ tuorum basilidis, cyrini, naboris, & nazarii q̃s dñe natalitia votiua resplẽdeant: & quod illis contulit excellẽtia sempiterna, fructibus nostre

deuotionis accrescat. Per.

¶ Basilii epi et conf. Oratio.

Deus qui beatū basiliū confessorem tuum doctorem precipuum catholiceqz fidei predicatorē eligere dignatus es: presta q̄s vt ipso pro nobis intercedente: a peccatorum nostrorū mereamur exui malis: et tibi dn̄e syncerisme̅tibus deservire. Per dominū

¶ Sanctorum viti, modesti, et crescentie martyrum. Oratio.

Concede q̄s omnipotēs deus: vt sanctorū martyrum tuorū viti et modesti atqz crescentie quorum celebramus victorias, participemus et premiis. Per dominum.

¶ Sanctorum cyrici et iulite martyrum. Oratio.

Exaudi nos domine de⁹ noster cum sanctorū tuorum cyrici et iulite matris ei⁹ tibi patrocinio supplicantes: vt quorum celebramus triūphum, possimus retinere constantiam. Per dominum.

¶ Marci et marcel. mr. Oro.

Presta q̄s omnipotens deus: vt qui sanctorum tuorum Marci et marcelliani natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per dominum nostrum.

¶ Finis.

¶ De horis canonicis attende diligenter.

Um beneficiat⁹ omnis, aut in ordinib⁹ sacris constitutus: iuxta determinationem ecclesie teneatur dicere horas canonicas septem. Aduertat q̄ in primis animū suum preparet: vanos cogitatus prorsus abiiciendo. Interorandum: colloquia, risus, et iocos nō admisceat. Auibus, canibus, bestiis nō intendat. Locum deuotioni aptum eligat, omniqz impedimento vacuū. Non gratia humane laudis accedat, sed recta et bona intentione. Intendēs dei laudem, officii satisfactionem, meriti augmentum, benefactorū suffragium.

¶ Initiādo deniqz muniat se signo sancte crucis: premittēs orationem dn̄icam cū salutatione angelica, vt diuina assistat gratia qua mens in laudem dei deuotius eleuetur: ac obsequium illud creatori acceptabilius reddatur.

¶ Legam⁹ i[...]itur fratres charissimi canonicas horas. Integraliter, cum cordis attentione. Affectualiter cum mentis deuotione. Intelligibiliter, cum distincta oris expressione. Venerabiliter, cū gestu corporis et anime. Congruenter locis et horis statutis.

¶ Psallentibus nanqz (sicut sanct⁹ dicit bernardus super cantica) dignantur admisceri angeli sancti. Eapropter eorū debemus attendere presentiā cum stamus ad orandū et psallendū: et stare cum omni reuerentia et disciplina: et hos crebrius attendere versus.

Cum domino psalles: psallẽdo tu tria serues.
Dirige cor sursum, profer bene, respice sensum.
Tunc orantur hore: cum corde leguntur et ore.
Auscultando cane, simul incipe, desine plane.
¶ Is profecto qui horas canonicas dicit deuote: copiosius a deo premiabitur, in tribulationibus suis consolabitur, a periculis preseruabitur, gratiam dei ampliorem obtinebit & gloriam, cõscientiam suam alleniat, tributũ deo soluit et debitũ. Seruitus quippe clericorũ est, quotidie septẽ horarum seruitia persoluere. Illi nimirũ angeli dei erũt familiares amici & custodes: & que queque illius opera erunt ex tunc a deo acceptiora, plus sibi meritoria & viuis defunctisque utiliora. Has denique orationes deus citius & libentius exaudit, quam alias priuatas.

¶ Deo gratias

¶ Pars hyemalis tam de tempore quam de sanctis Portiforii ad insignis ecclesie vsum Sarisburiensis: finit feliciter.

¶ PARISIIS.

¶ Per Magdalenam Boursette viduã Francisci Regnault

¶ Index chartarum.

✠.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.A.B.C.D.E.F.G. Omnes sunt quaterniones preter t, y. G, qui sunt terniones.

1555.

¶ Incipit pprium de sctis tpe estiuali. ¶ Sancti dunstani epi et confessoris extra tps pascha le nouem lectiones fiant. Or.



Deus qui beatum dunstanum pontificem tuum ad regna transtulisti celestia: da nobis per gloriosa eius merita ad gaudia transire perennia. Per. Eodem die fiat meo. de s. potentiana. Eg. ad j. ves. et ad matu. a Simile est reg. V. Diffusa est gratia. Oratio.

Concede nobis quesumus omnipotens deus scte potentiane virginis tue et exultare meritis: et beneficiorum eius attolli suffragiis. Per. Si hoc fest. vel sancti aldelmi, vel scti edmundi, vel s. barnabe apo. an pente. ene fiat. iij. lec. cum reg. chori. Cetera oia fiant de com sanctorum pasc. tpis. Si vero post pente. ene. fiat. ix. lec. et cetera omnia fiat de com reliqui tpis. Lec. j.

Beatus dunstanus talibus parentibus ortus claruit: quales seculo exemptos inter choros conspicere meretur angelorum. Natus vero puer dunstanus in scte trinitatis noie baptizatur: et postmodum literarum studiis traditus est. L. ij.

Cumque iam in dei seruitio adolevisset dorobornensi archiepo aldelmo patruo scilicet suo accessit: in cuius moribus cum eidem archiepo complacuisset: regi athelstano ab eodem est presentatus: et cum omni affectu commendatus. Lco. iij.

Beatus vero dunstanus tpe edmundi regis filij athelstani monachus et abbas glastonie effectus: monachorum ibi scolam primus instituit: et ita verbo et ope collaborauit. Et sicut de cereo pregnantis genitricis eius: ceterorumque per totam ecclesiam cerei fuerant accensi: ita per eum ex hoc loco norma religionis monastice toto anglorum diffusa est orbe. L. iiij.

Cumque prefato regi natus esset filius qui in baptismate dictus est edgarus: vbi dunstanus diuinis intendens audiuit psallentium voce. Pax anglorum ecclesie nati nunc pueri et nostri dunstani tpe. Quod postea rerum probauit euentus. L. v.

Iam intellecta fecunditate matris superest vt superiorem ordinem nature nostro proposito adaptemus. Tunc enim scta sarisburiaru ecclesia lacteo tantum coagulo foueri visa est: quando beata dei genitrix cuius candida virginitas lactei dulcoris similitudinem habet sola ipsius ecclesie patrona constituta est. Sed vbi etiam per merita sacerdotis sui: cui quondam incubebat immolado carnem et sanguine christi: peccata populi expiare no cessauit altissimus conferre lagnidis beneficia sanitatis: exinde post digna venerationem rutilatissime dei matris cepit etia atq; etia corpus gloriosi pontificis ab inumera plebe deuotis affectibus visitari. Ita quide effectu est: vt beata virgo: cuius inestimabilis cador ab humanis nequit coprehedi obtutibus peculiare populi deuotione ad relicta in terris massam carnea serui sui osmudi pro rependio no indigno trastulerit. R. In regu quonda conspectu magnificatus. Nuc immortali gaudet cepisse corona. V. Deseruire deo males q regna te-

nere. Nunc immor. Lectio.vi.
Cum tandem cōtinuata fre-
quentia signorū eius magni-
tudinis molē excreuit vt talis
q divina sancti tanta virtus
diutius celari nō posset cepit
super his semel iterū atq ite-
rū sedes apostolica cōsultari
Sed tot heu annis totq pre-
cedentiū tēporib9 : tum igna-
uia : tū negligētia multorum
qui sollicitandū missi sunt ad
negociū tam q si plane satis
instructū p infecto dimissum
est vt a capite denuo sepe resu
mere informareq pcessum ob
liuio temporū mediorum com
pulerit. Deniq postq ex inte-
gro recēti9 superioris vite ac
miraculorū testimoniis aucta
q i dies fama pōtificis :nihil
materie seu forme qd tante rei
pōd9 exigebat:deesse videba-
tur nouissimis dieb9 istis an-
no vz quadringētesimo quin
quagesimosexto sup mille fe-
licis recordationis calixt9 pa
pa terti9 pridie nonas decem-
bris: decretū future canoniza
tionis legitime pmulgauit.
Quo quidē die puidentia di-
uina magis q fortuitu id acci
disse arbitremur vt is dies q
osmundū depositio carnis one
re incolā fecit in celis:idē in-
teruolutis plurimorū annor
curriculis:prim9 eū iudicante
ecclesia iudicaret p sctō vene
randū in terris. ℟. Confessor
chri felix feliciter audi nos ti
bi deuotos laudiq tue famu-
lantes. Ad impetrandā veniā
p crimine nro Quesumus vt
nobis celit9 obtineas. ℣. O
pater osmunde clarū dec9 vr-
bis et orbis: seruorū gemitus
tristes tu suscipe clemens. Ad.
Gl'a. Quesum9. ¶ In iii. noc.
ā. Comes fact9 sagse cū succes
sit patri cuncta dat ecclesie bo
na sue matri. ℣. Dn̄e quis ha.
ā. Postremo dorsetie nat9 co
mitatū spreto mundo trahitur
ad presulatū. ℣. Dn̄e in vir. ā.
Iā celestē obtinēs pastor pre
laturā seruis tuis īpetres vi-
tam permansuram. ℣. Dn̄i est
terra. ℟. Iustus vt pal. Lc. vii.

Statutis ergo primis
ex tunc kalēdis ianua
rii p termino tā sancti operis
perficiēdi. Prefat9 romanus
pōtifex: quē antea grādeua se
nect9 ac decrepita imbecillitas
incuruabat mirū in modū in-
stantē prefixe celebritatis die
speciali vt pie creditur osmū-
di patroni repēte cōualuit: ita
vt stupētib9 cunctis qui conti
nuā ei9 inualitudinē expertā
habuēre diuina officia cetera
q tanta necessaria mēte robo-
rat9 et corpore ppria in perso-
na solēniter execut9 sit. Verū
quid multis ista strinxerim9?
sufficiat i ei9 laudē vel id pre
sertim ceterorū pace sanctorū
audacter pfiteri nō facile re-
pertum p quo de9 tot cētena-
riis annis tāq indesinēter cu
ram populi operat9 sit. ℟. An
te deū magnas virtutes opera
tus est osmūdus sctūs: cui9 do
ctrina salubris Cunctas eccle
sias illustrat in orbe fideles.
℣. Mundū contempsit iam ce-

lica regna subintrat. Cunctas ecclesias illu. Lectio octaua.

Interea sancto sepe fata saris buriensis ecclesia tanq̄ grandidissima parens vicinam, partui pluris punctionibus & pressuris affecta, iteq̄ cupide videndi sancti plebis pōdere fatigata: anteceptū hodierne festiuitatis officium illud hieremianum ꝓpheticū iugiter ingeminando clamauit, Uentrem meū doleo: ventrē meum doleo, acsi apertius voce queribunda dixisset Satis ne mihi soli est plusq̄ trecentis annis anxiā, & dolorosā hoc op⁹ geniture mee nobile onus clā intra viscera cōtinuisse. Uidete ceteras spōsas regni q̄ expedite pignora sua edidere: videte inq̄ eas: videte & me. Ego earum aliquas generando preueni: sed ab eis pariendo preuenta sum. Quod sane intelligens nobilis vir richardus de bello campo: qui eiusdem tunc ecclesie magno fungebatur sacerdotio: adiunctis sibi decano ac fratribus parassimis einsdē loci canonicis more vigilantissime obstetricis: nō tam prudēter obseruauit q̄ accelerauit: tēpora partus. Quorū impensis deuotione ac industria elaboratū est: q̄ intra eundē annum facte canonizatiōis: decimo septimoq̄ kalendas sextilis: translatio eius solēniter cōpleta est. Cui siquidē festiuitati copiose interrerāt primates toti⁹ ꝓuincie presules ac principes regni: cum inferioris plebis multitudine admiranda. Rx. Infirmos curat, cecos ac debilitatos mēbris cōsolidat, partim genus omne doloris donat ei dn̄s vt remouere queat. ✠ An febris, an pestis, an sit pressura parentis. Uo. Lc. ix.

Iste est dies ergo fr̄es dilectissimi expectate letitie: dies exultatiōis: termin⁹ meroris: principium cōsolationis nr̄e. Hodie namq̄ apertis visceribus terra ꝓtulit confessorem, hodie osmundū tanq̄ mundo iterum exortū gaudemus, hodie capsam reliquiarum eius quasi cunabula noui nascētis deuotis gressib⁹ frequētam⁹ ad postremū: vt tuam venerāde pontifex sanctitatē familiarius alloqueremur percunctātibus iam nobis quo sermone hodierne celebritatis tue officium aptius cōcludam⁹, nihil vtilius decretum occurrit vt omnipotentiā dei in vita tua laudabili ac miraculorū gestis admirandā colendāq̄ deuotis preconiis attollamus. Ei⁹ nāq̄ gratia ex fragili vmbratilique mundana pompa ad electū sacerdotiū vocatus es: ei⁹ virtute sanctis ꝓfuisti operib⁹, eius potētia clarissimis post mortem signis effulseras. Oya ergo tam magne sacerdos agnosce hanc prerogatiuā virtutis tue: vt ceteris more plorantis rachelis desinentibus aliquādo cōsolari filios suos: tu nunq̄ expetita suffragia precātibus impartiri cessaueris,

esto ergo amodo supplex q̄s p populo et pro ciuitate ista interuentor assiduus pacem obtineas, lāguores cures, nephandi reat⁹ maculas terges: quatenus tandē tecū in beatā translati requiē huius tēpora liter celebrare trāslatiōis tue fructum in eterni patris cōuiuio suauiter degustemus. Tu. Rm. Miles et alme pater. vts ad ves. V. Ora p nobis beate osmunde. R. Ut digni efficiamur promiss. ¶ In laudib⁹ ā. Hic osmundus refugit regētis honorē dei domus eligens preferre decorē. ps. Dn̄s reg. ān. Sanct⁹ iste stabilis in cōfessione: mercedem promeruit celestis corone. ps. Jubila. ān. Ob decus ecclesie multū vigilauit deū solum sitiens carnē macerauit. ps. Deus de⁹ meus ān. Benedicta neustria talem fundens domū: o q̄ felix anglia hūc habēs patronū alla alla. ps. Bn̄d. ān. Qui cū sanctis omnibus regnas nunc osmūde pro nobis orantib⁹ deo preces funde alla. ps. Laudate dn̄m de celis. Cp. Ecce sacerdos ma. Hy⁹. Jesu redemptor oim. V. Justus germinabit. ān. Prudentē seruum te cōstat et esse fidelē quē de⁹ in plebem prefecit iure regendam: bene tritico verbi vacuas animas saciasti: nunc hoiem totum necesses reddere sanū. ps. Bn̄d⁹. Oro. Deus cui⁹ antiqua miracula. Ad .i. ān. Hic osmundus. Ad .iij. ān. Sanct⁹ iste. Capm. Ecce sacerdos. vts. Cetera de omnia de cōi vnius cōf. Ad vi. ān. Ob decus ecclesie. Capm.

Quasi stella matutina i medio nebule: et quasi luna plena in dieb⁹ suis lucet: et quasi sol effulgēs: sic ille effulsit i tēplo dei. Ad ix. ā. Qui cū sanctis omnib⁹. Cpm.

Iterauit orationem volens ostendere virtutem dei qui fecit nobiscum secundum miam suam. Ad .ij. vesp. ān. Hic osmundus. ps. de fer. Cp. Ecce sacerdos. vts R. Confessor chri. Hy⁹. Jesu redēptor. V. Justus germinans. Salue celeberrime pater clericorum osmūde sanctissime lumen cōfessorum: dele tuis precib⁹ perpetrata male: memor in celestibus nostri semper vale. ps. Magt. Oro vts ¶ In commemo. sancti osmundi. Lectio .i.

Commemorantibus nobis sedula deuotionis merita beatissimi cōfessoris osmundi libeat tāte sanctitatis normā ex ordine cōtemplari: vt pariter dn̄o annuente collibeat mores ac vitam ipsius p nostris virib⁹ imitari. Proponimus igitur tibi primū o nobilissima indoles iuuenū in osmūdi nostri auspiciis ducente adolescentie tue felix ac expeditū itinerarium. Audi ergo cum eo libenter precepta patrum: vaca scolis: fuge petulantiam: itaq3 audacter semper tamen sub timore dn̄i induere fortitudinem tuā. Cumq3 in virum adoleueris teq3 sors collegio forsan militari ascri-

pserit. Habes hunc magistrū militū patronum iuste bellantium: sub quo disces militare non esse peccatū dum ipsius more deo religionem principi fidelitatē patrie custodiam pura mente reddideris. Lectō. ij.

Accepimus iā tanti patris exēplo instructionē rei militaris, deinceps quid virū dei deceat audiam⁹. An iudicem aut assessorē constituit te populus tuus. Ergo quasi vnus ex eis nō te attollas non superbias: non minorē cōcutias. Ita magnū iudicatur⁹ vt paruum nolis acceptor esse personarum. Porro iste sanct⁹ tā ꝙ naturali iure regio sanguine secularis ꝙ pollice prerogatiua principis latere quotidie honorari promeruit: a plebeis tamē questibus pupillorum ac viduarum, lachrymosis aurem pietatis non auertit. Lectio. iij.

Quid sacerdotiū eius repetim⁹: quid elemosinas: quid ecclesiarum clericorūꝙ dotes: quid oīm prorsus abiectionē tēporalium cōmendam⁹? ista mire sctitatis sue indicia sunt Quare in summa recensentes toti⁹ vite seriē tanti confessoris plane recognoscim⁹ ꝙ omni tēpore duxit eum dn̄s per vias rectas: deditꝙ illi scientiam sanctitatis: qua regnum dei dignissime mereretur. Tādē vbi in vinea dn̄i operator assiduus multiplicatis talentis fidelissimus seruus probatus est iussus intrare in gaudiū dn̄i sui tradidit celo animā: terre corp⁹ miraculis gloriosum oīs humani lāguoris indeficientē ac expeditissimā medicinā. Prestante eo quem cōstanter confessus est dn̄o iesu christo: qui cū patre ꝙ spū sctō viuit rex ꝙ sacerdos in eternum. Amē. Ad vel. an. Pastor pius ad gregis gaudium egris prestat vite solatiū: confractis mēbris confert subsidium ꝙ visus cecis prebet refugium exultans gaudet mater p filiū: que tali partu floret vt lilium. ps. Magt. Orō.

Deus qui beatū osmundum pōtificem tuū a seculi militia ad celestē reuocasti: concede nobis vt mūdanis abiectis desiderijs bona celestia capiam⁹. Per. Ad mat. an Bone iesu osmūdi meritis: tu nos munda mūdi piaculis et concede vt grex a maculis peccatorum viuat incolumis. ps Bn̄d⁹. ¶ In die ad missam.



Gaudeamus oēs in dn̄o diem festū celebrantes sub honore sancti osmūdi cōfessoris: de cuius translatione gaudent angeli: ꝙ collaudant filiū dei. ps. Exultate iusti. or.

Deus cuius antiqua miracula etiā nostris temporibus ad tui nois magnificentiā ac laudem ꝙ honorē sancti cōfessoris tui osmundi choruscare sentim⁹: cōcede propitius vt cui⁹ cōmemorationem colim⁹: ꝙ in presenti seculo te glorificem⁹ ꝙ in futuro te per-

lenti mereamur. Per. Epistola Ecce sacerdos magnus qui in vita sua. Gra. Dñe preuenisti Alla. Elegit te. Sequentia.
Gaudemus in messia veritate vita via beatorū gloria.
Dies festus celebretur: quo osmundi decantetur honor et memoria.
In solennizatione cum commemoratione: cuius celice persone stant cum reuerentia.
Et collaudāt natum dei: qui vt finis omnis spei ex munificentia.
Hunc osmundum confessorē parentela clariorem, illustri prosapia.
Ortum fecit quem virtutum preter militare scutum isigniuit gratia.
Prudens potens temperatus spe et fide roboratus, preeminet iustitia.
Et prepollet charitate, quibus armis deitate: datis vicit vicia.
Fastum riram & liuorem auariciam torporem gulam luxus iacula.
Sternit, sedat, delet, pellit, fugat, extirpat, refellit, miles absq; macula.
Gemmas, terras vestes aurumseq; pater hic thesaurum, ponit in ecclesia.
Illis decorauit thorum: sed de se miraculorum semper fluit copia.
Claudis gressus, cecis visus, mutis lingua, mestis risus, leprosis mundicia.
Vita mortuis donatur: & auditur qui precatur illum cum fiducia.
Ergo presulē beate: et deprecantibus date nobis ad solatia.
A peccatis nos emunda claritatis q; iocunda: intremus palatia.
¶ Alia sequentia in octa. die.
Almi patris nunc osmūdi: attollamus mente mūdi, laudes et preconia.
Ipsum pie deprecemur i hac die veneremur, illius solennia.
Vas & lampas sanctitatis, pacis semper claritatis, dirigebat federa.
Nostre matris ardens zelo, lucis fulgens nūc in celo, decorauit opera
Presulatus hic honore dei plebis et amore, fama creuit lucida.
Sidus tale sibi datum, celis gaudet fore natum gaudet bomannia.
Carnē freno castitatꝫ vas vt esset puritatꝫ, edomare studuit
Laudem eius digne tollit: quem laudare non desistit: colit hunc ecclesia.
Saxa iacent sinu matris eius illa iacta sacris clarent hinc miracula.
Inter sanctos numerari: & in luce collocari: p̄meret gaudia
Hic egenos releuauit cibo potu satiauit: nudꝫ vestē tribuit
Prudens pius castus mitis palmes crescens, vere vitis virtus eius claruit.
Deprecemur hunc patronū vt ascendens dei thronum: prece sua meritis.

Nos qui culpa sum⁹ rei sorti iungat summe spei : saluet et ab inferis.

Iesu christe tristi nece nos osmundi pia prece: saluos duc ad gaudia.

Ut muniti sancta cruce perfruamur tua luce : per eterna secula. Secundum Mattheū.

Mat. 7. In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Homo quidam peregre. Offertorium. Ueritas. Secreta.

Munera nostra q̄s domine meritis & intercessionibus munifici cōfessoris tui osmundi sanctifica: vt in filij tui dñi nostri Jesu christi corpus & sanguinem cōuertātur: & ad nostrarum proficiant salutem animarum. Per eundē. Cōio. Beatus seru⁹. Postcōio

Sumptis dñe muneribus sacris te supplices deprecamur: vt eorum virtute roborati beati osmundi cōfessoris tui atq; pontificis imitemur exempla : & ad gaudia perueniamus eterna. Per do.

¶Scda die &c.j. de miraculis gloriosi confes. & legatur per octa. qñ a festo vaca. cum regi. chori vt festum margarete virginis & fes. marie magdalene que fiunt cum reg. cho. Lctō. j

Postq̄ transcurso presentis vite stadio glorios⁹ sarisburiēsis ecclesie antistes osmundus ad superne patrie brauia deuotissime aspirasset mox ostensis per eius suffragia innumeris miraculorum signis: haud diu latebat homines in terris, q̄ti eum omnipotens faciebat in celis. Nā si de oim morborū genere cui preualuit: si de furiosis & mēte alienatis : qui q̄ plurimi ab eo curati erāt: si de claudis & cecis: si deniq; de vnda submersis ac alijs varijs infortuniis vita functis ad locum sepulture illius pristine incolumitati restitutis per singula diceremus: facili⁹ nos tempus q̄ copia finiret. Habētes igitur multa & multo equidē plura q̄ huius celebritatis officium dicenda patitur, pauca de his mirabilib⁹ que dñs fecit & ostendit nobis ecclesiasticum morē debite exequentes fidelium auribus in medium proferamus. Lectio ij.

Erat in veteri burgo mulier quedam agatha nomine: que dum fouendi diligēter infantuli sui maternali officio curam haberet: subito arescentibus mammis: nihil in eis lactis inuenit. Et qm̄ muliercule nimie paupertatis onere presse cōducendi nutricis, aut cuiuslibet cōparandi nutrimēti facultas non affuit liquore tātum ceruisie(vt ipsius patrie potus est) septem diebus puerum suū cogebatur alere. Uidens tandē inutili pastu puerum suū deficere ac de salute ipsius desperare: memor meritorū presulis osmundi audacter ad ipsi⁹ sepulchrū confugit: illicq; diuinū auxiliū hac voce querula flebiliter implorauit. Domie de⁹: qui forma-

sti puerū in vtero meo: et dedi sti ei vt hanc lucē videret: ob amorem osmundi pōtificis; da mihi opportunū illi auxiliū ne pereat. Adiūcta ilico oratione dñica vix ea completa mirum in modū a deo turgentia vbera sua lacteq; copiosa redundabāt vt tam felicē se matrem congaudens: deo ac beato confessori gratias agēs domum voti compos: cum gaudio remearet. Lectio tertia.

Jordanus clericus tā egra q̄ deformiori molestia multo tempore affectus est vt labiis illius ad vnā fere aurem cōtractis: et loquendi offm̄ et edendi masticandive necessitatē maxima quidē ex parte perdiderat. Hic autē cum nulla medicorū arte sibi poterat subueniri: demum ad sepulchrū beati viri orationib9 insistēs quodam osse putrido quod nouo et inuiso more alteri maxille superexcrescere videbatur in eodem loco protin9 liberatus est. Quo facto: ois decor et habitudo faciei restituit, recti sermonis modul9 datur: edēdi instrumēta libere largiūt. Alia. l. ij.

Languidus quidā quem inueterata paralysis diutissime incuruabat: aliquādo ex lōginquo ad cesarisburgū more vage mendicitatis adductus: coact9 est vrgente inedia post breue dimisso hospitio, ad portā languidorū se transferre illic cū ceteris victui suo necessariū mendicatū. Huius quē diximus lāguidi: mēbrorum tātus stupor vitam osm et sensum ademit: vt ad ignem applicata neq; vim ardoris: nec ferro fixa cruoris exitū, aut cruciatum aliquē sentiebant. Cui9 deniq; notorii imbecillitatē aliqui ipsius vrbis incole pietate laudabili cōpatientes: locum in quo elemosinas petiturus de more cōsedit ne a canib9 aut ceter; bestijs non valenti se defendere noceretur: quadam clausura ex virgulis facta sepe vallare fecerunt. Lectio secunda.

Uir iste post biennalem prope ibidem expectationē clara voce protestat9 apparuisse sibi in visione osmundum epm iussa ipsius plurib9 patefecit pro recuperanda sanitate ad tumbā ipse debere se deferri. Et licet aliqui primum tanq̄ pro vano somnio hoiem deriderent: postea tamē re secuta operibus credere cōpellebātur. Impetrato igitur tandē vt cuiusdā viri vehiculo iniect9 abhinc manibus et brachiis hominum: vt qui suorū actuum destitut9 officio stare aut pergere nō posset: donec ad sepulchrum beati viri perueniretur sustentatus est. Innixus ergo lapidi et fiduciā habēs in dño sequentē noctē: tū vigilijs tū orōnib9 ibidē deuote trāsegit. Mane autē facto: surgit eger: non tamē eger sed plenissime redditus sanitati: qui ad monumentum in momento per se mirabiliter erectus: ac consequenter de loco in laudem dei

multis cõcomitantibus ad altare procedens: ipsum deum in sui curatiõe mirabiliter predicat in sanctis suis. Lectõ. iii.

Fuit in eadem urbe femina quedam alicia noie que cecitatis infortunio per trienniũ laborabat: hec cũ multa loca sãctorũ deuotis gressib9 visitasset semper in eodẽ statu permanens qualis exiuit talis reuersa est. Volens ergo ostẽdere de9 mulierem ipsam int9 habere quod foris quesiuit, fecit venire in mentẽ suã ad tũbã osmundi pdesse soluere vota. Qd cũ fecisset: mox ibi optatũ visũ miraculose suscepit.

Dñica infra octa. Lectio. i.

Henricus primũ sarisburiensis decan9 postea bathocensis eps quendam in domo sua seruitorẽ habuit ruptura intestinorũ (q ad bursã virilẽ descẽderũt) pregrauatũ miserabiliter. Tanta fuit in homine hui9 casus molestia: vt preter inepti loci gibbositatẽ ob quam incedere non posset: etiã tenuis pellicule que ponderosa viscera ptinebat ruptionẽ in dies formidabat. Quid plura? vis egritudinis pluribus nota est: sed ipsa curãdi via: noua & inaudita est. Lc. ii.

Ueniente homine in templũ dñi ad monumentum gloriosi confessoris decubante post vigilias vni9 noctis reuersis intestinis in locum suum omis ab eo euanuit egritudo. Mira res ascendente ad te dñe oratione viri: meritis beati osmũdi ascendunt & viscera: omnis fractura & eruptio solidatur. Ascẽdit inquit ad te orõ sua & descendit sup eũ mia tua. L. iii.

Ut autẽ maiora repetendo de morib9 ad mortem: de morte ad vitam sermonem vertamus ex ore infantiũ & lactentium: qui aquis demersi meritis osmundi: multi numero restituti sunt celebritatis nostre laudem duximus cumulandã. Dum adhuc corpus memorati pontificis in veteri castro pausaret: puella paruula per fontem quendam ibi sol ingata transitum faciẽs in ipsum casualiter labebatur. Lec. iiij

Denique comperta re ipsa ex abysso leuata: non tã frigida q secundum legẽ vere mortis rigida exanimis perastantium iudiciũ reputãda est. Cui9 quidem rei signũ videbatur qm calidis postea indumentis circumuoluta est: atque ad ignẽ variis attrectationib9 ab hora nona usque ad vesperã sepe versa in eadem habitudine permansit, & non erat in ea neque vox neque sensus. Cumque iam tũc multi de exequiis tãtum modo cogitarent: parẽtes tamen & nutrix eiusdem sobolis quorum incurie tam miserandus casus ascribi videretur: postq omnia extrema inutiliter tentassent: tandẽ beatissimo confessori cum multis deprecationibus lachrymas ingeminant. Lectio quinta.

Miram in modum cum noctu media matutinũ primũ so

nuit officiū ecclesie cathedralis ad ingentē cōsolationē astantiū plebes ipa se aliquātulū mouere videbat. Sed heu mox in priorē mortē (an extasim dicā nescio) resoluta tā perseuerādi parētib⁹ causā dedit: ꝙ fuit gaudiū illō breue. Lectio vi

Illucescente igitur aurora deferunt ad ecclesiam exanime prorsus (vt visum eis est) corp⁹ ipsoꝗ; interea ad sepulchrum beatissimi presulis collocato supra petram: ad precū instantias illico se conuertūt. Et ecce mox puerula oculos aperiēs: alacri fronte manum erga nutricē porrigens palā omnibus subridere visa est. Ex quo die paulatim integre conualescēs: vixit feliciter annis multis. Quis ergo nisi incredulus: maximum nō miretur miraculū? Ad gelidi marmoris tactum animā potius redire: ꝙ ignis naturalis calore? Sed hoc totum non alia re credimus esse factū: nisi vt manifestentur opera dei volētis mirificare spiritum suum.

Qñ fest. scti osmūdi sab. cōtig. tunc in do. sequenti legāt de eo vj. lec. vt s̄ in trib⁹: ꝛ stant me die lec. de sctō kenelmo rege ꝛ mar. Et qñ do a festo vacaue. tunc legantur lec. vj. vt s̄ cum expōe euan. Homo quidā peregre vel euan. Vigilate quia nescit. legāt alternatis vicib⁹.

Sexta die. Lectio prima.

Cum ex angusto augusti cesarisburgo ad spaciū amenitatis cāpū sarisburiēsis ecclesia cū suis ministris sicut deo placuit translata est: corpus gloriosi cōfessoris osmūdi quod superiori loco centū ac viginti annis: miraculis choruscū requieuit: tanꝙ precipuus ipsorū thesaur⁹ nō poterat post terga relinqui. Ad cuius deniꝗ; monumentū nouum vidēs in dies eo frequētiora miracula: quo natura loci ad cōsuetiora: in paruulis presertim vt sint incauti: disponebat infortunia. Nam cū vet⁹ illud castellū super edita ꝛ montana fundamenta pmineret constitutū hec pfecto nouella ciuitas in loco demissiori ꝛ aquoso variis torrētib⁹ ac fluuiis vicati distincto notorie sita videtur. Et qui pcul dubio sepe numero accidit vt paruulis etas dubiis exposita casib⁹ vim ibi aquarū exundantiū etiam ad multorū (vt visum est) interitū miserabiliter experirētur. Sed si intelligas quotiēs hoc infortunio lapsis virt⁹ hui⁹ scti ad vitā resuscitauit fateberis plane nō esse ante lectū id alij sanctorū totiens contigisse. Lectio. ij.

Puer quidā apud nouā sarisburiā in vico cui nomē est interminabilis flumē mersus cū ex aquis leuabatur inuēt⁹ est sine vllo signo vite. Hic ad tūbam beati osmundi (ita enim ab incolis appellari consuetū est) circiter horā sextā post meridiē adductus: orantib⁹ interim amicis vsꝗ; post noctis mediū exanimis iacere visus

est. Inter primã autem horã extunc & secundã exaudita est oratio deprecantiũ ipso ibidẽ puero vite pristine restituto. Alius quoq; puerul⁹ duorum etatis annorũ in quodã alto & cotidie puteo iuxta mãsionem patris sui pfundis aquis absorpt⁹ binas ant circiter horas vndelibet inquisit⁹: tandẽ ibi inuent⁹ mortu⁹ extractus est: p cui⁹ obtinẽda vita deo & beatissimo presuli emissis votis: demum post duas alias horas reuixit puer: ac cuidã eum baiulãti i vlnis hec verba loquebatur. Thomas eam⁹. Ibi ergo cõsequenter ab amicis deo, ac beato viro grat⁹ act⁹ cõnaluit: & creuit puer benedicens deum in sanctis suis Lec. iij.

Hanc gratiã resuscitationis paruulorũ tot vicib⁹ ad declarãda cõfessoris sui merita dñs ostendebat acsi quẽlibet euencũ singulariter exponerem⁹ videretur pfecto ex pluralitate casum res eadẽ pluries refricata. Contẽti ergo exemplis gr̃a ipsi⁹ paucis: audacter etiã pstemur eadẽ vite beneficia adultis plurimis casus & status suos postea cõstentib⁹ diuini munere: ac sc̃i viri merito fuisse colata. Quorũ nẽpe alij cũ hostili ferro transfixi, alij massis metalicis ad cerebrũ percussi. Alij rapido fluminis cursu submersi, alij febribus acutis ac ceteris infirmitatib⁹ exanimes effecti pfusis per amicos ad sanctũ orationibus atq; votis vite ac incolumitati desideratissime restituti sunt. ¶ Septima die ĩ solennitate sc̃e marie magdalene ix. lec. & mẽo. de sc̃o osmũdo: cũ añis. iij. primi nock. Si dies do. infra oc. eue. stant. iij. prime lec. de do. vez sc. supra scripte: & inde legantur bine & bine: & sic de ij. s. vj. s. stãt. iij Et iij. med. lec. de sc̃o qui cõrige. in illa do. sic per totã oct. iiij. die excepta: que sola a fes. vacat. Tres vlti. lc. de expõe euang. vts. ¶ In octa. translationis sancti osmundi. Lc̃o. j

Cum sedulo mente capti ad sepulchrũ beati viri restitui meruerunt. Joannes quidã intolerabili furore laborans ad capellam beate virginis vbi sanctũ corpus iacebat: tẽpore celebrare misse de ipsa eadem virgine catenis & vinculis ferreis manibus colligatis ab amicis deduct⁹ est. Coact⁹ igitur dũ alij orassent se intra cõcauitatẽ tumuli inclinare stupẽdo euẽtu cũ agn⁹ dei deo patri p peccatorib⁹ immolatur: vincula de brachijs sponte cadunt: & ille seipsum erigit mente sanus. Ceterũ cũ alias vxor cuiusdã pre nimio dolore dentiũ, mẽtis quasi exitium passa: in eodẽ loco cũ marito suo ad orationẽ esset constituta subito dẽs morbid⁹ ab ore illius exitij: & ipsa continuo omi dolore efficitur liberata. R. sicut in die. Lc̃o. ij.

Nocte quadã cũ thomas clericus sanus: vt sibi videbatur & incolumis se sopori dedisset

subito enigilans sensit alteram tibiam contractis neruis ad posteriora curuatã nec in rectã posse reflecti. Ex ipsa ergo parte decetero baculo se sustẽtãs triduanis tandẽ oratio nibus ob spẽ salutis sue monumentũ venerandi presulis visitauit. Nocte vero diei tertie visus est osmundus sibi in somnis apparere: apprehẽsoque illius pede crura et poplites neruorũ restrictiõe dissoluta: ad pristinũ modum fortiter reclinare. Mane autẽ facto: cernens se cleric⁹ plenissime restitutũ abiecto baculo erecto gressu procedit ad ecclesiã deo et liberatori suo gratias agẽs. Alius insuper cleric⁹ thomas nomine: adeo terciana febre diu infirmat⁹ et exinanitus est vt per vnã horam mortu⁹ aut mortuo similis penit⁹ videretur: repente in magnũ clamorẽ prorumpens btm̃ osmundũ trina recitatione nominis inuocauit: interrogat⁹ quid sibi visum esset. Osmũdus inquit cum cuspide baculi sui omnia ea que anhelitũ meum impediebãt amouit: et me vite et sanitati restituit. Lectio tercia.

Agnes quedã adolescẽtula none vrbis cũ forte apud domum parentũ medio cõstituta festinabũde descendere nitebatur in quoddã superacutũ veru: illic ante impruderter erectũ ignara ruit ac de sub vmbilico per totũ medium corporis ad scapulas vsque letaliter perforata transfigitur. Cuius denique mater tam miserandũ plãgens euentũ: extracto ferro voluit filiã cõsolari: sed nõ erat in ea cuiusque indicio sensus, aut vita. Jamque horrendi casus immanitate: oẽm humanam artẽ et ingenium excedẽte oẽs qui astabant diuinum beate virginis ac beati osm̃ di patrociniũ prouoluti i terram deuote ac suppliciter inuocabant. Et facto reuera breui interuallo puella reuixit: et intra paucissimos dies integerrimã sanitatẽ accepit. Que amodo cupiens hanc nouam sibi concessam vitã securiore cõuersatione transigere: postque ad sepulchrum beati presulis sua et parentũ vota pro tanto miraculo persoluisset: mundo renũcians apud ambrosij burgum in monasterio montaliũ: septimo prope ab eadem vrbe miliario sacrum est induta velamẽ. Medie lec. de sctõ appollinare re. j Beat⁹ appollinaris. etc. Tres vlti. lec. de expositione euan Homo quidã peregre. vel expõe euan. Vigilate quia nescitis. de cõi vni⁹ conf. et port. et legãt vt prenotatũ est.

¶ Sci kenelmi reg. et mr. oro

Omnipotẽs et misericors deus qui nobis preclaram hui⁹ diei leticiam pro beati kenelmi martyris tui solẽnitate tribuisti: intende seren⁹ vota fidelis populi, et concede vt cui⁹ hodie festa percolim⁹: eius semper meritis et precibus subleuemur. Per. Ad matu. tres lec fiant. Inui. du. r. j.

Gloriosissim⁹ kenulph⁹ rex merciorū: anno dñi octingentesimonono: imperij vero sui vigesimoquarto migrans ad dñm paterno affectu heredē filiū reliquit kenelmū. Erāt kenelmo regie germane quēdrida (que postea fraternū sanguinē hausit) et burgenilda que fratrē sororia affectione dilexit. Quēdrida autē seuo liuore et regnandi stimulata ambitione cū nullo modo fratrē suū veneno posset extinguere: nutriciū suum noie ascebertū ingentib⁹ premijs et spe cōsortis imperij in fraternum armat iugulum. Lcō. ij.

Hic nephādissimus ascebertus (vt ille alter Iscarioth pditor dñi sui) kenelmū adduxit in siluam venandi grā: quasi oblectādū amore studij paterni. Vbi vero cū puer septēnis somno pregrauante secur⁹ soporaretur a crudelissimo carnifice fossa paratur: i qua paruulus obruatur. Btūs igitur kenelm⁹ expergiscens et cōsiliū diuinitus intelligens: frustra inquit hāc mihi molit⁹ es speluncā. Nō em hic vt putasti sed in remotiori loco vbi dñs prouidit occumbam: Lcō iij.

Unde certū dabit tibi signū hec virga (Nam virgā manu gestabat et terre affixerat) si modo plātata frōdeat. Hec eo pronunciante: statim radicata virga cepit frondescere. Unde adhuc ingens fraxin⁹ ostenditur: que in memoriā beati kenelmi celebris habetur. Asseritur q̄ iam decollādus beatus kenelm⁹: sacrū hymnum. Te deū laudam⁹: te dñm cōfitemur incepERIT atq̄ in illo versu. Te martyrū cādidat⁹ laudat exercit⁹. iugulat⁹ occubuerit. Ilico aūt ipsius percussor cesum innocentem terra obruit. Itaq̄ ad auctoritatē apl'icam et archipresulis excipitur sacrum corp⁹ kenelmi cū superna laude quaten⁹ trāsferretur ad btm̄ genitorē suum v wynchelcūbe: vbi idem deo amabilis rex requiescit in templo Cetera de communi vni⁹ mart.

¶ Scti arnulphi epi et mr. cū. Ois pōti. Ad mat. inuit. simp. Tres lc. stāt. Cetera de cōi vni⁹ martyr. et ponti. cū ista orōne.

Adesto supplicationib⁹ nostris omnips de⁹: et quibus fiduciā sperāde pietatis indulges: intercedente beato Arnulpho martyre tuo atque pontifice consuete mie tribue benignus effectum. Per do.

¶ Sctē margarete vir. et martir. lc. Cō Dñe deus me⁹. Orō

Deus qui btām virginē margaretā hodierna die ad celos per martyrii palmā venire fecisti, cōcede nobisq̄s: vt eius exempla sectantes: ad te pertingere mereamur. Per Ad. j. vel. stat proces. ad altare eiusdem cantando ℞ Audi filia. ℣ Ora pro nobis, cū hac oratione Exaudi nos, q̄re i cōi vni⁹ vir et mar. In redeūdo de s. maria. Ad ma. ix. lc. stāt. lc. j.

Adest nobis dilectissimi beate margarete virgi=

nis et martyris optatus dies: ideo cum summa exultatione gaudet ecclesia nostra: tāte virginis illustrata natali. Nos ergo licet infructuosi opere, licet īperiti sermone tante virginis veneranda solēnia debitis laudib9 ꝓsequamur: vt cuius vita forma fuit discipline, eius passio exemplum sit patientie. Lectio secunda.

Fuit itaqꝫ beata margareta antiochenis īgenuis orta natalib9 theodosij idolorū principis filia. Que cū primo pubesceret evo: et castis pudicitie moribus polleret: auditis militie christiane pugnis: triumphis atqꝫ miraculis: relicto idolatrie cultu christi fidē sitibundo amplexatur affectu Hec erat pulchra facie sed pulchrior mente: quoniam nullo doli ambitu sincerum maculauit affectum. Lectio tertia.

Cum virgo sacra matre orbata tria etatis lustra implesset cum alijs coetaneis puellis pascebat oves nutricis sue Quam intuens prefect9 olymbrius: stimulis carnis inflammat9: festinat ad coitū. Mittitqꝫ apparitorib9 iussit eā sibi presentari. Preses nūc mollib9: nūc asperis ꝓmissis multiplicatis eā tentans nomē investigat: gen9 interrogat, ortū petit: cultum inquirit. Illa vero nomē detegit. Pādit originem: lenocinium detestatur: christianam se esse profitetur. Iratus preses trusit eam in carcerem. Tu. Lectio. iiij.

Postera die iussit eam christi fidem respuere: deos suos colere: et amplexibus suis inclinare. Que ait. In nullo horum tibi cōsentio. Nā christ9 verus de9 est: dij tui idola surda et falsa sunt. Et sicut christus pro nobis: ita ego ꝓ christo libenter moriar. His auditis: prefectus irat9 iussit intestinis ei9 corde ten9 patefactis deorum suorū iniuriam vindicari. Cūqꝫ grauissime cederetur orauit dicēs. Dn̄e non confundar: neqꝫ irrideant me inimici mei. Sanguis vero cum tanta effusione decurrebat vt flerent astantes: compaterētur et persequētes. Olymbrius dixit. Cōsulo tibi margareta ne quod superest amittas vite. Que ait. Tu facis opera patris tui sathane: ego adoro deū qui creauit omnia: et pro nobis mortuus tertia die resurrexit. Quo audito iussu prefecti grauissime cesa in obscuro carcere recluditur sed furuam caliginem celestis splendor irradiauit. Lectio quinta.

Dum virgo teneretur ī carcere theophinus et nutrix beate virginis per fenestram aspicientes orationes scribebāt et omnia que virgini contingebant considerabant. Virgo beata flexis genibus gratias egit deo: qui sibi penam mutauit in gloriam. Petiit etiā a deo vt cum inimico latente facie ad faciem haberet conflictum. Et surgens ab oratione vidit draconem terribilē eam

faucibus absorbere volentem sed signo crucis apposito ora eo crepuit medius. Lectio .vi.
Post vidit aliū demonem sedentē ut hoiem nigrum habē tē man⁹ ad genua colligatas: quē comprehēdens per capillos ad terrā prostravit & posuit pedē dextrum super verticem ei⁹. Et facta oratione lux de celo effulsit i carcere: & crux christi videbatur usqz ad celū: & columba super ipsam sedēs dicebat. Beata es margareta, te paradisi porte expectant.
Tūc grās agēs deo dixit ad demonē. Enarra mihi naturā tuam. Demō dixit. Aufer a pedem tuū de vertice meo ut dicā. Quo facto dixit demō. Ego sum velut un⁹ eorum quos salomō conclusit in vase eneo, ut venītes babylonij putantes aurum in eo invenisse fregerunt vas & nos evolavim⁹ semper iustis insidiātes. Post hec & multa alia: dixit ad eum virgo. Vade tentator sathana: et terra se aperiens suscepit eum. Lectio septima.
Sequēti die post graviora tormenta iussit prefectus vas magnū aqua plenū afferri & beatam virginē ligatā manus & pedes in eū iactari. Quo facto oravit virgo dicens. Fiat mihi dñe hec aqua fons baptisinatis in vitam eternā. Factoqz terremotu magno venit columba de celo: & coronā aureā super caput eius imposuit. Quo viso conversi sunt ad deum quinqz milia virorū: exceptis mulieribus & parvulis qui omnes iussu olymbrij decollati sunt in campo limeth: in aurelia civitate. Lectio octava.
Post hec olymbrius videns virginis fidē immobilē iussit eam capite puniri. Cūqz perducta esset ad locū: petiit a spiculatore malcho nomine spacium orādi. Quo ꝯcesso oravit dicens. Gratias ago tibi de⁹: qui me ad hanc gloriā perduxisti. Presta ergo pater: ut ꝙcunqz passionē meam scripserit, legerit, vel audierit, vel etiam mei memoriā fecerit: criminū suorum veniā mereatur. Quicunqz etiā me in districto examine invocaverit: eum de manib⁹ exactorū eripias. Peto etiam dñe: ut qui ecclesiam in honore meo cōstruxerit, vel de iusto labore suo lumina mihi ministraverit adipiscatur ꝙcquid saluti sue petierit. L. ix.
Et si in domo cuiusqꝫ me invocaverit mulier pregnans ꝗ in partu laboraverit: eā a periculo eripe: infansqz ex utero eius nascatur absqz aliquo detrimento membrorum. Finita oratione facta sunt tonitrua magna: columbaqz de celo venit: dicens. Beata es sponsa christi margareta: ecce que petisti concessa sunt tibi a christo. Veni ergo in requiem patrie celestis. Tunc erigens se virgo imperat spiculatori implere iussa prefecti. Et ait spiculator. Absit a me virgo christi: ut perimam te. Cui illa.

Si hoc non feceris: partē mecum habere non poteris. Ipse vero tremefactus: amputauit caput eius. Corruensq; ad pedes virginis emisit spiritum. Theophinus vero corpus virginis in ciuitate antiochia sepeliuit in domo sincletie matrone. Cetera de cōi vni⁹ vgi. et mar. ¶ Sācte praxedis virginis non martyris. Cā. Qui gloriatur in domino. Oratio.

ASsit plebi tue oīpotēs deus beate praxedis virginis tue supplicatio: vt quicunq; ei⁹ gaudēt honore, tuo protegantur auxilio. P. Inui. simpl. Tres lec. fiant. Lec. i.

VEnerabilis virgo praxedis dum affligeretur propter transitū germane sue potētiane: multi nobiles christiani veniebāt ad eam & consolabātur eam vna cū sancto pio apostolice sedis episcopo. Eodē tempore virgo domini praxedis rogauit beatū pium epm: vt termas nouati q̄ tam in vsu nō erant in ecclesiam dedicaret. In quo loco cū dedicasset ecclesiā in honore praxedis in vrbe romana: ibi constituit titulum romanū et baptisterium cōsecrauit sub die tertio idus maias. Lectio. ii.

Post duos annos & dies decem et octo facta persecutione christianorū multi martyrio coronati sunt. Praxedis vero christianos occultauit in supradicto titulo quos et cibo pascebat et verbo spūssancti. Quo diuulgato antoninus illuc mittēs: tenuit multos vna cū simetrio p̄sbitero & aliis viginti: quos omnes sine interrogatione gladio puniri precepit in eodem titulo. L. iii.

Corpora autem illorum sanctorum beata praxedis colligēs sepeliuit in cimiterio priscille sub die septimo kalendas iunias. Tunc beata vgo assiduis precibus obtinuit a deo: vt ex mundo transiret. Et migrauit ad deum die duodecimo kalen. augustas. Cuius corpus pastor presbiter sepeliuit in cimiterio priscille vbi hodie florent orationes sctōr. Per dominū nostrum Jesum christum: qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen. Cet̄a de cōi vni⁹ vg. nō mar.

¶ Sancte Marie Magdalene ad vel. sup psal. ā. Recūbente iesu in domo pharisei symonis: accessit ad eū maria magdalene afferēs preciosi libram vnguenti. psal. fer. Capitulū.

MUlierem forte quis inueniet, pcul & de vltimis finibus precium eius: cōfidit in ea cor viri sui: & spoliis nō indigebit. ℟. O certe p̄cipu⁹ marie magdalene amor: que a monumēto dominico recedētibus discipulis non recessit. ℣. Ardore charitatis succensa quem sepultum nouerat sublatum credens de sepulchro. Dominico. Gloria. Do. Hy⁹.

COllaudemus magdalene lachrymas et gaudiū: sonet voces laude plene, de p̄cētu cordiū: vt concordet phi

puer. vlti.

lomene, turturis suspirium.

Iesum querens conuiuatū, turbas nō erubuit: pedes vnxit lachrymarum fluuio quos abluit: crine tersit & culparū, veniam promeruit.

Suum lauit mundatorē, riuo fons immaduit: pium fudit flos liquorem, in ipsum refloruit: celum terre dedit rorem, terra celum compleuit.

In predulci mixtione, nardum ferens pisticum: in vnguenti fusione typum gessit mysticum: vt sanetur vnctione, vnxit egra medicum.

Pie christus hāc respexit speciali gratia: quia multū hanc dilexit dimittūtur vicia: christi quādo resurrexit, facta est prenuncia.

Gloria & honor deo, qui paschalis hostia: agn⁹ morte pugna leo victor die tertia resurrexit cum tropheo, mortis terens spolia. Amen. ℣. Optimā partem elegit sibi maria. ℟. Que non auferetur ab ea. an. In dieb⁹ illis mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q̄ iesus accubuisset in domo symonis leprosi: attulit alabastrum vnguenti: & stās retro secus pedes dn̄i iesu lachrymis cepit rigare pedes eius & capillis capitis sui tergebat & osculabat pedes ei⁹ & vnguēto vngebat. ps. Mag. oratio

Largire nobis clemētissime pater q̄ sicut beata maria magdalene vnigenitū tuum super omnia diligendo suorum obtinuit veniam peccaminum: ita apud misericordiam tuam, sempiternam nobis impetret beatitudinem. Per eundem. Mēo. de sancto vvandregisilo abba. an. Similabo eum ℣. Amauit. Oro.

Deus cuius gratia beati vvandregisili cōfessoris tui atq̄ abbatis vita extitit laudabilis: ipsius interuentu quod tibi placitum est pietas tua operetur in nobis. Per. Tunc eat proces. ad altare s. marie magda. cātando ℟. Regnum mundi. ℣. Dimissa sunt ei peccata multa. Oratio

Sacratissimam domine beate marie magdalene: qua celos subiit celebritatem recensentes: suppliciter rogamus clementiam tuā: vt qui eius deuotionis recolim⁹ insignia: ipsius mereamur cōpotes effici glorie. Per christum. In redeundo de sancta maria. Ad matu. Inuita. Eternum trinūq̄ deum laudemus et vnum. Qui sibi Mariam transuexit in ethera sanctam. ps. Venite. Hymnus.

Estimauit hortulanū, et hoc sane credidit seminauit enim granum: quod in mente cecidit: linguam nouit et non manum, lingua christum indidit.

Non agnouit figurali latentem imagine: mentis agrum spiritali excolentem semine: sed cum eam speciali designauit nomine.

Hec a iesu iesum querit sublatum conqueritur: iesum in-

tus mentem gerit iesus pre-
sens queritur: mentem colit
mentem ferit iesus nec per-
cipitur.
Iesu bone iesu pie: quid te
monstrās latitas: quid oc-
cultas te marie mentē cuius
habitas intus plena ꝟo die,
nescit vbi veritas.
O quam mire iesu ludis: his
quib⁹ diligeris sed ludis nō
illudis nec fallis nec falleris
sed cum excludis quos inclu-
dis notus non agnosceris.
Gloria et honor tibi spes vi-
ta lux anime: per quem spe-
rant se proscribi libro mortis
pessime: prestent sibi nos as-
cribi peccatricis lachryme.
Amen. In pmo noct. an. Cum
discubuisset in domo symonis
dominus iesus mundi gloria
mulier secum que erat pecca-
trix nardi odorifera exhibuit
vnguenta. ps. Domine domi-
nus noster. ā. Sec⁹ pedes do
mini astans incessanter ore sa
crato diua vestigia osculatur
lachrymis plena. ps. Celi en.
an. Irrigabat igitur domini-
cos iesu pedes fracto quoque
alabastro precipuis odoribus
fragrabat domus omnis atqꝫ
capillorū officio detergebat.
ps. Domini est terra. ℣. Dif-
fusa est gratia. Lectio prima.
Edit igitur secundū se-
culi fastum clarissimis
orta natalibus beatissima ma
ria magdalene: que vt patrū
asserunt traditiones a magda
la castello: maria magdalene
nuncupata est. Quam non so
lum sui germinis dignitas:
verūetiā patrimonij iura pa-
rentumqꝫ successus splendi-
dam reddiderant adeo vt du-
plicatus honor nominis ex-
cellentiam circūquaqꝫ diffun
deret. Tu. ℟. Letetur omne
seculum in solennitate beate
marie. Quam iesus eternus
amor dilexit, plurimum. ℣.
Hec maria fuit illa domino
gratissima que vnguento pre
cioso pedes vnxit domini.
Quam iesus eternus. Lec. ij.
Solent etenim apud ho
mines plus noīa diui-
tū sciri ꝙ pauperꝫ. Sed qrerꝫ
affluēti quā interdū voluptas
comes seqtur adolescentioris
vite tēpora lubricis supposue
rat regēda discursibus soluto
pudicitie freno. Hec postmo-
dū diuine compuncta respectu
mie mētis intuitū i sese cepit
retorquere ac pristine vite im
mūdiciā admirari ⁊ abomina
ri seipsam ɔdēnare, ac nō me-
diocriter iudicare. ℟. Pectore
sincero dominū maria recon-
dens vnxit purgantem se. Ba
ptismi gurgite sancto. ℣. Ab-
sterge domina noxis famulos
precibus tuis. Baptis. Lec. iij.
Ut ergo ɔperit dn̄z mie
largitore: et criminū in
dultorem: in domū venisse sy
monis penitenti ā sibi assum-
psit comitem mediatricem, in-
teruētricē propiciatricē. Ac-
cepit etiā preciosissimū vnguē
tū: adhibuit sibi ⁊ vbertatem
lachrymarum. Et cū talibus
obsequiis igressa est ad fontē

pietatis. ℟. Felix maria unxit pedes iesu. Et extersit capillis suis. Et domus impleta est ex odore unguenti. ℣. Mixto rose balsami fracto fudit alabastro: que unguento precioso pedes unxit dñi. Et extersit. Gloria. Et dom⁹. In scdo noc. ã. Simon aũt intra se inquit: si esset propheta sciret profecto que ꝛ qualis esset que tetigit eũ quia peccatrix est. ps. Eructauit. ãn. Et conuersus dñs: postq̃ ueni in domum tuã: non cessat crine fuso hec meos osculari pedes. ps. Deus noster refugiũ. ãn. Quia multũ dilexeras: dimissa scito tibi peccamina et fide qua polles sacra in pace remitto. ps. Fũdamẽ. ℣. Specie. l. iiij.

Accedit ad pedes saluatoris: lachrymis eos rigat, capillis detergit ꝛ osculatur: unguento pfundit. Sicq; fit ut que immunda uenerat iustificata recedat. ℟. Beata es maria que piarũ undis lachrymarũ tersisti tuorũ maculas criminũ. Assidue te exorare deposcimus pro nr̃is excessibus. ℣. Sũmis celorũ ciuibus glomerata iamq; eterna immortalitate induta. Assi. l. v.

Libeat charissimi immẽsitatẽ dñice pietatis intueri peccatricem mulierẽ ad miam trahẽtis et suscipiẽtis. Ad pharisei prandiũ dñs discũbebat: sed apud penitentem mulierem mentis epulis delectabatur. Apud phariseum ueritas pascebatur foris apud peccatricẽ mulierem sed tamẽ conuersam pascebatur intus. ℟. Eternis accumulata muneribus maria magdalene posse ut in his nostris solẽnitatibus Diuina perpetue pacis gaudia pro meritis xp̃s cedat. ℣. Subdite tibi plebis flet⁹ solue benigna peccantibus qñcũq; tecum. Diuina. Lec. vj.

Pensemus qñante pietatis fuerit: non solũ peccatricem mulierem ad se admittere: sed ei etiam ad tãgendũ pedes prebere. Consideremus gratiã mie dei ꝛ damnemus multitudinẽ reatus nr̃i. Confessionẽ nostram ex puro corde desiderat: et cuncta que deliquimus relaxat. ℟. Optimã partẽ adepta a dño quam elegisti beatitudinis eterne. Sancta maria intercede ꝑ nobis exiguis tuã solennitatem celebrantibus ℣. Ut mereamur assidue cõpunctionis ymbre: nostrorum sordes delictorũ abluere. Sctã. Gl'ia. Sctã. In. iij. noc. ãn. O certe hĩc ipu⁹ marie amor que a monumẽto dñico discipulis recedẽtibus sublatum credens non recedebat. ps. Cantate. j. ã. Tulerũt dñm, ubi posuerunt eum dicito mihi: cui respõdens iesus dixit illi, maria: cõuersa illa: noli me tangere: nondũ enim ascendi ad patrem meum. ps. Dñs regñ. a. Celsi meriti maria que solem uerũ resurgentem uidere meruisti mortaliũ prima obtine ut nos uisu glorie sue letificet in celis. ps. Cã-

tate. ij. ℣. Adiuuabit. Sequ. luca. Ch. 11

IN illo tempore. Rogabat iesum quidam phariseus: vt mâducaret cû illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit q iesus accubuisset in domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius & vnguento vngebat. Et reli.

Homil. bti Grego. pa. L. vij.

Marie peccatricis lachryme cuius vel saxeum pectus ad exemplum penitendi nô emolliant? Côsiderauit nâq quid fecerat: & noluit moderari qd faceret. Super conuiuantes ingressa est: nô iussa venit, inter epulas lachrimas obtulit. Discite quo dolore ardet que flere inter epulas non erubescit. ℟. Fragrans iesus mune ribus itimis marie que precordiis affatim perunxit sacrata vnguento vestigia. Vnde meruit perfectam suorû delictorum veniam. ℣. Peccaminum nostrorum sordes pijssimis diluat interuentibus diuino fonte. Vnde. Lectio. viij.

HAnc esse illam mariâ credimus: de qua marcus septem demonia eiecta fuisse testatur. Per septem autem demonia vniuersa vicia designâtur. Septenario enim numero vniuersitas figurat. Septê ergo demonia maria habuit: q vniuersis vitiis plena fuit. Sed ecce qr turpitudinis sue maculas aspexit, lauanda ad fontem mie cucurrit. ℟. Celsi meriti maria que solê verum resurgentem ab inferis videre meruisti prima mortalium in terris. Obtine sacris precibus vt nos visu sue maiestatis rerum letificare digneê in celis. ℣. Exigua nostrorum holocausta votorû deferre ante dñm suffragatrix semp pia dignata esse. Obtine. Lec. ix.

HEc mulier ergo, qr prius actibus illicitis intenta vnguentû quod sibi pro odore carnis sue turpiter exhibuerat: hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat: sed hos iam per penitentiam conterens flebat. Capillos ad côpositionê vultus exhibuerat: sed ipsis iam lachrymas tergebat. Ore supba dixerat: sed pedes dñi osculâs hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta: tot de se inuenit holocausta. ℟. O felix sacrorum lachrymis rigatio pedum per quam promeruit maria dici & esse eius dilecta. Ex quo pascuntur in ethere sancti. ℣. Angelico pollet decore hec & hi per christû. Ex. Gloria. Ex. ℣. Optimâ partê elegit sibi maria. ℟. Que non auferetur ab ea. In laud. ân.

Et osculātes vrī stephani reliquias thecā clauserunt: quā postea in sanctam ecclesiā sion, vbi archidiacon⁹ quōdā ab aplis fuerat ordinatus cū hymnis et gaudio trāstulerunt. Quo facto: sufficiēs pluuia pietate diuina descendens: immensam siccitatē terre madefaciēs irrigauit. Imitemur fratres isti⁹ sancti charitatem: vt cū eo mereamur celi claritatem. ℟. Scūs ūs ioannes eps lachrymat⁹ pre gaudio benedixit deum et dixit ad lucianū presbiterum. Oportet me inde trāsferre beatum prothomartyrē stephanū. Qui tā q̄ angelus apparuit: positus In cōcione hoim. ℣. Qui primus apud iudeos dn̄ica bella peregit: et iesum a dextris virtutis dei stantē videre promeruit. Qui. Gloria. In concione. ℣. Iusti autem. ¶ In lau an.

Regressus lucianus presbiter a sancto Joanne epo iussit vt consurgerent oēs diluculo et foderent in acervo illo vbi putabāt esse corpora sctōrum,

ps. Dñs reg. a. Apparuit sanctus gamaliel cuidã monacho nomine migecio innocenti et simplici viro dicens ad eum, vade et dic luciano in vanum laboras in aceruo illo: nõ ibi sumus modo. p. Iubi. añ. Ibi olim positi fuim⁹ exequiarũ tẽpore planctus: nunc quere nos in illo loco qui dr bonorum virorũ possessio. p. Deus deus. a. Audiens ergo lucian⁹ sacerdos verba monachi migecii benedixit dñm, qz inuẽtus est et alius testis in reuelatione sanctorũ. ps. Bñd. a. Dum inuentum esset sacratissimum bti stephani corp⁹, statim terremotus fact⁹ est magn⁹: atqz oẽs qui aderãt odor perfudit suauissimus. p. Laud. Cp. Iustorum aie. Hy⁹. Rex gloriose. p. Mirabilis de⁹. añ. Ex odoris mira fragrantia sanitas egrotis emanauit maxima, septuaginta nãqz et tres tunc a variis languorib⁹ curati sunt hoies in inuentione corporis stephani dilectissimi martyris deũ glorificantes. p. Bñ⁹. Or. Deus qui es sctõrum. Ad i. a. Regressus lucian⁹ p. De⁹ in noie. a. Te inu. p. Quicunqz. Ad. iii a. Apparuit. p. Legem po. Cp. et Rx. de cõi plurimorũ mar. ad oẽs ho. Ad vi. añ. Ibi olim. p. Defecit. Ad ix. añ. Dũ inuentu. p. Mirabi. Ad ii. vs. a. Regressus. ps. ter. cp. Iustorum aie. Hy⁹. Rex gloriose. p. Mirabilis de⁹. a. Hodie sctũs ioãnes põtifex cũ maximo cleri plebisqz tripudio preciosas prothomartyris stephani reliquias: in sctãm trãstulit ecclesiã syon, vbi quondã archidiaconi funct⁹ est officio cui⁹ pia apud deũ sit pro nobis qs intercessio. p. Mgt. Or. De⁹ q̃ es.

¶ Scti osbvaldi re. et mr. Or.

Omñps sempiterne de⁹ qui huius diei iocundã sanctãqz leticiã in sancti tui osbvaldi solẽnitate cõsecrasti: da cordib⁹ nostris tui amoris charitatisqz augmẽtũ, vt cui⁹ in terris scti sãguinis effusionẽ celebram⁹: illi⁹ in celo collocã patrocinia sentiam⁹. p. Ad mat. iii. l. stãt. Inui. v. l. i.

Regnauit antẽ osbvald⁹ xpianissimus rex northanhymbrorũ nonẽ annis: qui cõpleto annorũ curriculo occis⁹ est, cõmisso graui prelio a pagana gẽte paganoqz rege merciorũ. A quo etiam predecessor suus edvb vin⁹ perẽptus est in loco marselde nũcupato: anno etatis sue tricesimooctauo: die quinta mẽsis augusti. Cuius q̃ta fides in deũ fuerit et deuotio, post mortẽ virtutũ miraculis declaratur. Nã in loco vbi a paganis p patria dimicans interfect⁹ est vsqz hodie sanitates infirmorũ celebrãtur. l. ii.

Ex multis quidẽ miraculis in loco quo occubuit: vel de puluere loci perpetratis pauca dicam⁹: non multũ post interfectionem sancti: equus cuiusdã iter per locũ faciẽtis subito lacescẽs caput in terram declinare: spumasqz ex ore demittere, in terram cepit ruere.

desiliuit eques: expectans horam mortis equi. Sed cum equus pre dolore diuersas se in partes torqueret volutando: deuenit in illu locum vbi sanctus rex occubuit: statimque sanus consurgens, herbas auidius carpere cepit, quo viso intelligens aliquid mire sanctitatis loco iesse posito ibi signo ascendit equum deueniensque ad hospitium inuenit ibi puellam paralyticam. Ipsoque narrante factum: ducta est puella ad locum vbi paru dormiens: integram recepit sanitatem. Lc. iij.

Post hec videns alius iter faciens spaciu illius loci cetero campo viridius ex hoc intelligens aliquem sctm ibi interfectu: ligauit de puluere loci in lintheo speras cu eo infirmis pdesse. Deueniensque ad hospitem: inuenit vicinos cenantes in domo. Iussusque discubere cu eis appendit lintheu cu puluere in poste parietis. Et accenso grandi igne domus feno tecta volantibus in altum scintillis flammes: combusta est. Et postis solumodo in quo puluis ille lintheo inclusus pendebat: tuta ab ignibus et intacta remansit. Diuulgata igitur causa rei geste: multi de longe ad locu venientes: et sanitatem sibi et suis recuperantes paulatimque de puluere sumentes fossam ad mensuram stature virilis altam reddiderunt. Cetera de coi vnius mr

Transfiguratio iesu xpi dni nri. Ad .i. vs a. Assumpsit iesus discipulos et ascendit in montem: et transfiguratus est ante eos. Ps. Laudate pueri. a. Dum transfiguraretur iesus: moyses et helyas cum dno loquentes discipulis apparuerunt. Ps. Lauda te dnm oes gen. a. Tunc petrus dixit ad iesum: dne si vis faciamus hic tria tabernacula tibi vnu, moysi vnu et helye vnu. Ps. Lauda aia. a. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Ps. Laudate dnm qm bo. an. De qua vox insonuit: hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui ipsum audite. Ps. Lauda hierusa. Cp.

Saluatorem expectamus dnm nrm iesum chrm qui reformabit corpus humilitatis nre configuratu corpori claritatis sue scdm operationem qua possit et subiicere sibi oia. R. Assumens iesus petru, et iacobu, et ioannem fratrem eius In montem excelsum cu eis seorsum ascendit, ibi se transfigurans sue glorie claritatem eis ostendit. V. Ne videntes eius passionem turbarentur: sed fortiori soliditate firmarentur. In. Glia. In. Hy.

Ad phi lip. 3

Celestis formam glorie, quam spes querit ecclesie: in montem christus indicat et supra solem emicat.

Dies memoranda seculis hic cu tribus discipulis cu moyse et helya, grata pmit eloquia.

Assistunt testes gratie legis atque pphetie: de nube testimonium sonat patris ad filium.

Glorificata facie, christus declarat hodie: quis sit honor credentium deo pie fruentium,

Missionis mysterium, corda le uat fidelium: vnde solenni gau dio, clamat nostra deuotio.
Pater cum vnigenito, et spi ritu paraclito, vn9 nobis hanc gloriam largire per presentiam Amen. V9. Adoremus patrem et filium cum sancto spiritu. R. Regnantem in maiestate sua. an. Visionem quam vidistis nemini dixeritis: donec filius hominis resurgat a mortuis. ps. Magnificat. Oratio.
Deus qui nos sacrum transfigurationis tue diem deuotis hodie laudibus preterire concedis: tribue nobis quesumus ad tue diuinitatis contemplationem pertingere: qui nostre humanitatis dignatus es fieri particeps. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Memoria sub silen. de mar. sixto, felicissimo, et agapito. Oratio.
Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum sixti, felicissimi, et agapiti natalicia colere: da nobis quesumus in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per. Capitl. dr sicut in fes. sac. tri. nisi quod in fine hym. Salvator. dr V. Gloria tibi domine qui na. dr etiam in fine oim hym. ad j. et ad alias hor. Ad matu. Inuit.
Christum regem regum hodie transfiguratum Venite adoremus dominum. ps. Venite. Hy9.
O Sator rerum reparator eui, christe rex regum metuende censor: et precesnostras pariterque laudes, aspice gratis.
Noctis incursu tibi vota laudum pangimus presta tibi sint vt apta nosque concentu refoue perennis luminis auctor.
Inter helyam moysenque vates vt iubar solis facie refulgens candida veste niuis instar albe tu micuisti.
Tu dei patris patre teste proles, cum sis electorum decus angelorum tu salus mundi via vita virtus crederis esse.
Gloria virt9 sit tibi creator, cuncta qui solus retinens gubernas: in throno regni sine fine regnas, trinus et vnus. Amen. In j. noct. an. Hodie dominus iesus christ9 facie vt sol in monte resplenduit: ac vestimentis tanquam nix candidus emicuit. ps. Domini est terra. an. Ecce nubes lucida obumbrauit eos: paterna vox audita est: hic est filius meus ps. Afferte dno. an. Petrus et qui cum illo presentes erant a christo letificati viderunt gloriam dei. V. De9 noster ref. V. Celi aperti sunt super eum. R. Et vox patris intonuit hic est filius meus dilectus. Lectio prima.
Petrus ad predicationem mortis dominice scandalizatus sententia domini fuerat increpatus prouocati discipuli vt abnegarent se et tollerent crucem suam: et morientium animo sequerentur magistrum. Grandis terror audientium, et qui posset principi apostolorum pterrito etiam aliis metum inferre: idcirco tristibus leta succes

dñt: & dixit. Fili⁹ hominis vẽturus est in glia patris sui: cũ angelis suis. Timens mortẽ: audi gl'iam triũphãtis. Vereris crucẽ: ausculta angelorũ mysteria. Et tunc inquit reddet vnicuiq; secundum opera eius. Nõ est distinctio iudei & ethnici viri & mulieris pauperũ & diuitũ. Vbi nõ persone: sed opera considerãtur. ℟. Assumptis hodie dñs iesus tribus discipulis montẽ vt oraret subiit excelsum: solusq; orans corã eis trãsfigurat⁹ est, facies q; ei⁹ vt sol resplenduit Ac vestimẽta eius vt nix facta sunt candida. ℣. Vt autem testimonium haberet a lege et prophetis: hincinde cum eo moyses & helyas visi sunt in maiestate. Ac vestimẽta &c. ij. Amẽ dico vobis: sunt quidã de hic stantib⁹, qui nõ gustabunt mortẽ: donec videant filium hominis venientẽ in regno suo. Terrorẽ apostolorũ spe medicari voluerat promissorũ: dicens. Fili⁹ hominis vẽturus est in gloria patris sui: cũ angelis suis. Insuper auctoritate iudicis addita iudiciũ addidit: & reddet vnicuiq; scd̃m opera sua. Poterat aplorũ tacita cogitatio: istiusmodi scandalũ sustinere. Occisionẽ & mortẽ nunc dicis esse venturã: q̃ autem pmittis te affuturũ in gloria patris cũ angelorũ ministeriis & iudicis potestate: hoc in dies erit: & in tpa lõga differtur. Preuidẽs ergo occultorũ cognitor q̃d possent obiicere, presentẽ timorẽ presenti cõpensat premio. Quod enim d̃r. Sunt quidam de hic stãtib⁹ qui nõ gustabunt mortẽ donec videant filiũ hoĩs venietẽ in regno suo. Vt qualis venturus sit postea ob incredulitatẽ nostram in presenti tpe demõstretur. ℟. Corã trib⁹ discipulis trãsfigurat⁹ dñs moyse & helya. Hincinde secum loquẽtibus ostẽdit se in maiestate. ℣. Vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Hincinde. Lectõ tertia.

Et post dies sex assũpsit ies⁹ petrũ & iacobũ, & ioannẽ fratrẽ eius. Quare petr⁹ & iacob⁹ & ioãnes in quibusdã euangeliorũ locis separãtur a ceteris: aut quid priuilegij habebãt extra alios aplos crebro dixim⁹. Nunc q̃ritur quomodo post dies sex assũpserit eos & duxerit in montẽ excelsum: cũ lucas euãgelista octonariũ numerũ ponat? Sed facilis respõsio est: q2 hic medij ponũtur dies, ibi prim⁹ additur & extremus. Non em̃ dixit Post dies octo assumpsit ies⁹ petrũ, iacobũ, & ioãnẽ: sed die octaua. Et duxit eos in montẽ excelsũ seorsũ. Ducere ad mõtana discipl'os: pars regni est. Ducũtur seorsũ: q2 multi vocati, pauci vero electi. Et trãsfigurat⁹ est ante eos: qualis futur⁹ est tpe iudicãdi, talis apostolis apparuit. ℟. Primogenitus pdij ex ore p̃ris: feci vt oriretur lumen in terris Ego in altissimis habitaui & thro-

nus me⁹ in colūna nubis. ℟. Priusq̄ mōtes fierent aut for maretur orbis terre a sclo & in sclm. Ego. Glia. Ego. In .ii. noc. ā Respōdens petr⁹ ait ad iesum: dn̄e si vis faciam⁹ hic tria tabernacula. ℣. Oēs gen. ā Accedētes discipuli ad dn̄m iesum: p̄ris vocē timentes: ce ciderūt in facies suas. ℣. Ma gnus dn̄s. ā Ante duos vates tresq̄ discipulos apparuit ie sus xp̄s dn̄s: vt in ore duorū vel triū testiū stet omne ver bū. ℣. Quā dilecta. ℟. Adorate d. ℣. In aula scā ei⁹. lc. iiij.

Quod aūt dicit trāsfigu rat⁹ est ante eos. Nemo putet pristinā eum formā & fa ciē perdidisse: vel amisisse cor poris veritatem & assumpsisse corp⁹ spirituale, vel aereū: sed quomodo trāsfigurat⁹ sit euā gelista demonstrat dicens. Et resplēduit facies ei⁹ sicut sol: vestimēta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Ubi splēdor fa ciei ostēditur: & candor descri bitur vestiū nō substātia tol litur: sed glia cōmutatur. Re splēduit facies eius sicut sol. Certe transformatus est dn̄s in eam gliam qua vēturus est post ea in regno suo. Trans formatio splēdorē addidit: fa ciem nō subtraxit. Et si corp⁹ sp̄uale fuerit nō & vestimenta mutata sunt que in tātū fuere cādida vt ali⁹ euāgelista dixe rit qualia fullo sup terrā non potest facere. ℟. Claruit ma gnitudo dei: & vict⁹ apparuit discipulis Qm̄ sic voluit trās figurari excels⁹ dn̄s vt in ipsa claritate ostenderet maiestatē. ℣. Assumpsit iesus tres disci pulos suos in montē: & facta est corā eis facies sicut sol: ve stimēta ei⁹ sicut nix. Qm̄. lc. v.

Et ecce apparuit illis moy ses & helyas cū eo loqn tes: scribis & phariseis tētāti bus eū & de celo signa poscen tibus dare noluit: sed prauam postulationē confutauit respō sione prudenti. Hic vero vt a postolorum augeat fidē: dat signū de celo. Helya inde descēdente quo cōscēderat & moyse ab in feris resurgēte. Qd̄ & acham p esaiā precipitur: vt petat sibi signū de excelso: vel de inferno Nā quod dictū est: apparuit il lis moyses & helyas cum illo loquētes. Et in alio refertur euāgelio q̄ nūciassēt ei q̄ hie rosolymis passur⁹ esset lex o stēditur & pphete: q̄ & passio nē dn̄i & resurrectionē crebris vocib⁹ nūciarūt. ℟. Hodie in mōte trāsfigurato dn̄o aperti sunt celi: & nubes preclara su per eū descēdit & vox p̄ris in tonuit. Hic est fili⁹ meus dile ctus in quo mihi cōplacui. ℣. Intonuit de celo dn̄s: & altis simus super attonitos discipu los dedit vocē suam in nube tonantem. Hic est. Lectio. vi.

Respōdēs aūt petr⁹: dixit ad iesum. Dn̄e bonū est nos hic esse. Qui ad montana cōscēderat: nō vult ad terrena descēdere, sed semp i sublimib⁹ perseuerare. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū

moysi unum, et helye unum. Errās petre sicut et alius euangelista testatur: nesciensque quid dicas. Noli tria tabernacula querere: cum unum sit tabernaculū euangelii: in quo lex et prophete recapitulādi sunt. Si aūt queris tria tabernacula: nequaquam servos cū dño conferas: sed fac tria tabernacula immo unum: patri et filio et spiritui scō ut quorū est una diuinitas: unum sit et in pectore tuo tabernaculū. ℟ Discipuli christi nubis lucide splēdore obumbrati: voceque dei patris de nube clamātis perturbati. In faciē cecidere. ℣ Tāte tamque reuerende visionis: nouitatem non ferentes. In. Gloria In. In.iii.noct.ān. Celi aperti sunt super eū et vox patris audita est: hic est filius meus dilectus hunc audite. ps. Dñs regnauit ex. ān Vox de celo sonuit et vox patris audita est: hic est filius meus in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. ps. Cantate. ij. ān Visionē quam vidistis nemini dixeritis: donec filius hominis resurgat a mortuis. ps Dñs regnauit ira. ℣ Domine miserere nostri. ℣m Intonuit de celo dominus. Secundum matheū.

Cap. 17.

In illo tpe. Assumpsit iesus petrū et ioannē et iacobū fratrem eius et duxit illos in montem excelsum seorsum Et rel. Nome. btī leo. pa. L. vij

Qm̄ euangelica lectio dilectissimi que per aures corporis introiuit in interiorē mentiū nrarum auditū, ad magni sacramēti nos intelligentiā vocat: subtiliter eā indagare laborem. Quā aspirante gratia dei facilius assequemur: si cōsiderationem nrām ad ea que paulo superius sunt narrata referamus. ℟ Hodie pater de celis testificatus est filiū: quo audito discipuli timuerūt valde prostratique sunt ad vocē dicētem. Hic est filius meus in quo mihi bene cōplacui. ℣ Celi aperti sunt super eū et vox patris audita est. Hic. Lectio. viij

Saluator enim humani generis xps deus condēs eam fidē: que impios ad iustitiā reuocat et mortuos prouocat ad vitā. Ad hoc discipulos suos doctrine monitis et operū miraculis imbuebat, ut idē et unigenitus dei filius et hominis crederetur, non unū horū sine alio proderat ad salutē. Et equalis erat periculi dñm Jesum xpm aut deū tantūmodo sine hoīe, aut sine deo solum hoīem deū credidisse: cū utrūque esset pariter cōfitendū. Ut sicut deo vera humanitas ita homini inerat vera diuinitas. ℟ Descēdētibus illis de monte Precepit iesus dicēs: nemini dixeritis visionem quā vidistis donec filius hominis a mortuis resurgat. ℣ Ne mors eius aliquo modo impediretur: si hec visio statim in populos diuulgaretur. Precepit. Lectio nona.

Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbrauit eos: et vox de nube dicens

Hic est filius me⁹ dilect⁹: in quo mihi bene ꝯplacuit: ipsum audite. Qꝛ impꝛudenter interrogauerat ꝓpterea dñi rñsionem nõ meretur: sed pater rñdet ꝓ filio: vt verbũ dñi compleretur. Ego testimoniũ non dico de me: sed pater qui me misit ipse ꝓ me dicit testimonium. Nubes aũt videtur lucida ꝛ obũbꝛat eos vt qui carnale in frondib⁹: aut tẽtoꝛiis querebãt tabernaculũ: nubis lucide operirentur vmbꝛaculo. Vox quoqꝫ de celo pris loquentis auditur q̃ testimoniũ perhibeat filio ꝛ petrũ erroꝛe sublato doceat veritatẽ: immo per petrũ ceterosqꝫ apostolos. Hic est ait fili⁹ meus dilect⁹. Huic fiendũ est tabernaculũ: huic obtẽperandũ. Hic est filius: illi serui sunt moyses et helyas: debent ꝛ ipsi vobiscũ in penetralib⁹ coꝛdis sui dño tabernaculum pꝛeparare. ℟. Videns petr⁹ moysen ꝛ helyã in gloꝛia: ꝛ iesum in medio eorum vt solẽ virtute fulgentẽ: ait. Dñe: bonũ est nos hic esse Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula, tibi vnũ, moysi vnum a helye vnũ. ℣. Petr⁹ vero et qui cũ illo erãt valde terrificati viderũt maiestatẽ dñi ꝛ eos gloꝛiosos hincinde cũ illo: et ait ad iesum petr⁹. Dñe. Glia Si. ℣. Adoꝛem⁹ patrẽ ꝛ fi. ℟. Regnantẽ. vts. In lau. a. Accessit iesus ꝛ diuine vocis pauoꝛe ꝓstratos tetigit discipulos suos dicẽs: surgite ꝛ nolite timere. ps. Dñs reg. a. Jesus ad discipulos iacentes accessit: tetigit: surgere pꝛecepit ne timerent: dixit eis: qui surgentes pꝛeter Jesum neminẽ viderũt. ps. Jubi. a. Vt testimoniũ haberet a lege ꝛ ꝓphetis in medio moysi ꝛ helye transfiguratus apparuit iesus. ps. De⁹ deus. a. Lex per moysen signata est ꝛ ꝓphetie per helyã: qui in maiestate visi sunt cũ dño fulgẽtes in mõte ꝛ loquẽtes. ps. Bñ. an. Descendentibus illis de monte pꝛecepit iesus dicens nemini dixeritis visionẽ: donec a moꝛtuis fili⁹ hominis resurgat. ps. Laudate. Chm Saluatoꝛem. Hymnus

O Nata lux de lumine, iesu redemptoꝛ seculi: dignare clemens supplicũ, laudes pꝛecesqꝫ sumere.

Qui carne quondam cõtegi dignat⁹ es pꝛo perditis: nos membꝛa confer effici, tui beati coꝛpoꝛis.

Pꝛo sole vultu flammeus, vt nix amictu cãdidus in mõte dignis testibus, apparuisti conditoꝛ.

Uates alũnis additos tuis alũnis conferẽs: vtrisqꝫ te diuinitus deum dedisti credere.

Te vox paterna celitus: suũ vocauit filium: quem nos fideli pectoꝛe, regẽ fatemur glie

Concede nobis quesum⁹ almis micare moꝛibus: vt ad poloꝛum gaudia, bonis vehamur actibus.

Laudes tibi nos pangimus, eterne regum rex deus: qui trinus es atqꝫ vnus per

cuncta regnans secula. Amen. ℣. Sit nomen dñi. ℟. Ex hoc. Aña. Tribus discipulis de eius morte turbatis ne de sibi predicta resurrectione dubitarent transfiguratus dñs gloriã quã predixerat ostẽdit. ℣. Bñs. Oratio.

Deus qui unigenitũ tuum hodierna die mirabiliter trãsfiguratum celitus utriusqz testamẽti patrib9 revelasti: da nobis q̃s beneplacitis tibi actibus ad ei9 semp contẽplandã pertingere gloriam, i quo tue paternitati optime complacuisse testatus es Per eundẽ. Ad .j. ã. Accessit iesus. ℣. Deus in noie ℟. Jesu christe fili. cum alꝉ. ℣. Qui de virgine. Ad .iij. ã. Jesus ad disci. ℣. Legẽ po. Cꝑ. Saluatorẽ ℟. Adoremus patrẽ ℈ filiũ cũ sancto spũ. Alꝉa alꝉ. ℣. Regnãte in maiestate sua Alꝉa. ℣. Dies sanctifi. Ad .vj. ãn. Ut testi. ps. Defecit. Capitulum.

1. Petri. 2

Notam facim9 vobis dñi nostri iesu christi virtutẽ ℈ prescientiã: speculatores facti illi9 magnitudinis. ℣. ꝗ. ℟. Dies sanctificatus illuxit nobis. Alꝉa alꝉ. ℣. Venite gẽtes adorate dñm Al. ℣. Adorate do. Ad .ix. ã. Descendẽtibus illis. ℣. Mirabilia. Capitulum.

1. Petri. 2

Accepit dñs ies9 a deo patre honorẽ ℈ gloriã voce delapsa huiuscemodi ad eũ a magnifica gloria: hic est filius meus in quo mihi cõplacui. Deo ꝗ. ℟. Adorem9 dñm Alꝉa alꝉa. ℣. Adorate deũ ℟. Oẽs angeli eius. Ad ij. vesp. ã.

Accessit iesus. ps. Dixit dñs. Cõfitebor. Beatus vir. Laudate pueri. In exitu. Cꝑ. Saluatorem. ℟. Confirmandis ℈ ad veri cultus scientiã prouehẽdis discipulis Moyses ℈ helyas cum dño loquẽtes apparuere. ℣. Om̃ christi euangelium a lege ℈ prophetis testimoniũ constat habere. Moyses Gloria. Moyses. hy9. O nata lux ℣. Adorem9 patrẽ. ℟. Regnantem. ãn. Hodie ad patris vocẽ transfigurato dño moyses et helyas affuerunt splẽdidi excessum eius quẽ completurus erat loquẽtes. ℣. Mgt. Oratio Deus qui hod. ¶ Festũ dulcissimi nois iesu fiat septimo idus augusti: fes. mai9 du. Oc. cũ reg. cho. Ad .j. vs. sup ps ãn.

Mortis ortu usqz ad occasum laudabile nomen dñi iesu benedictũ alꝉa. ps. Laudate pueri ãn. Ois enim quicũqz innocauerit nomẽ dñi saluus erit al. ps. Dilexi. ã. Dirupisti dñe vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis ℈ nomen tuũ innocabo alꝉa. ps. Credidi. ã. Illuc enim ascenderũt tribus trib9 dñi testimonium israel ad cõfitendum nomini dñi alꝉa. ps. Letat9 sum. ã. In cõspectu angelorũ psallam tibi, adorabo ad tẽplum sanctũ tuum ℈ confitebor nomini tuo dñe alꝉa. ps. Confitebor. Capitulum.

Philip. 2

Humiliauit semetipsum dñs iesus factus obediens usqz ad mortẽ: mortem autem crucis, ꝓpter quod ℈ de9 exaltauit illum ℈ donauit illi

nomen quod est super omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium: et infernorum. Deo gratias. V. Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum. Quia in eo letabitur cor nostrum. Et in nomine sancto eius sperabimus. R. Narrate oia mirabilia eius: laudamini in nomie sancto eius. Or. Gl'ia. Et. hy.

E Xultet cor precordiis sonante iesu nomine precellit i delitiis omni plenum dulcedine.

Nomen cōfortans miseros, iesus qui sanat scelera: nomē deterrens inferos: nomen fugans mortifera.

Nomen sonans suauiter, in metro prosa carmine quod leuat nos alacriter, mulcēs suo solamine.

Nomen excelsum resonet, iesus in ore omnium: et cor cum voce consonet, vt sanet omne vitium.

Iesu salus peccantium, adesto nostris precibus: sis director errātium, et parce nostris actibus.

Nomen tuum nos muniat, preseruans a periculis: et in bonis pficiat, amotis culpe maculis.

Tibi christe sit gloria, fulgens hoc sacro nomine: honor tuus sit latria, iesu benigne domine.

Gloria tibi domine q̄ natus es de virgine. ¶ Versus [illegible] dicitur in ante hymnorum per tot. oct. qū de o. fit ser. V. Ois terra adoret te deus et psallat tibi. R. Psalmum dicat noī tuo dn̄e. An. Ego autem in domino gaudebo et exultabo in deo iesu meo: quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctū nomē ei', ak. Ps. Mag. Or.

D Eus qui gloriosissimū nomen iesu christi vnigeniti filij tui fecisti fidelib' tuis sūmo suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibus tremendum atq; terribile, concede propitius: vt omnes qui hoc nomen iesu deuote venerantur in terris: sancte consolatiōis dulcedinē in presenti percipiant: et in futuro gaudium exultationis et interminabilis iubilatiōis obtineāt. Per eundē do. etc. Deinde fiat solē. mēo. de transfi. a. Hodie ad patris, vt s. R. Adoremus patrem et filium. Or. De' qui vnigenitum. De do. de trini. primarum nat mēo. si stringat. De s. donato nulla penit' fiat mēo. Ad cōple. a. Miserere mihi dn̄e: secūdū iudiciū diligētium nomen tuum. Ps. Cum inuocarem. ch. Tu in nobis. Hy. Alma chorus. R. Custodi nos. an. O rex gloriose. ps. Nunc dimittis. qre vce omia ad cople. post. p. Ad matu. ini. Honorem' exaltemus nomen iesu nobile. Exultemus iubilemus, est summe diligibile. Ps. Venite. Hymnus.

I Esus dulcis memoria dans vera cordis gaudia: sed super mel et omnia, dul-

cis eius presentia.

Nil canitur suauius auditur nil iocūdius: nil cogitat dulcius q̄ iesus dei filius.

Iesu spes penitentibus quā pius es petentibus: q̄ bonus te querentibus, sed quid inuenientibus.

Iesu dulcedo cordium, fons vite lumen mentium: excedis omne gaudium, et omne desiderium.

Nec lingua potest dicere, nec litera exprimere: expertus nouit credere, quid sit iesum diligere.

Iesu rex admirabilis, et triūphator nobilis: dulcedo ineffabilis, totus desiderabilis.

Mane nobiscum dn̄e nos tuo replens lumine: pulsa noctis caligine tua pasce dulcedine.

Gloria tibi dn̄e qui natus.

¶ In .j. noc. ā. Hi in curribus et hi in equis: nos autē in nomine dn̄i dei nostri magnificabimur. Ps. Exaudiat te do. Ān. Memor ero nominis tui dn̄e: in oi generatiōe et gn̄ationē. Ps. Eructauit. Ān. Secūdum nomen tuū iesu dn̄e sic et laus tua in fines terre. ℣. Magnus dominus. ℟. Laudabo nomen dei cum cātico. ℟. Et magnificabo eum in laude. Lec. j.

Dum festum festo succedit: leta mens transfertur et terra iubilat diffusis gaudiis plenis honore. Heri celebrauimus iesum in celso montis vertice trāsfiguratū: hodie in imis terris humiliatum. Heri qualis apud patrē erat iesus prodebat corporis sui cādore: hodie celebramus quomodo latens diuinitas operatur nostra sub humili natura sacramenta salutis. Heri quales eramus secūdū spem suo ostendit splendore: hodie quales secūdū fidē beato debemus viuere more. Heri suā nobis charitatē cōmēdauit ad premiū: hodie ministratur sua charitas ad meritū. Illa i patria: ista in via. Illa in gloria cōsummāte: ista in doctrina cū grā misericorditer cooperāte. Tu. ℟. Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mādas salutes iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu: et in noīe tuo spernemus insurgentes in nobis. ℣. Exurge dn̄e adiuua nos et redime nos propter nomen tuum. In. Lec. ij.

In hac solennitate charissimi nostra spes tota erigitur: fides augetur: charitas diffunditur summe et indiuidue trinitatis alma maiestas magnifice commēdatur. Et iubilantibus celestis curie ordinibus in mētis excelsu famulantur etherei ciues. Roset applaudunt martyres q2 dn̄ ies9 est in animo robur: victores se inclytos noscunt. Et confessores cādidi laudāt cū canore iubilo: dn̄ iesus vt mel dulcescit in ore. At dum melos suauis iesus pulsat virgineas aures filie hierl'm canentes cursitant hymnidice gaudēt: cateruatim exultant: et in simul oēs primordia sa-

lutis dicentes. Jesu nostra redēptio amor & desiderium. ℟. Saluos fac nos dn̄e deus noster: & congrega nos de nationibus. Ut confiteamur nomini tuo sancto: et gloriemur in laude tua. ℣. Et sperēt in te qui nouerunt nomen tuū: qm̄ non dereliquisti querentes te domine. Ut confiteamur. Lec. iij.

Hec est illa preclara festiuitas quā patres diu suspirarunt, longe ante predixerūt prophete: mystice significauerunt figure. Ac tandem ille paranymphus gabriel celestis nūciauit marie. Quod enim ex te nascetur sanctū vocabitur filius dei: & nomē ei⁹ iesus. Jesus fons vite signatus qui quatuor in riuos se diffundit per plateas. Jesus a deo nobis factus est sapiētia, iusticia, sanctificatio atq; redemptio. In predicatione sapientia: iusticia in pctōꝝ absolutione: in conuersatiōe sanctificatio: in passiōe redēptio. Unn̄ scriptū est. Tres riui fluxerūt a iesu: verbum doloris in quo confessio. sanguis aspersiōis in quo afflictio: aqua emūdationis i qua cōpūctio designat. ℟. Osculet me osculo oris sui q2 meliora sunt vbera tua vino fragrātia vnguētis optimis. Oleū effusum nomē tuū. Ideo adolescētule dilexerunt te. ℣. Trahe me post te: curremꝰ simul in odorē vnguētoꝝ tuoꝝ. Oleū. Gl'ia. Ideo. In ij. noc. An. Deꝰ in noīe tuo saluū me fac: & in ꝟtute tua iudica me. ℣. Jp̄m. an. Sic psalmū dicam noī tuo in sclm̄ sclī: vt reddā vota mea de die in diē. ps. Exaudi deꝰ de. an. Sit nomē eiꝰ bn̄dictū in sc̄la: q̄ natꝰ est de ꝟgine maria. ps. Deꝰ in. ℣. Bn̄dic aīa mea dn̄o. ℟. Et oīa q̄ intra me sūt noī sc̄ō eiꝰ. Lec. iiij.

Hoc est nomē qd̄ paulus portabat corā gētibus & regibus vt lucernā super candelabrū. Mirabile est enim ac suauissimū. Unde quidā ait. Si scribas, si cōferas: nō sapit mihi nisi legero ibi iesum. Si dispures aut cōferas: non sapit mihi nisi sonuerit ibi iesꝰ. Jesus ergo nomen dulce & delectabile: nomen confortans peccatorem: & nomē btē spei. Ergo iesus: esto mihi iesꝰ. ℟. In semita iudicioꝝ tuorum dn̄e sustinuimus nomē tuum: et memoriale tuū in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritꝰ meus in precordiis meis: de mane vigilabo ad te. ℣. Uere tu es deus absconditus deus israel saluator. Anima mea. Lec. v.

Nec pretereat nos huius sacratissimi nominis multa virtuositas. Hoc est nomen quod cecis contulit visum, surdis auditum, claudis gressum, sermonem mutis, vitam mortuis: totamq; diaboli potestatē de obsessis corporibus virtus huius nois effugauit. Nec pfecto minoris excellētie & sublimitatis est: q̄ ꝟtut; . Unn̄ sc̄ptū ē. Nomē saluatoris mei frīs mei: carnis

mee: sanguinis mei. Nomen seculis absconditum: sed in fine seculorum reuelatum. Nomen mirabile: nomē ineffabile: nomen inestimabile immo eo mirabilius quo inestimabile: eo magis gratum quo gratuitum. ℞. Obsecro autē vos fratres per nomen dñi nři iesu christi. Ut idipsum dicatis omnes: et non sint in vobis scismata. ℣. Discedat ergo ab iniquitate: omnis qui noiat nomen domini. Ut. Lcō. vj.

Hoc autē nomen impositum est ei ab eterno ab angelo & a patre ioseph. Ab eterno: cū iesus a potentia saluandi saluator interpretatur. Ab angelo: cum ab habitu saluandi saluator dicitur: quod ei conuenit a sue cōceptionis principio. A patre suo ioseph hoc nomē impositum est: cum ab actu passionis & nostre redemptionis future iesus saluator appellat⁹ est. ℞. Jesus nazarenus rex iudeorum fili dei viui miserere mei: iesu fili dauid miserere mei. Utbideā voluntatem dei. Et visitē templum eius. ℣. Aspice in me et miserere mei secūdū iudicium diligentium nomen tuū dñe. Ut. Gloria. Et. In. iij. noc. an. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & propter gloriam nominis tui dñe libera nos: & propiti⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum. ps. De⁹ ve. an. Confitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in eternum. ps. Inclina dñe. an. Affer te dño patrie gentium afferte dño gloriam & honorem: affer te dño gloriam nomini eius. ps. Cantate. ℣. Nō nobis domine nō nobis. Sed noi tuo da gloriam. Secūdū Matth.

Ca. I.

In illo tēpore. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicens. Joseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam. Et reliqua. Homilia Origenis.

Ioseph mariam noluit traducere: noluit eam diffamare, sed voluit eam occulte dimittere, occulte eam a se dimittere volebat sicut pius: sicut mā suetus: sicut misericors. Juste humilians se in oibus cauebat & timebat sibimet illi⁹ tante sanctitatis coniunctionem adhibere. Idcirco dixit dimittam eam & a me longe faciam eam & a cognatione mea. Maior enim est eius dignitas: supereexcellit eius sanctitas nec mee congruit dignitati Hec autē eo cogitante: angelus domini per visum apparuit illi: dicens. Quare dubitas ioseph? Quare imprudenter cogitas? quare irrationabiliter meditaris? De⁹ est enim qui generatur. Quod enim nascet ex ea de spū sctō est: qr scilicet huius natiuitatis cooperator spiritussanctus est. Ille quidem est de quo scriptura prenunciauit dicēs. Puer natus est nobis & fili⁹ datus est nobis. Pariet inquit filiū et vocabitur nomē eius iesus. ℞.

Ecce cõcipies et paries filiũ. Et vocabitur nomen eius iesus. ℣. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur: et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius. Et voca. L. viij.

Ergo gñat: et tu ioseph hunc genitum vocabis iesum, qui interpretatur saluator. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Vocabis inquit nomẽ ei⁹ hoc quod ante fuit, quod ante secula nominatum est. Nõ tu ei impones nomẽ: nec ex te ei vocabulum cõstitues: sed nomina et voca exultando iesum id est saluatorem eum esse testare. Ex tẽpore iesum cepisse saluare ne consideres: sed esse antiquissimum saluatorem. Ipse enim saluũ faciet populum suum a peccatis eorum. ℟. Cum appropinquasset iesus hierosolymis: turbe autem que precedebãt et que sequebantur clamabãt dicentes, osanna filio dauid: benedictus qui venit in noĩe domini. Rex israel osanna in excelsis. ℣. O dñe saluum me fac o domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine dñi. Rex israel. Lect. ix.

Uo etenim per hoc verbum preclara designantur, q̃ et deus fuerit et domin⁹ prius ante incarnationẽ christus: et q̃ populus eius ab eo saluandus iam tunc annũciabatur. Et ideo dictum est. Ipse saluum faciet populũ suũ a peccatis eorum: vt vere de⁹. Dei enim est virtutis a ptõ saluare vel peccata dimittere. Iuste ergo filius dei habens populũ suum venit vt dictum est ipsum liberare a peccatis, atq̃ saluare siue ex iudeis siue ex gentibus. De quo ipse per prophetam iam fuerat elocutus dicẽs. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Pete a me et dabo tibi gentes hereditatem tuã et possessionem tuã terminos terre. Ipse saluabit populũ suũ a peccatis eorum, sanguine videlicet suo cunctos redimens morte sua de mortis eos liberãs potestate. Tu. ℟. Hec autem scripta sunt. Ut credatis quia iesus est christus filius dei, et vt credentes vitam habeatis. In nomine eius. ℣. Confitemini dño et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Ut cred. Gloria. In no. pa. Te deum. In lau. ℣. Adiutoriũ nostrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum et terram. ãn. Uocatum est nomen eius iesus quod vocatum est ab ãgelo priusq̃ in vtero conciperetur, alleluia. ps. Dñs regnauit. ãn. Laudate nomen dñi nostri iesu christi qm̃ suauis est ipse et i eternum misericordia eius al. ps. Jubilate. ã. Benedicam te domine iesu in vita mea: et in nomine tuo leuabo man⁹ meas alleluia. ps. Deus deus. ãn. Justi tulerunt spolia impiorum et decantauerunt nomẽ tuum domine et victricem manũ tuã

laudauerūt pariter dn̄e deus noster. ps. Bn̄dicite. an. Iuuenes & virgines senes cum iunioribus laudent nomē dn̄i: q2 exaltatū est nomen ei9 solius alleluia. ps. Lauda. Cap.

1. cor. 1.

Omnibus qui inuocant nomen domini nostri iesu christi in omni loco ipsorū et nostro gratia vobis et pax a deo patre nostro & domino iesu christo. Deo gratias. Hy9.

IEsu auctor clemētie, totius spes leticie dulcoris fons et gratie, vere cordis delicie.

Iesu decus angelicū, in aure dulce canticum in ore mel mirificū i corde nectar celicū.

Iesu flos matris virginis, fauus mire dulcedinis: decus humani generis, da lucem veri luminis.

Iesu sole serenior & balsamo suauior: omni dulcore dulcior pre cunctis amabilior.

Iesu summa benignitas mira cordis iocunditas: incomprehensa bonitas, nos stringat tua charitas.

Rex virtutū rex glorie, rex insignis victorie: iesu largitor gratie honor celestis curie.

Te celi chorus predicat et tuas laudes replicat: iesus orbē letificat, & nos deo pacificat. Gloria tibi dn̄e qui natus. ℣. Sit nomen domini iesu benedictū. ℟. Ex hoc nunc et vsq3 in seculum. An. Ioseph fili dauid noli timere accipere mariam cōiugem tuam: qd̄ enim in ea natū est: de spiritu sancto est: pariet autem filiū et vocabis nomē eius iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. ps. Benedictus. Or. Deus q̄ gloriosissi. Ad .i. ā. Vocatū. ps. Deus in no. an. Gratias tibi. ps. Quicunq3. Cp. Regi seculorū. ℟. Iesu christe. cum alleluia. ℣. Qui de virgine. Ad .iij. ā. Laud. ps. Legem pone. cap. Omnibus qui. ℟. Laudabo nomen dei cum cātico alla alla. ℣. Et magnificabo eum in laude alla alla. ℟. Benedic aīa mea domino. ℟. Et oia que intra me sunt nomini sancto eius. Or. Deus qui gloriosissi. Ad .vj. ā. Benedicā te. ps. Defecit. Capim.

Col. 4

Omne quodcunq3 facitis in verbo aut in ope oia in nomine dn̄i nostri iesu xp̄i facite: gratias agentes deo et patri per ipsum. ℟. Benedic anima mea dn̄o Alleluia all. ℣. Et oia que intra me sunt nomini sancto eius. Alleluia. ℟. Nō nobis dn̄e non nobis. ℣. Sed nomini tuo da gloriam. Ad .ix. an. Iuuenes. ps. Mirabilia. Capitulum.

2. thessalo. 3.

Denūciamus aūt vobis fratres in noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i vt subtrahatis vos ab oī fratre āmbulate inordinate: & nō scd̄m traditionē quam acceperūt a nobis. ℟. Nō nobis dn̄e nō nobis alla al. ℣. Sed noī tuo da gloriā all. ℟. Sit nomē dn̄i iesu bn̄dictum. ℟. Ex hoc nūc. Or. De9 qui. Ad .ij. vesp. an. Vocatum est.

psal. qui ad .i. vesp. dicantur per totas oc. cum Oib9 qui R. Hec aut scripta. Hy9. Exultet pcorum. b9. Ois terra a. Exurgens autem ioseph a somno: fecit sicut preceperat ei angelus dni: et accepit coiugem suam: et no cognoscebat ea donec peperit filiu suu primogenitu: et vocauit nomen eius iesum al. al. ps. Mag. or. De9 qui gloriosissimum. Nulla fiet meo. in audientia: neq sub silen. nisi qn hoc fes. in sabba. ctig. tunc fiet meo. de do. et de trini. sub silen. vel qn hoc fes. in do. ctige. tunc fiat meo. de do. Ubi autem no celebrat hoc fes. nois iesu hac die: fiat plenu serui. de s. donato quacuq fes. extra oc. ctig. nisi cme. b. ma. aut fes. loci vel alia sctis cme. hoc ipedierit. Sir fiat de aliis fes. iij. lec. infra oc. vni9 fes. ctigetibus: vbi dicte oc. no celebrantur cu reg. cho. ¶ Scti donati epi et mar. cap. Ois ponti. or.

Deus tuorum gloria sacerdotum presta qs: vt sancti martyris tui donati atque pontificis cuius festa celebramus: sentiam9 auxiliu. Per dominum. Ad matu. tres lect. fiant cu inuita. simp. Lco. j.

Beatus donatus nutrit9 a sancto pigmeneo pbro in diuinis et humanis literis eruditus est. Cum quo iulianus subdyaconus ordinatus reiecto gradu ad imperium aspirauit. Qui beatum pigmeneum rome in custodia tenes patrem et matrem beati donati gladio occidit. Lectio secunda.

Donatus vero lector habitauit cu hilario monacho serutes deo orationibus et vigiliis. Defunctoq bto satyro epo: in locu eius donatus successit. Quo missam celebrante: ipellentibus paganis calix de manu dyaconi corruens confractus est. Quem vir donatus edito crucis signo: in statum pristinum reintegrauit. Lco. iij.

Deniq tetus beatus donatus a quadratiano augusto et mulcq cu illo btus hylarius iubetur sacrificare. Quib9 renuetibus hylarius fustibus cesus spm exhalauit. Donat9 vero ore eius lapidibus contuso: in carcere recludit. Ubi cu dns per eu multa miracula operaretur: gladio pcussus est. Cetera de coi vnius mar.

¶ Octaua die et quotidie infra oc. nois iesu vbi celebratur cu reg. cho. qn fit serui. de oc. nisi in do. hoc modo fiat serui. Ad matu. inui. hy9. ac psal. sicut in .j. die ps et R. secundum ordi. noc. dicat. Au R. b. Adiutoriu nostru. In R. hec sola a. Vocatu est. psal. ctue. cu. hy9 et R. sicut i .j. die. quotidie post oct. nisi in do. et in oct. die sup p. Bnd9 et Mag. a. vna de aliqs ais. sce p. ad .j. vs. p ord. cu frequenti repeti. earude. Sir fiet ad meor. de oc. qn de aliq scto infra oc. fit serui. cu ps. Ois p. ad vs. et Sit nome d. b mar. meo. de fes. iij. lec. ctig. et de s. laure. post fes. ipi9 celebrai. Ad .j. et ad als ho. ois fiat sicut

in.i.die: preter hic sup hoc. Quicunque. que erit. Te iure et opt. Domine sancte pater. Ad vesp. oia stant sicut in.i.die: preter ps. quod non dicet et a. sup hoc. Magnificat. que erit vt hic dictum est. Comple. per totas oct non mutabit: nisi quando de alio no sco agit: tunc etiam stat sicut i fest. s. trini. Si dies do. infra oc. grig. oia stant sicut infert' i fer. w. ifra oc. sup noc

Secunda die de constitutione nominis iesu. Lectio pma.

Quem non libet de consolationis plenitudine sacri nominis iesu diutius contemplando immorari? Videamus igitur de incomprehensibili huius sacratissimi nominis institutione. quibus nempe literis integratur: et fortassis non videbitur inutile: nec deerit deuotis venerabile sacramentum. Duabus ex syllabis iesus constituitur: paucis tamen litteris syllabe constituuntur. Sed quid in hac literarum serie charissime queris? Audi. Si enim (vt ait saluator) oes capilli vestri nuerati sunt quos nature ascribitis, quantomin' litere sub numero pauco in quarum adunatione tanta copia plenitudinis sapientie et scientie dei celi et terre: et oim que in eis sunt inutilis consideratio putetur? Lectio scda.

Gloriam prebuit viro in capillis: arbori in foliis. Nec est in oblitione eorum: quantomagis gloriam non dabit nomini suo in sacri nominis iesu literis. In his duabus syllabis latet totum quod querimus, qd adhuc nescim' quid est vsqz iesus stat oia in omnib'. Opera enim de perfecta sunt nec vnum iota aut vnus apex preteribit donec oia fiant: quia omnia numero pondere et mensura fecit et statuit: huius ergo nominis integratio cum operis est dei vnum iota non erit inane, quare hec oia dico? Quia litere hebreorum omnes pene interpretabiles sunt: grece aut latine non sic: neqz barbarorum litere. Sicut nempe diuinitatis maiestas imensa dignatur sub exigua carnis massa latere: ita et inundans sue bonitas dulcedinis paucis sub literis signari: ad nostrum gaudiu meritum et premium Lectio.iii.

Sacrum fratres audite misterium. Nostris mentis auribus resonet hoc nomen iesus benedictu quod apud hebreos tribus literis comprehenditur cum titulo principium: vite exemplum conclusione: et principium est conclusio. Iste principium in die virtutis dei in splendoribus sanctorum: ante luciferum genitus, iste verbum in principio apud deu. Iste principium in quo creauit deus celum et terram: et omnia que in eis sunt. Iste est qui interrogantibus iudeis quis esset dixit, principium qui loquor vobis. Iste est conclusio et finis apud eos: in quos fines seculorum deuenerunt cum verbum dei principiu sit:

caro finis hominum factum. Iste caput et finis: qui omnia morte conclusit: cum dixerat consummatum est. Bene hinc ait zacharias pphета. In diebus illis erit dominus vnus et nomen eius verū. Mēor. de s. cyriaco sociisqз eiꝰ mar. or.

Deus q̄ nos annua beati cyriaci martyris tui sociorūqз eius solennitate letificas: concede propitius vt quorum natalicia colimꝰ: virtutem quoqз passionis imitemur. Per. Ad ves. de s. romāo fiat mēo. cū hac ān. Dixit romanus. ꝟ. Glia et ho. or. Presta q̄sq̄re in fest. eiusdē. Tū vbi nō fiūt oct. nois iesu cum reg. ch. tūc ad mat. de s. cyriaco sociisqз eiꝰ fiāt iij. l. iui. du. l. i.

Diocletianus augustus fecit cōprehendi sanctū cyriacū romane ecclesie dyaconum cum aliis sanctis: et in custodia publica recludi. Vbi cum multo tempore positꝰ esset: multas per eum dominus virtutes operabatur. Lect. ij.

Eodem tempore arthemia filia imperatoris a demonio vexabatur: clamante demone p os eiꝰ. Nisi venerit cyriacus dyaconꝰ non exibo. Adductus cyriacus mundauit eam que mox in christum credidit: que baptizata est in dei seruitio permanens. Tu. Lectio tria.

Mortuo dyocletiano maximianꝰ filꝰ eius tenuit cyriacum et cōmēdauit eum carpasio vicario suo. Ipse vero iussit picem liquari et sup caput cyriaci infundi. Post hec cyriacus in catasta suspensus fustibusqз cesus cum aliis multis capite truncatus est. Quorū corpora marcellus papa sepeliuit. Cetera de cōi plurimorū marty. ¶ Sancti romani martyr. Ad ves. sup ꝟ. Mag. ā. Dixit romanus ad beatū laurentiū: video ante te iuuenē pulcherrimū festina me baptizare. ꝟꝰ Gloria et honore. Oro.

Presta q̄s oīps deus: vt qui beati romani martyris tui natalicia colimꝰ: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Ad mat. de s. romano vbi nō fiunt oct. nois iesu cū reg. ch. iij. lec. fiant cū noc. propter vigi. totum ser. fiat de fes. vsqз ad missam que erit de vigi. L. i.

Cum beatus laurentius fuisset a ministris decij cōprehēsus: et eidē presentatꝰ iussit eū decius in catasta extendi et torqueri. Qui dū torqueretur subridens et gratias agens ait. Benedictus es dñe qui nobis miam quam meriti nō sumus ꝯtulisti. Da nobis dñe gratiā tuam vt cognoscāt omnes circunstantes: quia tu cōsolaris seruos tuos. Lec. ij.

Eadem hora romanus miles credidit christo per verba beati laurentij et ait illi. Video ante te iuuenem pulcherrimū cum linteo extergentem membra tua. Quamobrem adiuro te per christum ne me derelinquas. Hoc audiēs deciꝰ dixit. Victi sumꝰ per artē magicā.

Et iussit eum de catasta solui: et hippolito reddi. Tu. L.iij.

Ueniens autem romanus cum aqua misit se ad pedes bti laurentij: rogãs vt baptizaretur. Quo facto: decius dixit. Exhibete eũ fustibus. Roman⁹ ho nõ interrogatus cepit clamare: xpianus sum. Tunc iussit deci⁹ vt ipsa hora capite puniret. Ductus igit foras muros porte salarie: decollat⁹ est. Cuius corp⁹: iustinus sepeliuit. Cetera de cõi vni⁹ mar. Tñ vbi celebratur oc. nois iesu cũ re. ch. hac die fiet tm̃ meõ. de s. ro. cũ pleno ser. de. iij. die ifra oc. vez õ scificatiõe nois iesu. L. j.

Nostra rursum replicat gaudia ista festiuitas sancta vt cuius anim⁹ minus refocillabat in beati nois iesu itegratiõe: tã adipe et pinguedine scificatiõis eiusdẽ repleat aĩa eius: et labiis exultationis laudet nomẽ dñi sanctũ. Ipsa nãq felix nois iterpretatio sic nos in eo scificat vt dignissima laude super oĩa scificet in nobis. Jesus vero: salus interpretatur. Et merito: q2 dñi est salus: et sup populũ suũ benedictio ei⁹. L. ij.

Iste est verbũ quod misit de⁹ et sanauit oẽs de interitionibus suis. Si nobis est sal⁹ vt suo actu vtõ pariter sit nrĩ terminus doloris: et p deitatẽ in glia termin⁹ felicitatis etne. Caueam⁹ igit charissimi: ne si vt degeneres simus. Nẽpe sicut p bonos glorificat, ita et p malos ad eius opprobrium et contẽptũ blasphemat insuper iesus deus nr. Scificem⁹ illũ in nobis: vt et ille nos scificet in se. Qui non scificat iesum: nõ sanctificabitur ab eo. Scificamus iesum in nobis: qñ scientes eũ sanctũ timem⁹ eũ et sollicite vigilamus: ne forte violemus sanctitatẽ nominis ei⁹ p opa mala. L. iij.

Spirat opa salutis: et exercet. Jesus interpretatur salutaris: nec sine merito. Clamemus proinde singuli. Cõuerte nos de⁹ salutaris nr: et auerte irã tuam a nobis. Si ho sanguis hircorum aut taurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis peccatricis: quantomagis sanguis christi quẽ pro nobis effudit abũde: qui et per spm̃ sanctũ semetipsũ obtulit imaculatũ deo pri emũdabit sanctificabitq3 cõsciẽtiã nostrã ad seruiendũ deo viuẽti: vt digne famulemur ei: et repromissionem accipiãt qui vocati sunt hereditatis eterne. Tu. Meõ. de s. romano cũ or. supradicta. Hac die ves. erunt de s. laurentio. Ad vespe. sup psal. fce. añ. Puer meus noli timere quia ego sum tecum si trãsieris per ignem flãma non nocebit te. psal. fer. Capitulũ.

2. cor. 9

Qui parce seminat, parce et metet: et qui seminat in bñdictionibus, de benedictionibus et metet. R. Beatus laurentius dixit. V. Gaudeo. Hy⁹. Martyr dei. V. Dispersit dedit pauperibus. añ.

Beatus laurentius dum in craticula suppositus ureretur ad impiissimum tyrannum dixit, assatum est: iam versa et manduca: nam facultates ecclesie quas requiris in celestes thesauros manus pauperum deportaverunt. ps. Magnificat. Oratio.

¶ In nocturnis. Antiphona.
Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorũ ad celestia regna. ps Dñe dñs. ãn Sicut myrrha. ps Celi enar. ã Paradisi porte per te nobis aperte sũt: quas hodie gloriosa cũ angelis triũphas. ps Dñi est terra. ã Specie tua. ℣ Eructa. ã Adiuuabit. ps De⁹ noster ã Sicut letantium. ps Fundamenta. ã Gaude maria. ps Cãtate. i. ã Dignare me. ps Dñs reg. ex. ã Post partum. ps Cãtate. ii. ℟ Sancta dei ge. lc. i.

Si queratur post ascẽsionẽ dñi quid egerit beata virgo maria, vnum p certo est qꝫ virgo sancta corpore et mẽte permansit: quã sane angelus gabriel: ac si celestis paranymph⁹ intactã custodiuit: & ioannes apls & euangelista cui christus eam de cruce commisit virgo virginẽ seruauit: suisqꝫ ei de seruiuit obsequiis. ℟ de pmo. no. vel. dñr. Lc ii
Non qꝫ eximi⁹ ille chor⁹ apostolorũ eam deseruerit: inter quos post resurrectionem intrans & exiens familiari⁹ contulit de christi incarnatione: tanto siquidem verius qꝫ ab initio plenius per spiritũ sanctũ cuncta didicerat & perspexerat oculis vniuersa: licet apostoli per eundem spm scm oĩa cognouerint: & in oẽm edocti puenerint veritatem. lc. iii
Hanc sane beatã virginem & si omnes venerati sunt discipuli, eiqꝫ famularẽtur officio dilectionis: ioãnes tamẽ amplius & specialius vsqꝫ ad fi=

nem vite, qui sibi commissam accepit in suam: quasi matrē filius cui magister de cruce, mulier: ecce inquit fili⁹ tuus ampliori solicitudine famulabatur. ℣. Exaltata es. Iste ℣. dicatur quotidie ante lau. In lau hec sola ān. Assumpta est. ps Dñs regna. Cp. In omnibus. Hy⁹. O gloriosa fe. ℣sus Elegit. ān. Virgo prudentissima quo pgrederis quasi aurora valde rutilās, filia sion tota formosa et suauis es pulchra vt luna, electa vt sol. ps. Bñ⁹. Orō. vts. Qñ dies iii. in q die contig. tūc hec predicta ān. Virgo pru. in die iij. dicetur super ps. Bñ⁹. Orō Venerandā. Mēō. de s. lau. ān. Beatus laurentius ora. Require hanc ā. in laud. que est v. ā. ℣. Dispersit. Orō vts. Nulla die per octa. fiat mēō. de cruce nec de oībus sanctis qr octa. sunt cum regi. ch. Ad. j. ā. Assumpta est. ps. Deus in noīe. ā. Te iure. ps Quicunq;. Ad. iij. et ad alias ho. āñe, cp. ℟. et ℣. sicut in j. die dicātur similiter et orō. Ad vel. ā. Assumpta est. ps. Dixit dñs. Cp. In omnib⁹ Hy⁹. O q̄ glorifica. ℣. Exaltata. ān Qualis est. ps. Magt. Orō. Veneranda. Eodem modo dñr ves. quotidie infra oc. cū aliis āñis super ps. Mgt. que mutātur. Mēō. de s. lauren. ā. Beat⁹ laurentius dnm in craticula. vts ad. j. vesperas super ps Mgt. ℣. Dispersit. Oratio.

Beati laurentij nos dñe faciat passio veneranda letātes: et vt eā sufficiēter recolam⁹ efficiat promptiores. Per.

Die. iij. ℣ Sctā dei ge. etc. j.

Non em̄ pudicissima virginitas alicui discipulo rectius q̄ virgini cōmendatur vt esset inuicē grata societas et florid⁹ aspect⁹: necnon et venustus cōuersandi vultus vernans alternatim pudicitiarum splendore decoratus. ℟. de. 2. noctur. Lectio scda.

Una siquidem virt⁹ virginitatis in ambobus: sed altera pportio ī maria. Altera siquidem: qr fecundior: sed ipsa virgo: sed altera: qr et si ipsa eadē q̄ incorruptio tamen fecunditas integritatis longe gloriosior q̄ virginitas. Lctō. iij.

Ideirco et fecunditas in illa tota deificata est: et virginitas Alioquin nusq̄ secundū naturam nascendi virginitas: vbi fecunditas predicatur: neq; fecunditas vbi virginitas integra conseruatur. ān Talis est ps Bñ⁹. Mēō. de s. lau. ān. Increa ticulavts in j. die sup ps Bñ⁹. ℣. Dispersit. Orō. Beati lauren. Quocunq; die oct. scilau. etiam si in dn. contig. fiat inde mēō. tm̄. Ad vs. ā. Descendi in hortum. ps Mgt. Mēō. de sancto agapito mr. ān. Hic est vere. ℣⁹. Gloria et honoratio.

Letetur ecclesia tua dñe beati agapiti martyris tui confisa suffragiis: atq; ei⁹ precibus gloriosis et deuota permaneat et secura cōsistat. p.

Die quarta ℣ Speciosa facta es et suauis, Lectio pma,

Hinc quoque ioannes quicquid est quod genuit maria euangelizando suo cōmendauit eloquio, verbū quod in principio erat verbū ⁊ verbū erat apud deum: ⁊ deus erat verbum: ipsum deum genuit beata ⁊ gloriosa virgo maria. ℟. de. iij. noct. ita tamē ꝗ. iij. ℟. sit Beatam me dicent. ℟. ij.

Virginitas igitur longe sacratior: ⁊ fecunditas: (vt ita dicā) multo ineffabilior ꝙ̄ suo poterat ille explicare eloquio. Veruntamen ꝗ̄to virginitati cognatior virginitas: tāto beatꝰ euāgelista ceteris est excellētior ⁊ vicinior est Sbo. ℟. iij.

Ideo quicquid est quod genuit virgo totū prout potuit homo per spiritū sanctum nobis reserauit manifestiꝰ ⁊ docuit. Cuius etiam conuersatio post ascensionē christi generaliter cū apostolis fuit: quousque dispergerentur sicut lucas meminit, dicens, ꝙ egressi a monte oliueti hierosolymā venerunt: ⁊ ascenderūt in cenaculū vbi manebāt. ¶ Hac die ⁊ reliquis dieb' intra oc. dñic añe de noctur. scz Emissiones. ⁊ alie āe que sequūtur sup ꝓ. Bñ⁹. ⁊ Magt nisi in do. quibꝰ dicitur ā. Anima mea. si necesse fue. Mēo. de s. agapito m. ā. Nisi granum. ℣. Iustꝰ ger. Oro vts. Hac die ad vesp. uac mēo. de sctō magno ān. Hic est vere mar. ℣. Gloria ⁊ ho. Oro

Adesto dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercedente btō magno martyre tuo: ab hostium nos defende propitiatꝰ incursu. Per. ¶ Sequentibus vero dieb' intra oc. seruetur ordo de Hii. ⁊ ℟. ad matu. qui in prece. tribꝰ diebus: si dies dñicꝰ non interuenerit preter ā. super ꝓ Bñ⁹ ⁊ Mgt. Si vero dies dñicus infra oc. contig. totum serui. fiat de sctā maria hoc modo. Ad. i. ves. sup ps ān. Assumpta est ps. Dixit dñs. Cap. In omnibus requiē. Non dr hr. hyꝰ. O ꝙ̄ gloriff. ℣. Exaltata es. ā. Anima mea sis Mgt. Oro. Veneranda nobis. Memo. de do. de trinita. ⁊ processio. fiat ante crucem nisi aliquando omnino differatur ꝓpter prolixitatē tēporis vel qñ dies dñicus scda die infra octa. contig. tunc enim memo. de do. de trinita. process. ante crucem omnino diffe. vsque ad proximā do sequen. In redeundo de oibus sctis ā. Saluator mundi. ℣ Letamini. Oro. In firmitatē. Ad mat. inui. Venite adoremus. ꝓ. Venite. Hyꝰ. Quem terra. In. i. noc. ā. Ecce tu pulchra. ꝓ Dñe dñs noster cete ane cū suis ꝓ. ℣. ⁊ ℟. sicut i. i. die dñr. preter ix. ℟. q̄ erit ist ℟. Candida virgini. lc. i.

Bene angelus ad mariā virginē mittitur: quia semp est angelis cognata virginitas. Profecto in carne viuere preter carnem: non terrena vita est: sed celestis. Vnde in carne angelicam gloriā acquirere maius est meritum: ꝙ̄ habere. Lectio secunda.

Esse enim angelum felicita-

tis est: esse vero virginē virtutis, dum hoc obtinere viribus nititur cū gratia qd habet angelus ex natura. Utrumqz tamē & esse virginē vel angelum: diuini muneris est officium: non humani. Lectio .iij.

Aue inquit angelus: gratia plena. Et bene plena: qz per partes ceteris prestatur, marie vero simul se tota īfundit plenitudo gratie. Lectio quarta.

Hoc quippe est quod dauid canit. Descēdit sicut pluuia in vellus. Vellus itaqz cum sit de corpe: nescit passionē corpis. Sic & virginitas cū sit in carne: vicia carnis nescit. Lec. v.

Celestis plane imber in virgineum vellus placido se effudit elapsu: & tota diuinitas nuda se contulit in carne quādo verbū caro factū est: & deinde per crucis patibulū expressum terris omnibus pluuiam salutis effudit: & stillicidia gratie celestis: humanis prestitit mentibus. Lectio sexta.

Dñs inquit tecum. Mira res etiam ille erat cū virgine qui ad virginē mittebat angelū: & precessit nuncium suū deus: sed a deo nō recessit: teneri autem locis nō potuit: qui oībus habetur in locis: & totus vbiqz est, sine quo nihil, & per quem totum. ¶ Secundum Lucam

Cap.10 In illo tpe. Intrauit iesus in quoddā castellū: & mulier quedā martha noie: excepit illum in domū suam. Et re. Homil. b. aug. e. f. vij.

Sanctum euangeliū fratres charissimi cum legeretur audiuimus a religiosa femina susceptum esse dñm hospitio: ab ea que martha vocabatur. Et cū esset occupata in cura ministrandi: soror eius maria sedebat ad pedes dñi: & audiebat verbum illius. Laborabat illa, vocabat ista, illa erogabat, ista implebat. Lectio .viij.

Ueruntamen martha laborans multū in illa occupatione & negocio ministrandi interpellabat dñm: & de sorore sua cōquesta est q eam laborantē non adiuuaret. Dñs autem p maria respōdit marthe: & ipse factus est aduocatus: qui iudex fuerat īterpellatus. Martha inqt circa multa es occupata. Porro: vnum est necessarium. Maria optimā partem elegit: que nō auferetur ab ea. Lc. ix.

Audiuimus enim interpellationem interpellantis & sententiā iudicis. Que sententia interpellanti respondit: suspectā defendit. Erat enim maria intenta dulcedini verbi dei. Intenta erat martha quomodo pasceret dñm, intenta erat maria quomodo pasceretur a dño. A martha conuiuium dño preparabatur: in cuius conuiuio iam maria iocundabatur. In lau. vna sola ā. dicatur cā. &c sicut in j. die dicantur. Ad j. et ad alias hor. oia fiant sicut infra oc. Ad .ij. vē oia fiāt sicut ī j. die: preter R. qd non dr cū hym. O q gloriosa. Deinceps vero nō seruetur ordo diez in ā. & R. ad mat. cātādis: & ī R.

legendis: nec in aliis. sup ps. Benedictus. et Magnificat. dicendis sed supradictus ordo ps. et Re. V. et anay. servet in sequen. diebus infra octa. ita tn̄ q in die lune sp dic̄ ps. et Re. de .j. noct. histo. ¶ Quinta die. Lectio .j.

Quia iter salutis nostre in laudibus est salvatoris: hortor vos et commoneo in hac sacra solennitate genitricis dei marie: nolite cessare a laude. Lectio secunda.

Quod si virgo es gaude: qr meruisti esse quod laudas, tantum cura ut sis que digne laudare possis. Si continens es et casta venerare et lauda: qr aliunde non constat ut possis esse casta quam ex gratia dei: que fuit plenissime in maria quam laudas. Lectio tertia.

Quod si coniugata es aut peccatrix: nihilominus confitere et lauda: qm inde mia profluit omnibus et gratia ut laudēt. Et quamvis non sit speciosa laus in ore peccatorum: noli tamē cessare a laude: quia inde promittitur venia.

¶ Sexta die. Lectio prima.

Hinc ergo omnes pariter festivitatē beate Marie devotissime celebremus: quia hec est dies preclara: in qua meruit exaltari super choros angelorum: et pervenire ultra quam nostre humilitatis est natura. Lectio secunda.

Hec est inquam dies: in qua usq ad throni celsitudinē intemerata mater et virgo processit: atq in regni solio sublimata: post christū gloriosa resedit. Sic itaq ubiq confidēter sancta canit ecclesia: quod de nullo aliorum sanctorum fas est credere: ut ultra angelorum vel archangelorum merita transcenderit. Lectio tertia

Hoc quippe privilegiū non nature est, sed gratie: qua super choros angelorū exaltata devotissime hodie predicat. Ideo precessit eam dñs ad celos: ut prepararet ei in ethereis sedib⁹ locum: ut cum eo regnare possit imperpetuum.

¶ Septima die. Lectio prima

Nulli dubium est illam celestem hierusalem tūc exultasse ineffabili leticia, tūcq iocundatam esse inestimabili charitate: qm festivitas hec que nobis hodie revolvit annua illis omnibus esse facta continua. Lectio secunda.

Creditur em̄ q salvator oīm totus festinus occurrit: et cum gaudio eam in throno collocavit. Alias autem quomodo implevisse creditur: qd̄ in lege ipse precepit, honora patrem tuum et matrem tuam. L. iij.

Quod patrem honorificavit: ipse sibi testis est: cū ad iudeos ait. Ego gloriam meā nō quero: sed honorifico patrem. De matre vero evangelista cū rediret a nazareth: ait. Et erat subditus illis. Tu autē.

¶ In octa. assump. btē marie. Ad .j. vesp. sup ps. hec sola añ Tota pulchra. Ps. Dixit do. cetera ps. de s. maria. Re. cp. et c. oia sicut fiebat. ad .j. vesp. in .j. die cū

oratione. Venerãda. Meo. de mar. tymotheo. et simpho. Or.

Auxiliũ tuũ nobis dñe placat⁹ īpēde: et itercedētibus btis martyrib⁹ tuis tymotheo et simphoriano: dexterã sup nos tue propitiationis extēde. Per. Ad matu. ix. lec. nat. Inui. trip. Tota cãtetur hi. sicut i. j. die: Pter. ix. R. qđ erit. Cãdida Ѕgitas. L. j.

Beata Ѕgo maria cũctis tanto venerabilior q̃to gloriosior: et q̃to Ѵtute altissimi extollit̃ ad sublimia: tãto clarior resultat in gl͂ia. Plena siq̇dē gr͂a: plena deo: plena Ѵtutibus nõ potest possidere plenius gloriã claritatis eterne: quã plenissime accepit vt mater fieret saluatoris. L. ij.

Eam nãq ꝫ viderũt oēs filie siõ et beatã dixerũt: et regine laudauerũt eã. Qm̃ tãtã eam viderũt q̃tã nullus narrando expleuit mortaliũ. Quanto magis deũ qui talē ac tãtam esse fecit: vt per eam ipse fieret. Unde dauid. Et hõ inquit natus est in ea et ipse fundauit eam altissimus. Lec. iij.

Beata igitur talis ac tãta natiuitas beata et supernorum ciuiũ societas: et admirabilis charitatis eorũ vnanimitas: vbi nemo angelorũ: non dico beate virginis Marie verũ: neq ꝫ alicui⁹ sanctoꝝ inuident gloriã: sed totũ in altero vnus quisq ꝫ possidet: quod gratis prestatur oĩbus, vt de oĩb⁹ et in oĩbus glorificet̃ de⁹, honoretur et adoret̃ ab oĩb⁹. L. iiij.

In vbero nõ sex⁹ nõ etas: nõ dignitas generis: sꝫ meritorũ qualitas sola discernit̃, vbi p̃rimũ stella a stella differt in claritate: q̃uis oēs in suo sint ordine suscitandi: quod si est alia claritas solis: et alia claritas lune et alia claritas stellarum: vna tamē claritas est: qua illustrantur omnia. Lectio quinta.

Idcirco btã dei genitrix que tãtis in terra predicatur laudibus non immerito creditur hodierna die exaltata et glorificata quãtũ nouit ille q̃ eam elegit, et sua sapientia disponit omnia. Qđ si in domo patris ei⁹ multe mãsiones sunt: credimus splēdidiorem matri hodie filiũ mãsionem p̃stitisse quã olim edificauit domũ sub nixam colũnis septē: in qua nimirum domo parãtur nuptie ecclesiarũ dei: et federant̃ terrenis celestia. Lectio sexta

Ideo nãq ꝫ in vtero virginis sponso immortali virginitas consecratur vt si totũ celeste cõmerciũ. Idcirco charissimi celebrate solenniter virginis festũ, que celestē nobis vitam in terris ostēdit. Qm̃ qui non nubēt: neq ꝫ nubētur: erũt sicut angeli dei in celo. Nec mirũ si angelis cõparat̃ virginitas: q̃ angeloꝝ dño federe copulat̃ nuptiarũ. Et si quelibet Ѵginitas tantũ erigit̃ vt angelis ꝫparetur: multomagis btã et gloriosa Ѵgo q̃ singulari ꝫmēdatur p̃uilio: et immenso ditatur mercimonio.

Tres vl. lec. de expos. euang. Intrauit iesus. legantur sicut in .i. die. Ad lau. oes ae dicantur cp. &c. sicut in .j. die. meo. de marty. or. vt s. Ad .j. et ad alias horas etia ad .ij. vesp. oia stant sicut in do. infra oct. cum meo. ad .ij. ves. de mar. thimo. & apollinari: cu oratioe de coi plurimor. mar. non ponti. Si oct. assump. sab. vel ergo. vlti. vs stant de oct. & meo. de do. sequen. scz post meo. de mar. Et in iis erut vesp. de s. bartholomeo et meor. de do. sub silen. scz ante meo. de s. audoeno. Nota q qn assump. nati. purifi. & cceptio. in sab. vel ergo. nihilominus stat come. i aliqua fer. eiusde heb do. si fer. pcede. a fes. ix. l. vac.

¶ Sanctor. timothei & apollinaris mar. iij. lec. cu h & v. de noc. propter vigil. Cetera omnia de coi plurimoru mar. vsq ad missam: que erit de vigi. ¶ Sacti bartholomei apostoli duplex fest. ad primas ves. & ad mat. dicatur hic. hy.

Bartholomee celi sidus aureum millies supra solis iubar radians: erige mentes nostras polo turbidas exgrasq nostras sana sciētias. Annue christe. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus q huius diei venerādam sanctamq leticiā in beati bartholomei apostoli tui festinitate tribuisti: da eccl'ie tue qs et amare qd credidit: & pdicare qd docuit. Per. Ad .j. vesp. et ad mat. stat meor. de s. audoeno episcopo & confessore. Or.

Deus qui perennem gloriam sanctissimi cōfessoris tui audoeni anime contulisti: tribue quesumus, eius nos apud te ita patrociniis adiuuari vt cum eo vitā possideamus eternam. Per. Ad matu. ix. lect. stant. Lectio .j.

In inferiorem indiā veniens apostolus dei bartholomeus ingressus est templum: in quo erat idolum nomine astaroth: & quasi peregrinus ibi manere cepit. Manente igitur ibi aplo: nulla demō dabat responsa: nec alicui ex his quos leserat poterat subuenire. Templum vero erat plenum de languentibus. Lec.

Perrexerūt ergo ad aliam ciuitatem vbi alius demon colebatur: querentes cur deus eorum non dabat eis responsa. Respondit demon. Quia presente apostolo dei bartholomeo loqui non audet. Dicunt ei. Quis est iste bartholomeus? Qui ait. Amicus est dei oipotētis: & ad hoc venit i istam prouinciam vt omnes deos indie euacuet. Lectio tertia.

Cunq reuertentes beatum apostolum quesissent p duos dies: quidam plenus demonio clamauit dicens. Apostole dei bartholomee incēdūt me orationes tue. Cui apostolus dixit. Obmutesce & exi ab eo, & statim liberatus est homo. Quod cum audisset rex polemius misit ad eum vt veniret et sanaret filiam suam lunaticam. Lectio quarta.

Perrexit igitur apostol⁹ dei ad regem. Et vidēs puellam catenis cōstrictam: iussit eam solui dicens. Soluite eā & le uate ac reficite: & eras ad me reducite. Fecerunt autem mi nistri sicut iussit apls. Quo facto non vltra vexauit eam demon. Tunc iussit rex p̄cio sa mūera dari apostolo: sz nō potuit inueniri. Lectio quīta.

Cunq̃ transisset nox & auro ra assurgeret: apostolus soli regi apparuit in cubiculo suo clausis ostiis et dicēs, quare quesiuisti me cū muneribꝰ t̄re nis: quibus nō indigeo. R. vi.

Scire te volo: quia dn̄s nr̄ ie sus christus misit nos in oēs prouincias vt demones qui in statuis sunt expellamus: ho minesq̃ qui eis credunt con uertamus. Si autem credide ris & baptizatus fueris: de monem qui vobis dabat re sponsa faciam vos videre. Rex autem hoc se facturū fi deliter promisit. Lectio. vij.

Altera igitur die sacrifi cantibus cultoribꝰ ido lorū apostolo & rege presenti bus cepit demon clamare di cens. Cessate miseri sacrifica re mihi: ne peiora patiamini q̄ ego: qui catenis igneis ab angelis iesu christi religatus sum. Tunc iussit apostolꝰ de monem exire: & simulachrum confringere. Lectio octaua.

Exiens igitur ingens egy ptius nigrior fuligine: com minuit simulachrum. Quo vi so, rex polemius cum vxore et filiis ac omni populo ciuita tis baptizatus cepit apostolo adherere. Quod cum pontifi ces idolorum ad astriagem re gem fratrē polemii maiorem cōquerendo nūciassent: misit cū eis nūcios qui apostolum victū ad eū perducerēt. L. ix.

Cui rex ait. Sicut fecisti fra trem meum derelinquere deos suos & credere deo tuo: ita fa ciā te derelinquere deū tuum et credere deo meo. Cui apo stolus ait. Si hoc poteris fa cere deo meo qđ feci deo tuo poteris me ad sacrificium pro uocare. Si aūt ego deos tuos comminuā & tu crede deo meo Interea nunciatum est regi deum suum corruisse. Iratus rex iussit apostolum fustibus cedi: & cesum iussit decollari. Tu. Cetera de cōi vniꝰ apo. Meok. de s. audoeno. or vt s. Ad. ij. vel. R. Ciues apo. Ce tera vt s. ¶ Scti ruffi mr. or

Adesto domine supplica tionibus nostris vt vti ruffi martyris tui intercessio nibus confidentes: nec minis aduersantium nec vllo cōtur bemur incursu. Per dn̄m. Ad matu. iii. lec. inui. dup. Lect. i.

Ruffus patricius et ex consul ducatum agebat rauenne: cuius vnica filia in firmabatur. Qui audiens de nomine apollinaris sacerdo tis misit ad eū rogans vt ve niret & sanaret eam. At vbi in gressus est domum cū clericis suis statim defuncta est puel la. Cui ruffus ait. Vtinā in do

mũ meã non introisses. L. ii.
Beatus apollinaris ait rur= sum. Confidenter age patrici: et modo cognosces virtutem domini nostri iesu christi. Cũ= q3 orationem ad deũ fudisset: ait ad eam. Surge & confitere saluatorem tuum. Que proti= nus surgens clamauit dicẽs. Magnus est deus: quem predi cat apollinaris: & nõ est ali⁹ preter eum. Baptizata est igi tur puella cum patre & matre et familia promiscui sexus: a= nime trecẽte trigintaquatuor cum multis aliis ex paganis Tu autem. Lectio tertia.
Ruffus uo patricius timẽs cesarem occulte diligebat bea tum apollinarem: & ministra= bat ei. Filia autem eius con= secrata est christo: & permãsit virgo. Idem vero ruffus pri= cius post aliquod tempus in capuana urbe sexto calen. se= ptembris pro christi nomine sumpsit martyrium. Cetera oĩa fiant de communi vnius mar.
¶ Sãcti Augustini epi & con fessoris atq3 doctoris dup. fes. Ad. i. ves ãn. Iustũ dedu. Cap.
Dedit dñs confessionem sancto suo: & excelso in verbo glorie, de omni corde suo laudauit dñm: & dilexit deum qui fecit illum. R. Mi= les christi. Hy⁹. Iste confes. V. Amauit eum. ãn. Confessor domini. ps. Magnificat. Oro.
Deus qui beatum augu stinũ ecclesie tue i expo nendis scripture sacre myste= riis doctorem catholicũ proui disti: da nobis eius semper et doctrinis instrui: & oratione fulciri. Per. Mẽo. de s. herme= te marty. tam ad has vespe. q̃ ad matu. sũ hac orde. Oratio.
Deus qui beatum her= metem martyrẽ tuum virtute constantie in passione roborasti: ex eius nobis imita tione tribue pro amore tuo p= spera mundi despicere: & nul= la eius aduersa formidare. P. Ad matu. & ad alias hor. om= nia de cõi vni⁹ confes. & põt. cũ r. & cap. infra notatis. Le. i.
Ex prouincia affricana ciuitate thagastensi: ho nestis parentibus & christia= nis beatus augustinus pro= genitus est. Qui magna dili= gẽtia secularibus literis eru ditus: omnibus liberalibus scientiis imbuitur. Gramma= ticam igitur prius in sua ciui tate & rhetoricã in carthagine postea docuit: & postea apud mediolanũ scolas rexit. L. ij.
In illa urbe tunc sanct⁹ am= brosius epatum tenebat: per cuius doctrinam augustinus ab erroris via conuersus cre= didit, & baptizatus est. Pla= cuitq3 ei percepta gratia sco= lasticis quos rhetoricam do= cuit renunciare: & ad affricam propriã domũ remeare. L. iij.
Per triẽnium igitur ibi deo viuebat in bonis operibus, & de his que de⁹ sibi reuelabat presentes & absentes sermo= nibus & libris docebat. Fa= ctum est autem vt sancto vale rio epo iubente pbr̃ ordinare=

Eccl. 47.

tur. Ordinatus igitur in monasterio cum seruis dei secundum modum et regulā a sctis apl'is cōstitutā viuere cepit. L. iiij.

Sanctus vero valerius ordinator eius vir pius et deum timens sciens se corpore et etate infirmissimū apud primatē epozum carthaginensem pretendens imbecillitatem corporis sui etatisq; grauitatem secretis literis egit vt in loco suo in eadē ecclesia augustinus ordinaretur eps, qui sue cathedre non tantum succederet sed consacerdos accederet. Qd et optauit et rogauit: atq; rescripto impetrauit. Lectio. v.

Sanctus igitur augustinus licet inuitus est eps ordinatus. Qui tūc multo instātius ac feruentius maiorīq; authoritate verbum salutis eterne in dn̄i predicabat ecclesia. Vixit autem beatus augustinus annis septuagitasex: i clericatu autem vel epatu annis fere quadragintaseptem. L. vj.

Ultima vero egritudine lecto suo recumbens: septē psalmos penitentiales corā se rescriptos habebat. Quos itnēs legebat et vbertim ac iugiter flebat. Sed ne ciuitatis sue ruinam videret tertio obsidionis mense quinto calen. septēbris migrauit ad dominum.

Tres vltime lec. de expositio. euangelij. Secūdū mattheū.

Ch. 5. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Vos estis sal terre: q si sal euanuerit, in quo salietur? Et re. Homil. cep. de diuer. trac. L. vij.

Sal appellantur apostoli: quia per ipsos vniuersum hominum conditur genus. Terre enim nomine humana natura significatur: salis sō verbi sapiētia. Quod autem apostolos suos celesti ac diuina sapientia plenos sal terre saluator nominat, ostēdit fatuos esse iudicandos: qui terrena tantū sapiunt qui tēporalium bonorum vel copiam sectantes vel inopiam metuentes amittūt etna: q nec dari possūt ab hoib9, nec auferri. L. 8.

Notandū autem q salis natura infecunditatem terre facit: vnde et in psalmo scriptū est. Posuit terram fructiferā: in salsuginem. Quasdā vrbes legimus ita viciorum sale seminatas vt nullū in eis germē oriatur. Allegorice autem hoc bene cōuenit doctrine apostolice: vt destructis aduersariorū munitionibus et pcti regno deiecto sale sapiētie cōpescat vltra in carnis hūane terra seculi luxū atq; feditatem germinare vitiorum. Lectio. ix.

Item quia sal ad condiēdos cibos carnesq; siccandas aptū est: rite demonstrat q per predicationem euāgelij fluxus restringitur voluptatum et humana natura exclusis vermibus et putredine peccatorum ille sa seruatur suo conditori: per eius custodiam mandatorū. Quod si sal euanuerit in quo salietur? Ad nihilū valet vltra nisi vt mittatur foras et

cõculcetur ab hoibus. Id est si vos per quos cõdiendi sunt quodammodo populi metu psecutionum tpalium amiseritis regna celoru: qui erũt hoies per quos vobis terror auferatur: cum vos elegerit de⁹: per quos errorum auferat ceterorum. ¶ Ad sextam. Capitulũ.

Eccl. a 47.

Dedit illi dñs cõtra inimicos potẽtiã et stare fecit cãtores cõtra altare: et i sono eorũ dulces fecit modos. Ad ix. cap.

Eccle. 24.

Sapiẽtia laudabit aiam suã et i dño honorabitur: et in medio ppli exaltabitur: et i plenitudie scõã admirabitur. Ad. ij. ves. de s. aug. oia fiãt de cõi: vt supdictũ ẽ. Re. Sctẽ augustine xpi. Hy⁹. O sctẽ. Ad mag. vs. fiat solẽ. mẽo. de s. ioã. bap. ã. Misit herodes rex manus ac tenuit ioannẽ et vinxit eũ in carcerẽ: qr dicebat ei: nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. ℣. Gloria et honore. Oro.

Sancti ioannis baptiste et martyris tui dñe q̃s venerãda festiuitas: salutaris auxilij nobis pstet effectũ. p. Mẽo. fiat solẽ. de s. sabina ℣g. ãn. Simile est regnum ce. oro.

Beate sabine ℣ginis tue et martyris dñe pcibus cõfidẽtes: q̃s clemẽtiã tuã vt ei⁹ meritis et pcib⁹ ad eterna gaudia puenire valeam⁹. per. Vbi aũo dedi. est eccl. i honore decol. s. ioã. hoc mõ fiat vs. de eo sup ps. ãn. Perpetuis nos dñe sci ioãnis baptiste tuere presidiis, et qũto fragiliores sumus tanto magis necessariis attolle suffragiis. Ad tert. Ca.

Prouer. 10

Expectatio iustorum leticia, spes aũt impiorũ peribit fortitudo simplicis via dñi et pauor his qui operantur malũ. Re. Perceptur⁹. hy⁹. Martyr dei. ℣. Gloria et ho. ã. Misit herodes rex manus. ps. Mag. oro. Scti ioãnis ba. vt s. Mẽo. de s. augu. solẽniter fiat cũ hac ã. Iste est qui. ℣. Iust⁹ ger. or. vt s. et tunc nihil fiat de s. sabina. ¶ In decollatiõe bti ioãnis bap. Ad mat. inui. Regem pcursoris dñm. Venite adoremus. ps. Venite. hy⁹. Martyr dei. ¶ In. j. noct. ãn. Interrogatus ioãnes ab herode dixit: illicitũ est fratris tui cõiugẽ accipere. ps. Btũs vir. ãn. Ioannes baptista arguebat herodem propter herodiadem. ps. Quare fre. ãn. Arguebat herodem ioannes propter herodiadem quã tulerat fratri suo philippo vxorẽ. ps. Dñe qd mul. ℣. Glia et h. l. j.

Adest nobis fratres charissimi dies solẽnisque consecrauit beati ioannis baptiste et pcursoris dñi purpureus sanguis innocenter pro veritate que xps est ab impio herode profus⁹ martyrio. Qui mirabiliter natus est: sed mirabilius occisus. Tu. Re. Misit herodes rex manus ac tenuit ioannẽ et vinxit eum in carcerẽ qr metuebat eum propter herodiadẽ. Quã tulerat fratri suo philippo vxorẽ. ℣. Arguebat herodem ioãnes ppter herodiadem. Quã.

Datus est in prophetia: in veritate peremptus est. Nascendo enim nunciavit salvatoris adventum: moriendo condemnavit illicitum et incestum matrimonium. Et idcirco carceris obscuritate detruditur: deinde maligne muliercule insidiis preventus: capitalem subiit sententiam. ℟. Johannes baptista arguebat herodem. Propter herodiadem quam tulerat fratri suo philippo uxorem. ℣. Herodes enim tenuit ioannem et ligavit eum: et posuit eum in carcerem. Propter. L. iii.

Decollatus est autem beatus ioannes in quodam castro arabie quod macheronte dicitur: et sepultus est in civitate sebaste. Caput vero eius in hierosolymis humatum est. Temporibus vero iuliani pagani sepulchrum eius invadentes ossa eius disperserunt et iterum colligentes cremaverunt: et sanctos cineres pulveri commixtos per agros et rura disperserunt. ℟. Metuebat herodes ioannem. Sciens eum virum iustum et sanctum. Et custodiebat eum. ℣. Et audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Sciens. Gloria. Et. In. ii. noc. an. Dicebat enim regi ioannes baptista: non licet tibi habere uxorem fratris tui. Ps. Cum invocarem. An. Herodes enim metuebat ioannem sciens eum virum iustum et sanctum: et custodiebat eum. Ps. Verba. A. Audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Ps. Domine dominus noster. ℣. Posuisti. Lec. iiii.

Dei autem providentia factum est quosdam de hierosolymis monachos orationis illuc causa per idem tempus venisse. Qui intenta mixta ossa que poterant furtim congregantes ad patrem suum philippum hierosolymitanorum episcopum detulerunt. Caput vero eius in herodis palatio tempore martiniani imperatoris inventum est a duobus monachis orientalibus qui venerant adorare in hierosolymis. Et postea perditum in quodam specu in urna ignobiliter reconditum latuit, donec beatus baptista caput suum marcello abbati in eodem specu degenti ostenderet. Quo invento: cepit celebrare decollationem eius quarto calendas septembris. ℟. Puelle saltanti imperavit mater. Nihil aliud petas nisi caput ioannis baptiste: et contristatus est rex propter iusiurandum et propter simul discumbentes. ℣. Ait puella matri sue, quid petam? at illa dixit. Nihil. Lectio quinta

In pascha namque decollatus fuit: et anno revoluto post mysterium dominice passionis completum est: postea inventum caput valerius qui post iovinianum imperavit precepit constantinopolim deportari. ℟. Petiit puella caput ioannis baptiste. Quo accepto dedit matri sue. ℣. Puelle saltanti imperavit mater, nihil

aliud petas nisi caput ioãnis baptiste. Quo accepto. L. vi.

Cumq̃ theodosius impe rator has baptiste reliquias vellet cõstantinopolim deferre: amplectens sua purpura thecã in qua sanctum caput erat: portãs eã ante ciuitatẽ cõstantinopolitanã: septimo miliario recondidit: ibiq̃ magnã atq̃ pulcherrimã edificauit ecclesiã. ℟. Cõtristat⁹ est rex herodes propter iusiurandũ: ⁊ propter simul discũbẽtes noluit eam contristari: sed misso spiculatore: precepit amputare Caput ioannis in carcere. ℣. Herodes funestus precepit interficere ⁊ amputare. Ca. Gloria. Ca. ¶ In. iii. noc. ã. Cumq̃ introisset filia herodiadis ⁊ saltasset ⁊ placuisset herodi ait illi: pete a me qđ vis ⁊ dabo tibi. ps. In do. cõ. ãn. Iurauit herodes puelle: quicquid enim a me petieris dabo tibi licet dimidiũ regni mei. ps. Dñe quis ha. ãn. Ait puella matri sue, quid petã? at illa dixit, caput ioannis baptiste. ps. Bonũ est cõf. ℣. Iustus vt pal. Secũm mattheum.

Ca. 6.

In illo tpe. Misit herodes rex manus ac tenuit ioannẽ: ⁊ vinxit eum in carcerem propter herodiadem vxorem philippi fratris sui: quia duxerat eam. Et reliqua Homil. vene. bede pbri. L. vii.

Impletũ vidimus in ioanne quod de illo angel⁹ zacharie priusq̃ nasceretur predixit. Qz precederet ante deũ: i spũ et virtute helye. Ambo nãq̃ continenter viuentes: ambo habitu inculti, ambo in solitudine degentes: ambo pcones veritatis, ambo regis ⁊ regine persecutionẽ propter iusticiã perpessi sunt. Ille achab ⁊ iesabel: iste herodis ⁊ herodiadis. Ille ne ab impiis occideretur igneo est curru raptus in celum. Iste ne ab impiis vinceretur: perfecto martyrii certamine spũ celestia regna petiuit. ℟. Misso herodes spiculatore pcepit amputari caput ioannis in carcere. Quo audito discipuli eius venerũt et tulerunt corpus eius: ⁊ posuerunt illud in monumento. ℣. Misit rex incredulus ministrum detestabilem ⁊ amputare iussit caput ioannis in carcere. Quo audito. Lectio viii.

Querit fortassealiqs, q̃s sit iste herodes quis vel frater ei⁹: q̃ etiã herodias: de quib⁹ ẽ sermo? Herodes iste: q̃ ⁊ ioanẽ decollauit: ⁊ i passiõe redẽptoris nr̃i pilato assensũ pbuit: filı⁹ ẽ illi⁹ herodis sub quo dñs nat⁹ est. Cui⁹ frater philipp⁹ herodiadẽ filiã arethe regis arabũ accepit vxorẽ. ℟. Accedẽtes discipuli scĩ ioannis baptiste: Tulerũt corp⁹ ei⁹: ⁊ sepelierũt illũ. ℣. Iussu herodis ãputatũ est caput ioãnis i carcere: quo audito discipuli ei⁹ venerũt. Tu. Lec. ix.

Hanc herodiadẽ idẽ aretha postmodũ ablatã ab eo dedit herodi: eo q̃ ipse maioris esset potestatis et fame.

Factum est ergo adulterium
publicū q sicut perfidis cau-
sa fuit pereundi: ita fidelissi-
mo p̄coni nostri redemptoris
materia fuit triūphandi. Qui
prohibēdo regis iniusti scele-
ra morte quidē iiusta meruit
plecti. Sed post mortis gustū
a rege iusticie cui testimoniū
perhibebat: iustā vite perēnis
coronā accepit. ℟ Perceptu-
rus iam vir sanctus pro labo
re requiē constans in ꝯfessiōe
christiane fidei. Subdit collū
velut agnus māsuet9 gladio.
℣ Corpore dissolui gaudēs ⁊
cū deo viuere. Subdit. Gl'ia.
Sub. ℣. Ora pro nobis beate
ioannes. ¶ In laudibus. ān.
Herodes enim tenuit ⁊ liga
uit ioannē: ⁊ posuit in carce-
rē propter herodiadē. ps. Dñs
reg. ān. Puelle saltāti impe-
rauit mr̄: nihil aliud petas ni
si caput ioānis baptiste. ps. Iu
bilate. ān. Dñe mi rex da mi-
hi in disco caput ioānis bapti
ste. ps. Deus de9. ān. Da mi-
hi in disco caput ioānis bapti
ste: ⁊ ꝯtristatus est rex ꝑpter
iusiurandū. ps. Bñd. ā. Misit
rex incredulus ministrū dete-
stabilem ⁊ amputare iussit ca
put ioānis baptiste. ps. Laud.
cā. Expectatio hy9. De9 tuor.
℣. Iustus ger. ān. Misso hero-
des spiculatore p̄cepit ampu-
tare caput ioānis in carcere:
quo audito discipuli ei9 vene
rūt ⁊ tulerūt corp9 eius: ⁊ po-
suerunt illud in monumēto.
ps. Bñd9. or. Sc̄i ioannis.
Mēo. de s. sabina v̄gine. Or.
Vtē sabine. Ad. i. ā. Herodes.
ps. Deus in noie. Ad. iij. ān.
Puelle. ps. Legē po. cā. Ex-
pecta. ℟. ⁊ ℣. de cōi vni9 mar.
ad oēs ho. dñr. Ad. vi. ān. Do-
mine mi. ps. Defecit. Ca. In.
Iustus in eternū nō com
mouebit: impij aūt non
habitabunt in terra. Ad. ix. ā.
Misit. ps. Mirabilia. Ca. In.
Iustus de angustia libe
ratus est: ⁊ tradetur im
pius pro eo. Ad ves. ān. Hero
des em. psal. fe. ca. In Expecta.
hy9. Deus tuorum. ℣. Iustus
ger. ān. Accedentes discipuli
beati ioannis tulerūt corpus
eius: ⁊ sepelierunt illud. ps.
Mag. Or. vt s. Mēo. de sctis
felice ⁊ adaucto. ān. Gaudent
in celis. ℣. Letamini. Oratio.
Maiestatē tuā dñe suppli
ces deprecamur: vt sicut
nos iugiter sanctorū tuorum
felicis ⁊ adaucti commemora
tione letificas, ita semper sup
plicatione defendas. Per.
¶ Sctōr. felicis ⁊ adau. mar.
ad mat. iij. l. stāt cū int. ℣. l. j.
Cum furor dyocletiani
et maximiani sctōs di-
uersis penis interficeret: p̄bēm
sancte ecclesie catholice noie ⁊
opere felicem impietati sue o-
blatum ad oracum vrbis p̄fe
ctum dirigi iusserunt: vt si sa-
crificare cōtēneret puniretur.
Cum ergo ductus esset ad tem
plū serapis ⁊ sacrificare com
pelleretur: exsufflauit in faciē
statue erecte q̄ stati cecidit. Itē
ductus est ad alias duas sta-
tuas: scilicet mercurij et dya-

puer. 10.

puer. 11.

ne: et exsufflans in eas statim corruerunt. Lectio secunda.

Perductus igitur ad prefectum in equuleo suspensus est: deinde extra murum ad arborem excelsam ducitur: ut ibi sacrificaret: qui fusa oratione exsufflauit in eam, et continuo radicitus est euersa. Jussus est igitur in eodem loco decollari: et corpus eius inhumatum relinqui. Lectio iij.

Cumque ad decollandum duceretur christianus quidam eidem obuians clamabat dicens. Et ego ex eadem lege sum. Ducti sunt ergo ambo: et in eodem loco ubi arbor steterat pariter decollati sunt. Et quia huius nomen ignorabant christiani, eum adauctum vocauerunt: eo quod sancto felici auctus sit ad coronam. Tu. Cetera de com. plur. mar. ¶ Sancte cuthburge virginis non mar. Or.

Deus qui eximie castitatis priuilegio famulam tuam cuthburgam multipliciter decorasti da nobis famulis tuis eius promerente intercessione utriusque vite prosperitatem: ut sicut eius festiuitas nobiscum agitur in terris: ita per eius interuentum nostri memoria apud te semper habeatur in celis. Per d. Tres l. fiant cum iiij. resp. et cetera omnia fiant de com. unius virgi. non mar. ¶ Sancti egidii ab. ix. lec. fiant. Or.

Deus qui hodierna die beatum egidium confessorem tuum atque abbatem aulam regni celestis penetrare fecisti: tribue quesumus: ut cuius deuote gloriamur meritis, eius nos sentiamus confoueri suffragiis. Per.

¶ Memo. de sancto prisco mar. Or.

Omnipotens sempiterne deus fortitudo certantium et martyrum palma solennitatem hodierne diei propitius intuere et ecclesiam tuam continua fac celebritate letari: ut intercessione beati prisci martyris tui omnium in te credentium vota perficias. Per.

Ad matu. ix. lec. Lectio prima

Sanctus igitur egidius natione grecus a preclaris parentibus originem duxit. Docili quoque puero doctores summos scientia in breui superanti gratia dei non defuit eius vitam omnium morum honestate pornans. Quadam die dum ad ecclesiam pergeret cuidam egro tunicam suam tribuit: qua induitus eger protinus sanitatem accepit. Lectio secunda.

Quidam etiam a serpente percussus tumente cute fatebatur sese mortiferum virus recepisse. Quem vir dei fusa oratione sanitati restituit. Quendam vero demoniacum totam ecclesiam in die dominica perturbantem: a demonio liberauit. Lect. iij.

Cumque mira gesta laudum preconia sequerentur: propriam patriam deserens transfretauit mare: et ad quendam locum iuxta rhodanum fluuium ubi erat antrum, iuxta cuius introitum fons puram aquam scaturiebat peruenit. Medie lec. de sancto prisco nisi quando hoc fest. in do. contige. Et quotienscunque fiunt medie lec. de sancto prisco: semper dicuntur ant. et resp. de ij. noc. unius martyr. Tres vl'. l. legantur de propterea te s. egidii sine expo. euang. l. vij.

Triennio igitur mansit hoibus incognit⁹: solis herbis & aqua cōtentus. Excepto q dominus ei quēdam ceruam preparauit: que ei lactis alimoniā prebebat. Quā venatores regis sagittare volentes: virum dei in brachio grauiter vulnerauerunt. Rex vero hoc intelligēs: ab eo veniā petiit: & obtinuit. L. viii.

Cumq3 virum dei rex frequenter visitaret monitu ei⁹ duas ecclesias fabricauit. Congregatisq3 ibidem viris multis sub regula monachali deo famulaturis egidi⁹ licet ab initio renitēs abbas illis pficitur: non multo post sacerdotij dyademate honoratus. L. ix.

Cuius fama ad karolum regem francorum delata: ipsum ad se vocatum rogauit vt pro se oraret. Feceratq3 quoddam turpe facinus: quod nemini vnq̄ nec ipsi sancto ausus fuerat confiteri. Proxima dñica dum vir sanctus in missa pro iam dicto rege oraret: āgelus dñi super altare cedulam posuit: in qua scriptum erat ipm regis peccatum: & egidij precibus hoc ei esse dimissum: si penitens tantum ab illo desisteret. Post hec vir sanctus ad monasterium rediens confirmatis in dei militia fratribus monasteriiq3 reb⁹ dispositis in dño obdormiuit. Tñ si hoc fes. in do. qtig. fiat totū seruit. de do. & nihil de s. prisco preter mēo. in ipsa do. Fes. vo sancti egidij differatur in crastī. propter inceptionē hist o. & tunc legantur vj. prime lect. de proprietate s. egidij & tres vlti. lec. de expositione euāg. Nemo accendit lucerna m. Cetera de cōi vnius confes. & ab.

¶ Transla. s. cuthberti epi. or.

Presta nobis qs omps & misericors deus: vt qui beati cuthberti cōfessoris tui atq3 pontificis trāslatiōis diē veneramur: per ipsius suffragia pietatis tue semper beneficia consequamur. Per. Ad matu. ix. lec. fiāt que sequūtur de alio festo nisi facte fuerint in. xl. tunc fiant hic. iij. lect. de cōi: & inuita. dup. &c. de cōmuni vnius confes. & ponti. L. j.

Bone indolis adolescens cuthbertus cum quadā die inter pueros luderet: quidam puer quasi triennis ei occurrit: & cum lachrymis sibi ait. O sanctissime ātistes cuthberte: nō decet te iter pueros ludere: quē dñs magrm maioribus natu destinauit. L. ij.

Audiens puer cuthbert⁹ hec: rediens domum stabilior ex illo tēpore esse cepit. Et relictis seculi rebus monasterialem disciplinā subiit. Qui cū suscipiendorum officio deseruiret: angelū dñi suo vt fertur suscepit hospitio. Lectio tertia.

Quadā die dū iuuenē quendam domū ingredi coegisset, pedesq3 eius lauasset & aquā lauādis manibus dedisset, panē ad vescendum deferre voluit: sed rediēs hospitem non inuenit. Circunspiciēs autem

vestigia eius quo iisset nulla penitus inuenit. Lectio iiij.
Stupefactus igitur vidit su pra mensam tres panes calidos insoliti candoris ac mire suauitatis: et dixit. Cerno quod angelus dei sit: quem suscepi. Quo viso maiorem ex hoc vir tutibus operam dedit. Lec. v.
Multis igitur virtutibus pre=ditus: ad epatus culmen, licet inuitus assumptus est. Qui cũ parrochiã suã circuiret et verbũ dei pdicaret vxorẽ cuiusdã comitis proximã morti a comite rogatus: in noie dñi aspsione aque benedicte: plene sanatã reddidit merito suo. Lect. vj.
Alio quoqz tpe veniẽs quẽ dam lõge egritudinis acerbi=tate tabefactus ad eũ accessit. Dataqz super eum benedictio ne repulit pestem quam me=dicorũ manus pigmentorum cõpositione nequiuerat. L. vij.
Ad quoddam etiam monaste rium veniens dũ meridianam quietem sitire se diceret, aqua eius palato vinum sapiebat. Fratres ergo astantes et inde bibentes mirabantur adinuit=cem: dicentes se nunquam me lius vinum bibisse. Lec. viij
Duobus annis in regimine epali transactis: sciens in spũ vir dñi cuthbertus appropin quare diẽ sui trãsitus abiecit pondus cure pastoralis. Atqz ad dilectũ eremitice cõuersa=tionis agonẽ ocius remea=re curauit: quatenus insolita sibi sollicitudinis mũdane spi neta liberior prisce cõpũctio=nis flamma cõsumeret. L. ix.
Cũqz duos fere mẽses in de=serto quietis exultatione trã=sisset subito arreptus infirmi=tate: quia tribus hebdomadis cõtinuis eadẽ infirmitate de=coctus fratribus suis in dei seruitio cõfirmatis: exitũ suũ dñici corporis susceptiõe mu=niuit. Et erectis in celũ ocu=lis: spm exhalauit. Tu. Cetera de cõi vnius cõfes. et põ. Si hoc fes. celebratũ in. xi. in do. eue. differatur in crastĩ. et tunc ad. j. ves. de s. cuthberto fiat mẽo. de s. bertino abba. ã. Similabo. ℣. Iustũ deduxit. oro. Deus s. deus. Et tũc fiat mẽo. r. de eodẽ: vz Egregius vir dei. cũ ℣. et ℟. de. ij. noc. vnius cõfes. et abba. Et post ℣. ℟. fiat de eo mẽo. cũ hac ã. Iste est qui ante deũ. ℣. Iustus vt palma. oro vt supra.
¶ Sancti bertini abba. Oro.
Omnipotens sempiterne deus qui mirabiliter ful gẽs in electis tuis: quos te habitatore glorificare volui=sti: da nobis quesumus, beati bertini cõfessoris tui atqz ab=batis ita digne solennia vene rari, vt eius suffragantibus me=ritis templum tuum merea=mur fieri. Per. Ad matut. iij. lectiones cum noct. Lectio. j.
Egregius vir dei berti=nus abbas post viri au=domari obitũ multis in dei ser uitio vixerat annis. Turbãqz monachorum a dño sibi credi=tam sub districte regule iugo mente sollicita custodiebat: sciẽs qz scribitur. Cui plus cõ=

mittit: plus ab eo exigit. L. ii.

Largius igitur bonorum operum retributor almificis cum virtutibus glorificavit: de quibus pauca dicemus. Quidam de equo cadens supra petrosam corruit terram: multisque eius in corpore collisis membris femoreque confracto, mortem sibi adesse putabat. Cui vir dei modicum vini benedicti transmisit. quo hausto mox sanus effectus est. Non multo post bertinus migravit ad christum. Lectio. iii.

Quidam de longinqua terra que audiendi et ambulandi usum amiserat duobus innitendo fustibus multis peragratis sanctorum locis tandem ad sepulchrum beati bertini ob gratiam recuperande sanitatis pervenit. Et facta oratione cum lachrymis nocte resurrectionis dominice in presentia fratrum divina psallentium sanitati restitutus est. Non dicatur ps. Te deum. Cetera de com. unius confes. et ab.

In vigil. nati. beate marie virg. Quacunque feria. extra do. hec vigi. contig. sic stat plenum servi. de s. maria. Et nihil stat de vigi. nisi tantum ieiunium in ecclesia sar. Ad. i. vesp. an. Dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis deprecamur. ps. Laud. pue. an. Beata progenies unde christus natus est: quam gloriosa est virgo que celi regem genuit. ps. Laud. do. o. ge. an. Sancta maria virgo intercede pro toto mundo: quia genuisti regem orbis. ps. Lauda aia mea do. An. Sub tuam protectionem confugimus ubi infirmi acceperunt virtutem et propter hoc tibi psallimus dei genitrix virgo. ps. Laud. do. qm. bo. an. Beata dei genitrix maria virgo perpetua templum domini, sacrarium spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti domino iesu christo: ora pro populo interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu. ps. Lauda hierusalem do. Capitulum.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. R. Stirps iesse. hy. Ave maris. V. Sancta dei ge. a. Nativitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciavit universo mundo: ex te enim ortus est sol iusticie christus deus noster: qui solvens maledictionem: dedit benedictionem: et confundens mortem: donavit nobis vitam sempiternam. ps. Mag. Or.

Eccl. 24.

Supplicationem servorum tuorum deus miserator exaudi, ut qui in nativitate dei genitricis et virginis congregamur: eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eun. Ad comple. a. Beata mater et innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. ps. Cum invo. Ca. Tu in no. hy. Salvator. V. Custodi nos. a. Glorificamus. ps. Nunc dimit. Hoc comple. non mutatur per totas oc. nisi in exalta. s. crucis. Ad matu. Invita. Corde et voce simul christum regem veneremur. Virginis et matris iubiletur nobilis ortus. ps. Venite. hy. Quem ter.

In. i. noc. a. Hodie nata est

beata virgo maria ex proge-
nie dauid, per quā salus mūdi
credētibus apparuit. ps. Dñe
dñs nr̄. an. Btissime virginis
marie natiuitatē deuotissime
celebremus: vt ipa pro nobis
intercedat ad dñm iesum chri
stū. ps. Celi enar. an. Qñ na-
ta est virgo sacratissima tunc
illuminat9 est mundus stirps
beata radix sctā & benedictus
fructus eius. ps. Dñi est ter.
℣. Sancta dei genitrix. Le. i.

APprobate consuetudi-
nis est apd christianos
sanctorum patrum dies nata-
licios obseruare diligenter et
tunc precipue virtutes eorum
assignatas literis in ecclesia
recitare ad dei laudem: ex cu-
ius munere sunt & ad instru-
menta minorum. Inter omes
sanctos mēoria beatissime vir
ginis marie eo frequētius a-
gitur: atqz festiuius quo ma-
iorem gratiam apud deū cre-
ditur inuenisse. ℟. Hodie na-
ta est btā virgo maria ex pro-
genie dauid, per quam salus
mundi credentibus apparuit
Cuius vita gliosa lucē dedit
seculo. ℣. Beatissime virginis
marie natiuitatē deuotissime
celebremus. Cuius. Lctio. ii.

VNde post alia quedam
ipsius antiquiora solē-
nia nō fuit ptēta deuotio fide-
liū quin natiuitatis eius so-
lenne superadderet hodiernū.
Hac itaqz die peculiariter in
ecclesia recitandus esse vide-
retur liber ille q̄ de ortu eius
atqz vita scriptus inuenieba-
tur: si non iudicassent eum pa
tres inter apocrifa numeran-
dū. At qm̄ magnis ac sapien-
tibus viris ita visum est: nos
alia quedam: sed non aliena
legentes ecclesiasticū morem
debitis officiis exequamur.
℟. Beatissime virginis ma-
rie natiuitatē deuotissime ce-
lebremus Ut ipsa pro nobis
intercedat ad dñz iesum xp̄m.
℣. Cū iocūditate natiuitatem
btē marie celebrem9. Ut. L. iii.

BEata igitur dñi mater &
perpetua virgo prinsq̄
maria nasceret oraculis enun
ciata est: & designata miracu-
lis. Nata virgo progenie di-
uinitus ordinata priuilegio
virtutū insignis enituit, sal-
uatorē edidit. A quo glorifica
ta in celo nunq̄ terrigenis pa
trocinari desistit. ℟. Stirps
iesse virgā produxit: virgaqz
florē. Et super hūc florē Requie
scit spūs almus. ℣. Uirgo dei
genitrix, vga est, flos fili9 ei9.
Et super. Gloria pa. Requie.
PAlpātes igitur descēderūt de cenaculo cecati: Quod videns palmatius: timore perterritus fugiēs nūciauit hec alexandro. Currensqꝫ palmatius ad btm̄ calixtū: cecidit ad pedes eius rogans eum vt a cultura demonū eū liberaret. Quo baptizato cū omni domo sua alexander hoc audiens: calopodiū gladio feriri fecit: et calixtum incarcerari. Lectio. iii.

Erat autē in eadem custodia miles quidā nomine priuatus: vlceribus et doloribus plenus. Hic misit se ad pedes scti calixti petens ab eo baptizari. Qui mox vt baptizatus est ab omnibus vulneribus mūdatus est. Hoc audiens alexāder, fecit militē plumbatis deficere et calixtū per fenestram domus precipitari: et ligato ad collum eius saxo: in puteum demergi iussit. Cuius corpus austerius pbr̄ noctu cum clericis de puteo eleuauit: et sepeliuit in cymiterio calopodij via aurelia pridie idus octob. Cetera de cōi vnius mar. et pō. cū orone ꝺdic.

¶ Sancti vulfrāni epi et cōf. ix. lc. fiant: oia de cōi vnius cōf. et pōt. etiā cū orone de cōi: lcꝫ Da quesumus omnipotēs deus

¶ Sancti Michaelis in mōte tumba. Ad ves. super ps. aā. Excelsi regis. pi ker. cp. Significauit. R. Archāgeli michaelis interuentione subfulti te dn̄e deprecamur Vt quos honore prosequimur Cōtingamus et mēte. V. Perpetuū nobis dn̄e tue miserationis presta subsidiū: quibus et angelica presti tisti suffragia non deesse. Vt. Gloria. Con hy. V. et aā. sup ps. Mgt. cū orone sicut in alio fes. Mēo. de scto vulfrāno orō vts Ad mat. ix. lc. fiāt: tota cātetur hist. sicut in alio fest. preter ix. R. qd̄ erit Archangeli mi. l. i.

POstq̄ gens francorum chri gratia insignita lōge lateqꝫ vndiqꝫ per puincias superborū colla perdomuisset Michael archangelus: paradisi prepositus qui prius ostenderat se velle venerari in mōte gargano, multis indicijs ostēdit qualiter debet honorari in loco hoc qui tumba ab incolis vocatur. Lectio secunda.

Hic vero locus olim opacissima silua claudebat: sed postea eā flumine occeani vndiqꝫ circundante, in arene formam est redactus, Sed et mare reces=

in suo devotis populis bis in die iter pbet limina petentib⁹ archangeli michaelis. Lec. iii.

Iam videndum est qualiter idem locus angelica revelatione de dicatus est. Postq̃ deo amabilis prefati loci eps anthbert⁹ bis fuisset ammonitus in somnis: vt in dicti summitate loci edem in honore sancti michaelis cõstrueret: contigit thaurũ cuiusdã a fure ibi ad tẽpus abscondi. Tertio ammonitus est eps aspertus: vt eo loco edem construeret: quo thaurus erat absconse ligatus. Lcũ quarta

Cumq; de loci requireret amplitudine ⁊ q̃titate: respõsum accepit in somnis edificatiõis eum debere statuere modum quẽ videret iuuencũ pedibus in circuitu pertriuisse: iussumq; est vt suo domino restitueretur thaurus. Lectio quinta.

Eps vero de visione certus predictum locũ ingressus eũ purgari fecit ⁊ planari. In cuius medio due preeminebant rupes: quas cũ multorũ operantium nõ possent remouere man⁹ vir quidã nomine bayno celit⁹ admonitus cũ duodecim filijs suis dictũ locũ adiuit ⁊ sancti michaelis auxilio fretus molem tãte magnitudinis remouit: ita vt nullũ pondus ibi esse videretur. Lcũ. vi.

Cumq; eps de magnitudine fabrice adhuc dubitaret: nocte media ros iacuit super verticẽ montis vbi autẽ fundamenta collocanda erant siccitas fuit. Dictumq; est epo' Vade, ⁊ sicut signatum videris: fundamenta iace. Lectio septima.

Nunc eps gratias agẽs deo fabricã in culmine montis in modũ cripte rotundã centum vt estimatur hominũ capacem ad similitudinem illi⁹ in mõte gargano construxit. Lcũ. viij

Post hec monitu bti michaelis missi sunt nuncij ad montem garganũ pro pignoribus bti michaelis deferendis. Qui ab epo loci ⁊ abbate venerabiliter recepti causam sui aduẽtus humiliter exposuerũt. L. ix.

Traduntur ei pignora pars videlicet rubei pallioli quod ipse beat⁹ michael super altare: qd ipse manu cõstruxerat posuit: ⁊ pars marmoris supra quod stetit, cui⁹ vestigia vsq; hodie superextant dicto loco. Authbertus vero eps dicta munera honorifice suscipiẽs opus cõsummauit: ⁊ officia duodecim clericorum ibi constituit. Duas villas de epatu suo eis pro sua tradidit sustentatione Ad lau. oẽs aĩe dñr. Ad. i. an. Dum preliaretur. ℣. Deus in nomine. ãn. Te iure. ps. Quicunq;. ℟. Jesu christe. cũ alla ℣. Qui sedes. Ad alias hor. omnia stãt sicut in alio fes. Ad ves. de scã etheldreda. Orõ.

Deus qui es spõsus virginum: refrigeriũ continentiũ: ⁊ salus oĩm te diligentium: concede propici⁹ vt qui beate virginis tue etheldrede translationis diẽ veneramur: eius patrocinijs tue maiestatis clemẽtiam sentiam⁹. Per.

¶ Scte etheldrede virgi. non mr. ix. l. oia de cõmuni vnius virgi. nõ mart. cũ predi. ocone

¶ Sci luce euangel. Ad. i. vs ãn. Placẽtes ꝑi fer. cꝑ. Simi litudo. ꝝ. Quatuor animalia Hymnus. Annue. ℣. In oẽm. ãn. Ecce ego. ꝑ. Magr. Are hec oia i fes. s. matth. ap. ⁊ euã. Or

Interueniat ꝑ nobis dñe q̃s sanct⁹ tuus lucas euãgelista qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per. ¶ Cõr de sancta etheldreda. Deinde de sancto iusto martyre. Oratio.

Deus qui beato iusto talem fortitudinẽ tribuisti: vt in puerili corpusculo gloriosũ ꝑ amore tuo subiret martyriũ, concede ꝓpitius: vt ipsius intercedentib⁹ meritis: ab oibus nos absoluas peccatis. Per. Ad cõpl. oia fiant sicut in fes. s. trin. Ad matu. ix. l. tota cantetur his. sicut in fes. s. matthei apli ⁊ euangeli. cum hym. de cõi vnius apli. Le. i.

Gloriosissim⁹ euãgelista iesu christi lucas natione syrus: arte medic⁹ nichilominus discipulus apostolorũ fuit: quorum almificos actus prout vidit lucido disertoq; sermone ꝓsecut⁹ est in breui libello quem ad charissimum sibi theophilũ scripsit: cuius quoq; libri pulchra inchoatio videtur fore scz. Primũ quidem sermonẽ feci de omnibus o theophile que cepit iesus facere ⁊ docere. Lectio secunda

Deniq; paulum secutus in egregium doctorẽ gentiũ vsq; ad triumphum passionis eius quẽ cum coapostolo suo petro rome exceperat indiuiduus comes peregrinationis ac tribulationis eius vbiq; constans permansit. Cui⁹ precipue peregrinatiõis ⁊ sacre doctrine gesta cum gestis aliorum annectens apostolorũ librum vnũ ad laudem nominis christi, ad memoriam ipsorum ac vniuersalis ecclesie sancte stabilimẽtum contexuit. Lectio tertia.

Qui cũ eundem gloriosissimum paulũ doctorem gentiũ sequeretur per plurimas terre marisq; tribulatiões digne ab eo huiusmodi testimonio diligẽtie meruit laudari. Sic eñ de eo scribens corinthiis ait. Salutat vos lucas medicus charissimus me⁹, qui est in dño fidelis. Et timotheo illustri viro scribẽs dixit. Lucas mecum est solus. Lectio. iiij.

Et i alio quoq; epl'e sue loco sic ait de eo inter reliqua salutatiõis verba. Ecclesie dei que est corinthi misimus etiã fratrem nostrũ lucã cui⁹ laus est in euangelio per oẽs sanctas ecclesias. Vere omni ore laudabilis est iste: q̃ meruit a tanto apostolo laudari et predicari. Lectio. v.

Laudemus ergo eũ cum illo ⁊ nos charissimi ⁊ consona voce cordis ⁊ oris veneremur ⁊ verũ medicũ a deo missum aĩarũ predicemus: cui⁹ oia doctrine verba nihil aliud reso=

nare videntur: nisi anime languētis medicinā veram. Lc. vi

Ab ipso ergo pueritie sue tēpore castus perseuerans neqꝫ vxorē neqꝫ liberos dicitur habuisse. Sed apostolice predicationis opus exercens obiit septuagesimoquarto etatis sue anno plenus spū sancto. Cuius sacrū corpus in bithinia est humatum. Sed postea ad cōstantinopolitanā vrbem est translatū. Ibi multa et magna prodigiorum miracula ad laudem nominis sui per merita sancti euangeliste operari dignatur dñs noster iesus christus. Qui viuit et regnat cū deo patre in vnitate spūs sancti deus per omnia secula seculorū. Amen.

Cap. 10.

¶ Secundum Lucam.

In illo tpe. Designauit dñs et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suā in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Homelia beati greg. pa. l. viij.

Dominus et saluator noster fratres charissimi aliquando nos sermonibus aliquando operibus admonet. Ipsa enim facta eius precepta sunt: qr dū aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. l. viij

Ecce enim binos in predicationem discipulos mittit. Qr enim duo sunt precepta charitatis: videlicet amor dei et proximi: et minus quā inter duos charitas haberi nō potest. l. ix

Nemo enim proprie ad semetipsum charitatem habere dicitur: sed dilectio se in alterum extendit vt esse charitas possit. Binos ad predicādum mittit discipulos, vt hoc tacite nobis insinuet qr qui charitatem erga alium nō habet: predicationis officium nullatenus suscipere debet. Ad laudes et ad oēs alias hor. omnia fiant vt s. dictum est cū oratione huius diei. Mēo. de sancto iusto oro vts. Ad. ij. vesp. super ps. hec sola ān. Dilecti deo. ps Dixit dñs. et cet. i hi de apl's. Cōm Similitudo vultus. lx. Cum ambula. et c. vts. dictum est. Et mēo. de virgine. ā. Simile est. ℣. Diffusa est. Oro de cōmuni vnius virginis non mr. scdm picā Sarū licet hic sequatur oro de ppřietate. oro

Deus qui hodiernā diē venerabilem nobis in vtē virginis fredesvvide trāsitu contulisti: concede ppitius: vt ipsius intercessione trāsire ad gaudia eterna mereamur. p.

¶ Sancte fredesvvide virgi. non mar. ix. lec. oia de cōi vnius virgi. non mart. cum oratione de cōmuni secūdū picā Sarū

¶ Sctārū xi. millium virgi. iij. lec. fiant cū orone. Oratio.

Deus qui sanctā nobis huius diei solennitatē pro beatarū virginum martyrumqꝫ tuarum gloriosa passione fecisti: adesto familie tue precibus: et da vt quorum hodie festa celebramus: earum meritis et intercessionibus liberemur. Per dominum nēm

Ad matu. Inuita. du. Lcō. j.

Rat in britannie finib⁹ rex quidā deo deuotus habēs filiam noīe vrsulā. Cuius famā gentilis quidā potens tyrann⁹ audiēsq̄ cū muneribus & blādiciis nō pficeret: minis & terrorib⁹ eam accipere voluit in vxorem. Lec. ij.
Condolēs virgo paterne sollicitudini: ait. Noli mi pater super hac re merore ztabescere sed, decē primeue etatis virgines mihi perquire. & tā mihi q̄ singulis earū mille virgines dentur. Cōparatisq̄ nobis trierib⁹ vndenis: triennij nobis dētur inducie. Quo facto cōcordi duorū regū studio naues ascendētes basileā applicuerūt: vbi relictis trierib⁹ romā pedestres adierūt. Lc. iij.
Perlustratisq̄ ibi p aliquot dies sctōrum liminib⁹ basileā reuertentes nauib⁹ ascensis: coloniā vbi nūc corpa earum requiescūt puenerūt. Et barbari qui coloniā obsidebāt cognita virginali constantia in eas irruētes oēm illam gl'iosam multitudinem crudeliter peremerūt. Et cet. de cōi plima rū virgi. Si hoc fes. in sab. contig. totū fiat serui. de fes. & cm. b. marie in aliqua fer. pcedeñ. in ead. hebd. vbi cōuenienti⁹ possit celebrari celebret. Ista regula habet intelligi si feria vac. p cōme. celebra. si fer. nō vaca. tunc in sab. fiat serui. de cmemo btē marie. Si hoc fes. in do. eueñe. fiat memoria de fes. & mrō. Lc. de virgini. ¶ Scti romani epi & cf. iij. l. cū no. & de cōi vni⁹ cf & nō. cū hac orōe
Deus cui beat⁹ roman⁹ pontifex ita sanctitatis gratia decorat⁹ complacuit: vt tuorum cōsortium in celis pmereretur sanctorū: da ecclesie tue q̄s eius interuentu perpetuam consequi letitiam: cuius depositionis diem gratulando celebrat solennem. Per dnm.
¶ Sanctorum crispini & crispiniani mr. ix. lc. fiant. Oratio
Deus qui sanctis martyrib⁹ tuis crispino & crispiniano ad hanc gl'iam veniēdi copiosum mun⁹ gratie contulisti: da nobis famulis tuis nostrorum veniā peccatorum: vt sctōrum tuorū intercedentib⁹ meritis ab omnib⁹ mereamur aduersitatibus liberari. Per.
Mēo de s. ioāne beuerl. ā. Confessor dñi. ꝟ. Amauit eū. Orō de cōi vni⁹ conf. & pōti. Lec. j.
Crispinus & crispinian⁹ suessionis ciuitatem ingressi hospitiū sue peregrinationis elegerūt. Cognitaq̄ gētilium crudelitate labore manuum viuere cupiētes: artem sutoriam didicerunt. Lcō. ij.
Maximianus hoc audiens p eis perquirendis rictiouarū direxit: quos in predicta vrbe inuenit calciamenta pauperū sarciētes. Cūq̄ eos a fide xp̄i nō posset reuocare: fustib⁹ eos cedi fecit: & ad singulorū colla molas suspendi iussit: & in fluuio sub glacie demergi. lc. iij.
Post hec i pice, adipe, & oleo feruētib⁹ eos precipitari iussit quib⁹ ostēsum est eos illuces-

cente die victores a dño corona ri. Maximianus autē satellitis sui rictionari utrūq; gladio feriri iussit: et corpora eorum derelinqui: que christo custodiente manserunt intacta.
Et c. de .i. no. Med. Re. de s. ioane benedi. scz de cōi uni⁹ cōfes. ii põt. iii. ulti. Re. de expo. euāg. Descēdēs iesus. et c. de cōi plurimorum mr. Capsorū simonis et iude. Ad utrasq; vs. Ad matutinas et ad iii. Capitulum.

Ro. 8. Scimus qm̄ diligentib⁹ deum oīa cooperātur in bonum: his qui scdm̄ ꝓpositū vocati sunt sancti. Rm. Qui sunt isti. Hymnus.

Beate simon et thadee inclyte: cernite nostros gemitus cū fletib⁹ quiq; per lapsum meruim⁹ baratrū per vos celorū mereamur aditū. Annue chre. Et dicat in hoc hym per horū tibi chara merita. et c. de cōi apłorū cum hac oratiōe

Concede q̄s omnipotēs de⁹: ut sicut apostolorū tuorum symonis et iude gloriosa natalicia preuenim⁹, sic ad tua beneficia ꝓmerenda maiestatem tuā ipsi ꝓ nobis preueniant. Per. Ad copl. oīa fiant sicut in fe. s. trini. Ad ma. Le. j.

Symon chananeus et iudas zelotes cū persidā fuissent ingressi: inuenerunt ibi duos magos zaroem et arphaxat, qui a facie sancti mathei de ethiopia fugerant. Tempore illo dux regis persarū: alias babyloniorum cōtra indos qui fines perside inuaserant susceperāt bellum. Qui deos suos consulente nullum ei dabant responsum. Le. ii.

Tunc indorum pōtifices: in aliam ciuitatem perrexerunt. Quibus demoniū ibi manens ait. Dii vestri vobis respōsum dare non possunt qz apostoli dei viui: unus symon, et alter iudas ibi sunt. Nullusq; de⁹ illis presētibus audet loqui. Tunc dux eos perquiri fecit. Quib⁹ inuentis: quesiuit qui essent: aut quare venissēt. Le. iii.

Sanctus symon respondit: apostoli sumus iesu christi: salutisq; vestre causa venimus ut deum qui in celis est possitis cognoscere. Cui dux varadag ait. Qm̄ audio deos nostros nō esse ausos vobis presentib⁹ loqui, vos nobis predicite, quos belli exitus habituri sumus. Lectio quarta.

Dixit ei simō. Hodie intermitte ꝓfectionem: et cras venient nuncii pacē nunciantes et tributū solitum referentes. Jussit ergo dux eos in crastinum custodiri. Crastina vero die hora tertia venerunt quos permiserat cum legatis indorū: omnia sicut apostoli predixerāt nunciantes. Le. v.

Dux igitur duxit ad regem apostolos. Qui rogatu regis et ducis morabātur i babylonia uno anno et mensibus tribus multa miracula faciētes. Intra quod tempus una cum rege et primatibus suis: quadraginta milia hominū baptizati sunt exceptis mulierib⁹

& paruulis. Quo facto fugerunt predicti magi in ciuitatē samur & omnē populum cōtra apostolos incitauerunt. L. vi.
Quo cum peruenissent apl'i: tenti sunt & ducti ad templum solis. Stabat autē in vna ede tēpli quadriga solis: & in alia quadriga lune. Factoq; silētio dixit simon ad simulachrū solis: precipio tibi demon exi de simulachro solis & comminue illud. Quod cū iudas simulachro lune dixisset: egressi duo ethyopes horribiles vultu, cōfringentes simulachra vlulatum dire vocis emittebant.
Tunc oēs pontifices in apostolos christi irruentes: interfecerunt eos. Tres vlti. R. leg. de expo. euang. Scd'm ioannē
Jo. 16
In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Hec mā do vobis: vt diligatis inuicē Et reliqua. Homil. excerp. ex comenta. beati aug. epi. L. vij.
Merito magister bonus dilectionē sic sepe cōmendat tanq̄ sola precipienda sit: sine qua nō possūt cetera bona pdesse: & que non potest haberi sine ceteris bonis quib⁹ homo efficitur bonus. Lectio octaua.
Pro hac autē dilectione patienter debem⁹ etiā mūdi odia sustinere. Necesse est enim vt mundus nos oderit quos cernit nolle diligere quod diligit Sed plurimum nos de seipso dn's consolatur qui cum dixisset. Hec mando vobis vt diligatis inuicem: adiecit & ait. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Lectio nona.
Cur ergo se mēbrum supra verticem extollit? Recusas esse in corpore si non vis odium mundi sustinere cum capite. Si de mūdo inquit essetis mūdus quod suum erat diligeret Vniuerse vtiq; hoc ait ecclesie quā plerumq; etiam ipsius mundi nomine appellat: sicut est illud. Deus erat in christo mundū reconcilians sibi. Jteq; illud. Nō venit fili⁹ hominis vt iudicet mundū: sed vt saluetur mundus per ipsum. Ceta ad matuti. & ad oēs alias hor. de cōmuni apostolorū dn'r ep. Scimus quoniam. Oratio.
Deus qui nos per btōs apostolos tuos simonē & iudam ad agnitionē tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando pficere. Per. Ad ij. vespe. R. Ciues apo. vrs' in cōi apostolo. ¶ Sancti quintini mar. iij. lect. cū noctur. pp̄ter vigi. omnia fiant de fest. ad vel. ad mat. & alias horas vsq; ad mis q̄ erit de vig. Orō
Sancti nos q̄s dn'e martyris tui quintini veneranda festiuitas muniat: et fragilitati nostre subsidiū exoret. Per dn'm. [illegible] mat. Lc. j.
Sanctus quintinus ad predicandum verbū dei in gallias direct⁹ in vrbe ambianensium resedit: ibiq; dn'i fidem annunciare cepit. Tūc a domiciano direct⁹ est rictiona

rus ut chorisa nos puniret &c. ii

Veniens itaque rictionar⁹ ad ciuitatem ambianensium et famam quintini audiens compre hendi eum fecit: et sibi presentari. Qui dixit. Quid pass⁹ es ut eum qui ab hominibus crucifixus est colas? Quintinus respondit. Vera nobilitas est recognoscere factorem celi et terre et oim creaturarū. L. iii.

Tūc rictionar⁹ ait. Quintine sacrifica diis, alioquin diuersis penis te faciā interire. Quintinus ait Fac quod vis, quia minas tuas nō timeo. Rictionarius vero iussit eum cedi: et calcem, acetum et sinapium in os eius infundi. Et post multas penas iussit eū decollari. Quo facto: colūba candida ex eius collo exiens celos penetrauit. Cetera de cōi vni⁹ mr.

In vigilia omnium sanctorum. Ad primas vesperas ān.

Sancti dei oēs qui estis consortes supernoꝝ ciuiū intercedite ꝓ nobis. p. Laudate pueri. ā. O q̄ gloriosum est regnū in quo cū christo gaudent oēs sancti, amicti stolis albis sequuntur agnū quocunque ierit ps. Laudate dn̄m oēs gentes. ā. Fulgebūt iusti et tanq̄ scintille i arūdineto discurrēt, iudicabūt nationes et regnabūt in eternū. p. Lauda aīa mea. ān. Sanctū est verum lumen et admirabile, ministrans lucem his qui permanserunt in agone certaminis: recipient a christo splendorem sempiternum, in quo assidue felices lętantur. ps. Laudate dominum quoniam bonus. ān. Oēs electi dei nostri memoramini ante deum ut vestris precib⁹ adiuti mereamur vobis adiūgi. ps. Lauda hierusalem. Cpm.

Apo. 7

Ecce ego Joannes vidi angelū ascendētē ab ortu solis habentem signum dei viui: et clamauit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicēs. Nolite nocere terre et mari: neque arboribus quoadusque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. R. Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius: et qui timetis deum pusilli et magni. Quoniā regnauit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei. V. Genus electum, gēs sancta populus acquisitionis memores memorum laudate deum. Quoniā. Gloria patri et filio. Gaudeamus. Hymnus.

Jesu saluator seculi, redemptis ope subueni: et pia dei genitrix, salutem posce miseris

Cetus omnes angelici, patriarcharum cunei: et prophetarum merita, nobis precentur veniam.

Baptista christi preuius, et clauiger etherē⁹: cum ceteris apostolis, nos soluant nexu criminis.

Chorus sacrat⁹ martyrum, confessio sacerdotum: et virginalis castitas, nos a peccatis abluant.

Monachorum suffragia, omnesque cives celici annuant votis supplicum, et vite poscant premium.

Laus honor virtus gloria, deo patri et filio: sancto simul paraclito, in sempiterna secula. Amen. V. Letamini. a. Beati estis sancti dei oes qui meruistis consortes fieri celestium virtutum et perfrui claritatis gloria: ideoque precamur ut memores nostri intercedere dignemini pro nobis ad dnm deum nostrum. ps. Magt. Oratio.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuã et sanctorum tuorum quorũ preuenim' gloriosa solennia: tribue subsequi in sancta professione letitiam. Per. Nulla fiat mẽo. ad has vesp. nec ad matu. nec ad. ij. ves. nisi qñ hoc fes. in do. cõtig. tũc em fiat mẽor. priuatim de do. et de trin. sed nõ fiat pcces. Similiter fiat ad. ij. ves. qñ hoc fes. in sab. cõtig. Ad cõpl. a. Sanctorum precibus cunctorũ redde salutẽ corporis et anime christe tuis famulis. ps. Cum inuoca. Cap. Tu in nobis. Hy'. Saluator mũdi. V. Custodi nos. a. Lucem tuã. ps. Nunc di. Ad matu. Inuit. Venite adorem' dnm. Qui in sanctis gloriosus est. ps. Venite. Hy'. Jesu saluator seculi. In. j. noct. a. Adesto. deus vnus omps pater et fili' et spũs sctũs. ps. Dñe dñs nr. an. Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. ps. Celi enar. an. Laudemus dnm quem laudant angeli: quẽ cherubim et seraphim sctũs sctũs sanctus proclamant. ps. Bñdic. j. V. Letamini. ¶ Sciendũ est q in hoc fes. seruetur ordo prepostere' in lec. legẽ. et R. cãtandis ĝtũ ad dignitatẽ rc. et cantorũ: ita tñ q excellentior persona. j. lc. legat. Et ita fiet descẽsus sicut in aliis fes. dn. fit ascẽsus. Primũ R. a duobus excellentio cãtetur: et ita fiat descẽsus mõ r. ipsarũ ord. seruato octaua l. legatur viij. R. cantetur sicut ibidẽ nõ sit. ix. l. legat sacer. ix. R. iij. sacer. cãtent cetera in superiori grad. Bñdic. In charitate perfecta confirmet nos trinitas sancta Lec. j. de tri. leg. ab excel pso.

Legim' in ecclesiasticis historiis q sanct' bonifacius qui quartus a btõ gregorio romane vrbis eptatum tenebat: suis precibus a foca cesare impetrauit donari ecclesie christi templũ rome, quod ab antiquis patrib' patheon vocabatur: qz hoc quasi simulachrum omnium videretur esse deorũ. In quo eliminata omni spurcitia fecit ecclesiam sancte dei genitricis atqz oim sanctorum christi: vt exclusa multitudine demonum: multitudo ibi sctõrum a fidelib' in memoria haberetur. Sed fres charissimi in oim primordiis sanctorum nos nominare, laudare et glificare cõdecet eum qui cunctos cõdidit sanctos, per quẽ oia facta sunt et per quẽ cũcta subsistunt elementa: cui' maiestas,

nec incipit, nec desinit in secłm: vt merito oīs principiū ac finis creature nominetur. Qm̄ ex ipso: ⁊ per ipsum: ⁊ in ipso sunt oīa: ipsi honor ⁊ gl'ia in secula seculorū amen. ℟. Sū= me trinitati simplici deo vna diuinitas: equalis gl'ia: coeter na maiestas patri pliq; sanctoq; flamini. Qui totū subdit suis orbem legib⁹. ℣. Prestet nobis grām deitas btā p̄ris ac nati pariterq; spūs almi. Qui. Bnd. Per intercessionē sue matris bn̄dicat nos fili⁹ dei patris. Lec. ij. de s. maria.

Beata quoq; dei genitrix ⁊ semper virgo maria tē plū dei viui, sacrarium spūs= sancti: virgo ante partū: vir= go in partu: virgo post partū: presentis diei solēnitate cum suis virginibus expers nullo modo credenda est. Verum q2 non solū huius sc̄tē genitricis dei sed etiam oīm sc̄torū hono= re hec dies dedicata est: nos fratres tantorū patrocinia in= tercessorū tota mentis intētio ne queram⁹: vt eorū precibus ad eterna gaudia perducamur ℟. Felix nāq; es sacra virgo maria ⁊ oī laude dignissima. Q2 ex te ortus est sol iustitie christ⁹ deus noster. ℣. Ora p populo, interueni p clero: in= tercede p deuoto femineo sexu sentiant oēs tuū leuamen qui cunq; celebrant tuā solennita tē. Q2 ex. Bnd. Ad societatem ciuium supernorum perducat nos rex angelorum amen.

Lectio tertia. De angelis.

Omnipotentē deum itaq; fratres laudem⁹ ⁊ glori ficemus qui superna celorum regna spiritib⁹ angelicis ad laudem ⁊ honorē nominis sui atq; maiestatis imperpetuum miro ordine collocauit. De q̄= bus plura loqui pertimescim⁹ q2 soli deo scire est quomodo, vel queadmodum eorū nobis inuisibilis absq; contagione seu diminutione in sua sola puritate cōsistat natura: sed tā tū nouē esse ordines angelo= rum ad dei iudicia ac ministe ria complenda: testante sacro eloquio cognouimus. ℟. Te sanctū dominū in excelsis lau dant oēs angeli dicentes. Te decet Laus ⁊ honor dn̄e. ℣. Cherubin quoq; ac seraphin sc̄tūs proclamant ⁊ omnis celi cus ordo dicens. Te. Gloria. Laus. In. ij. noc. ā. Inter na= tos mulierū non surrexit ma= ior ioanne baptista. ps. Bonū est conf. ā. Estote fortes i bel= lo: ⁊ pugnate cū antiquo ser= pente, ⁊ accipietis regnū eter num alla. ps. Bn̄dicā. ān Isti sunt sc̄ti qui p dei amore mi= nas hoīm cōtempserūt sancti martyres in regnū eternū ex ultant cū angelis: o q̄ precio= sa est mors sanctorū qui assi= due assistūt ante dn̄m ⁊ abin= uicē non sunt separati. ps. De⁹ venerunt gē. ℣. Exultēt iusti Bnd. Patriarcharum merita nos ducant ad regna celestia. lc. iiij. de patriarchis ⁊ ꝓphetis

Est adhuc fr̄es q̄d de hac eadē tam pulchra atq;

preclara festiuitate loqui debeamus, q non solu angelicis spiritibus veruetiam oib9 sanctis qui ab exordio mundi in terra sunt pcreati honorabiliter dedicata consistit. Ex quibus primi fuerut patriarche viri religiosi atq gloriosi in vita sua, patres pphetaru et apostoloru, quoru memoria no derelinquetur et nome eorum manet in eternu: qr deo digni inuenti sunt: hos sequitur electio pphetaru cum quib9 locutus est de9: et ostendit illis secreta sua vt ventura taq presentia agnoscerét et nunciarét ℟ Inter natos mulieru non surrexit maior ioane baptista. Qui viam dno preparauit in eremo. ℣. Fuit homo miss9 a deo: cui nome ioanes erat. Qui ℬñ. Apostoloru intercessio nos iungat angelorum consortio. Lectio quinta. De apo.

Ioani athlete dei electoru concordat duoden9 apostoloru numer9 quos a primis miraculoru chri virtutib9 ad coponendum noue fidei fundamentum erigendūq3 adhuc tenere statu ecclesie diuina puidentia ex oib9 quos capiebat mūd9 elegit: vt in oēm terram son9 eoru predicationis exiret: et in fines orbis terre pcederét verba. Qui vere vinee id est xpo taq palmites adheserut: quoru fruct9 in sempiternum permanēs no marcescit: qb9 ipse dns locut9 est dicēs. Uos estis lux mūdi. ℟. Ciues apłorū et domestici dei aduenerunt hodie Portātes pacē et illuminātes patriā dare pacē gētib9 Et liberare pplm dni. ℣ Audite preces supplicū vite eterne poscētes pmia qui fertis i dextris manipulos iustitie: quiq3 gaudentes aduenistis hodie. Portantes. ℬñ. Martyrum constantia nos ducat ad celi gaudia. Lctō. vi. De martyr.

Apostolis subiunctū est triūphale martyrū nomē qui per diuersa tormētorū genera xpi passionē nō lacescentib9 mentib9 precordioru imitabātur. Alij siquidē ferro perempti: alij flāmis exusti. Alij flagellis verberati: alij vectib9 pforati. Alij cruciati patibulo: alij pelagi piculo demersi. Alij viui excoriati: alij vinculis mancipati. Alij linguis priuati: alij lapidibus obruti Alij frigore afflicti: alij fame cruciati: alij vero trūcatis manib9: siue ceteris cesis mēbris spectaculū cōtumelie in ppłis nudi ppter nomē dni portantes. ℟. O cōstātia martyrum laudabilis: o charitas iextinguibilis: o patiētia iuincibilis: q licet inter pressuras psequentiū visa sit despicabilis. Inuenietur in laudē et gloriam et honorē In tpe retributiōis ℣. Nob3 ergo petim9 ptis subueniāt meritis honorificati a pre q est in celis. Inue. Gloria. In tpe. In. iij. noc. ā Sint lūbi vri precicti et lucerne ardētes in manib9 vris: et vos similes hoib9 expectantib9 dnm suū qn reuertatur a nuptijs.

V. Exultate. i. a. Virgines scte dei orate p nobis vt scelerum veniã p vos accipe mereamur. V. Eructa. ãn. Laudem dicite deo nostro oẽs sci ei⁹ et qui timetis deum pusilli et magni: qm̃ regnabit dñs de⁹ nr̃ oẽs: gaudeam⁹ et exultem⁹ et dem⁹ gl'iam ei. V. Quã di. V. Iustorum anie in manu dei sunt. Bñd. Sãcti euãgelij lctõ: sit nobis salus et protectio. S. matthei.

Cap. 5.

In illo tpe. Vidẽs iesus turbas ascendit in mõtẽ Et cũ sedisset accesserũt ad eũ discipuli ei⁹. Et aperiens os suũ docebat eos. Et re. Hom. vene. bede pbr. Le. vij. de cõf.

Christi vero sacerdotib⁹ atq3 doctorib⁹ siue cõfessorib⁹ hui⁹ diei festiuitatẽ nõ ignotã esse credim⁹. Qui corda fideliũ spiritualiter quasi imbrib⁹ irrigant celestib⁹, vt pferre feliciter immarcessibilẽ bonorum operũ possint fructũ. Qui talẽta sibi tradita nõ solũ reddere verũetiam cũ vsura sine fraude amplificare curauerũt. Q2 bonũ quod per gratiã spũsscti intelligẽdo didicere nõ sibimet tantũ pfuturũ: sed aliis subiectorũ mentib⁹ scdm aplĩ precep tũ arguendo: obsecrando, increpãdo, curamq3 faciẽdo inserere nitebantur. R. Sint lumbi vr̃i precincti: et lucerne ardẽtes in manib⁹ vr̃is. Et vos similes hominib⁹ expectantibus dñm suũ: qñ reuertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo: q2 nescitis qua hora dñs vester ventur⁹ sit. Et. Bñd. Chorus sctãrum virginũ: intercedat p nobis ad dñm. Le. viij. de Vgi.

Videntur mihi quinq3 virgines significare quinq3 partitam cõtinentiã a carnis illecebris. Cõtinend⁹ est enim animi appetit⁹ a voluptate oculorũ et auriũ: a voluptate olfaciendi, gustandi, siue tangẽdi. Sed q2 ista cõtinentia partim corã deo fit vt illi placeatur interiori gaudio: partim corã hominib⁹ tantũ vt gloria humana capiatur. Quinque dicũtur sapientes, et quinq3 stulte: q2 vtraq3 cõtinentia est: quis diuerso fomite gaudeat. Lampades aũt sunt que manib⁹ portantur opera q̃ scdm istam cõtinẽtiam fiunt. Dictũ est enim Luceãt opera vr̃a corã hoib⁹

Ista lect. legatur ab vno solo puero in suppellicio. Et interim pcedant quinq3 pueri de vestiario ordinatim in suppellicijs capitib⁹ velatis amictibus albis et cereos ardẽtes in manib⁹ portantes ad gradũ chori tenẽtes accedãt. Finita itaq3 lec. simul incipiãt ad altare cõuersi R. Audiui vocem de celo venientẽ: venite oẽs virgines sapientissime. Oleũ recũdite in vasis vr̃is: dũ sponsus aduenerit. Et pcãtetur a choro, quo facto: predic. pueri simul cantẽt. V. Media nocte clamor fact⁹ est: ecce spõsus venit. Chor⁹. Oleũ. His finitis eodẽ mõ et ordie quo accesserãt vsq3 ad vestibulũ redeãt. Bñd Sanctorũ meritis: mereamur gaudia lucis. Le. ix. de oib⁹ sctis

Ergo agite fratres agg=grediamur iter vite: revertamur ad ciuitatem in qua scripti sumus et decreti ciues. Nō sumus hospites sed ciues sctōrum et domestici dei: et illi' heredes: coheredes aūt christi. Huius nobis ianuas aperiat fortitudo, et fidncia latū prebeat ingressum. Cōsideremus ergo inclytā vrbis illius felicitatem inq̄tū cōsiderare possibile est. Ut enim vere est cōprehendere null' sermo sufficiet. Dicitur de ea in quodā loco sic, q aufugiet ab ea dolor, tristitia, et gemitus. Quid hac vita beatius: vbi nō est paupertatis metus: non egritudinis imbecillitas? Nemo ibi leditur: nemo inuidet: cupiditas nulla inardescit, nullū cibi desideriū: nulla honoris pulsat aut potestatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus: insidie demonū nulle: terror gehenne pcul. Mors neq3 corporis neq3 aie: sed immortalitatis munera iocunda. Nulla erit tūc vsq̄ discordia: sed cūcta cōsona: cuncta conuenientia: quia oim sanctorum vna cōcordia. Pax certa et letitia continua: tranquilla sunt omnia et quieta. ℟. Concede nobis dñe q̄s veniam delictorum: et intercedentibus sanctis quorum hodie solennia celebramus. Talem nobis tribue deuotionem Ut ad eorū peruenire mereamur societatem. ℣. Adiuuent nos eorū merita: quos ppria impediūt scelera: excuset intercessio, accusat quos actio: et q̄ eis tribuisti celestis palmam triūphi: nobis veniam nō deneges peccati. Ta. Glia. Ut. ℟. Justi autem in perpetuum

In laudibus. Antiphona.

Uidi turbā magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentib' stantes ante thronū. ps. Dñs reg. a. Et oēs angeli stabāt in circuitu throni et ceciderunt in cōspectu ei' in facies suas et adorauerunt eum. ps. Jubila. an. Redemisti nos dñe deus in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione: et fecisti nos deo nostro regnū. ps. De' deus an. Benedicite dnm oēs angeli eius agite diē letitie et cōfitemini ei. ps. Bñd. a. Hymnus oibus sanctis ei' filiis israel populo appropinquanti sibi, gloria hec est oibus sctis ei'. ps. Laud. ca. Ecce ego io. Hy'.

Christe redemptor omnium, conserua tuos famulos beate semper virginis placatus sanctis precibus.

Beata quoq3 agmina, celestium spirituum: preterita presentia futura mala pellite.

Uates eterni iudicis, apostoliq3 dñi: suppliciter exposcimus, saluari vestris precib'.

Martyres dei inclyti, confessoresque lucidi: vestris orationibus, nos ferte in celestibus.

Chorus sanctarum virginū clericorumq3 omnium, simul cum sanctis omnibus, consortes christi facite.

Gentē aufert e p̄fidā credētiū de finibus vt xp̄o laudes debitas, p̄soluamus alacriter. Gl'ia p̄ri igenito, eiusq vnigenito: vna cū sctō spū: in sempiterna secula. Amē. ℣. Mirabilis deus. ā. Te g'iosus apostolorū chorus: te prophetaꝝ, laudabilis numerus: te martyrum candidatus laudat exercitus, te oēs electi voce confitentur vnanimes btā trinitas vnus deus. ℟ Bñd'. or.

Omnip̄s sempiterne de' qui nos oim sanctorū merita sub vna tribuisti celebritate venerari: q̄s vt desideratā nobis tue propiciationis abūdātiā: multiplicatis intercessoribus largiaris. Per. Ad. i. ān. Vidi turbā. ℟ De' ī no. Ad. iii. ā. Et oēs angeli. ℣. Legem po. cp̄. Ecce ego io. ℟. de coi plurimoꝝ mar. ad oēs ho. dicuntur. Ad. vi. ān. Redemisti. ℟. Defecit. Capitulum.

Apoc. 7.

Audiui numerum signatorꝝ centūquadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filioꝝ isr'. Ad. ix. ā. Hymnus. ℟ Mirabilia. Caplm.

Ibidē.

Vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex oibus gētibus & tribubus: & populis, & linguis, stātes ante thronū in conspectu agni, amicti stolis albis & palme in manib' eoꝝ. Ad. ii. ves. ān. Vidi turbam. ℟. Confitebor. Credidi. In quertēdo. Eripe me. ii. Lauda hie. cp̄. Ecce ego io. ℟ Justi iperpetuū viuēt & apd dn̄m est merces eoꝝ Et cogitatio eoꝝ Apud altissimū. ℣. Ideo accipiēt regnum decoris & dyadema speciei de manu dn̄i. Et co. Gloria laus et honor decus potestas & iubilatio p̄ri ac nato & spūi sancto. Apud. Hy'. Jesu redē. ℣'. Mirabilis deus. ā. Saluator mundi salua nos oēs sctā dei genitrix virgo semper maria ora pro nobis, p̄cibus quoq sctōꝝ apostoloꝝ martyrum, & cōfessoꝝ atq sctāꝝ v'ginū supppliciter petimus: vt a malis oibus eruamur: bonisq oib' nunc & sp perfrui mereamur. ℟. Mag. Or. Oip̄s sem. deus. ¶ Finitis his ves. oim sctōꝝ: statim icipiāt festine ves. mor. in qūētu. ān. Placebo dn̄o in regione viuoꝝ. ℟. Dilexi. vltimus ℣. scz Placebo. dic' p̄i. nō psal. sz stati loco āe. cātet̄ hm vsum Saꝝ. ā. Heu me q' incolatus me' prolōgat' est. ℟. Ad dn̄m cū tri. ān. Dn̄s custodit te ab oi malo: custodiat animā tuā dn̄s. ℟ Leuaui. an. Si iniq̄tates obseruaueris dn̄e: dn̄e q̄s sustinebit. ℟ De profundis. ān. Opa manuū tuaꝝ dn̄e ne despicias. ℟. Confitebor. ℣ A porta iferi. ℟ Erue dn̄e aias eorū. Sub silētio dr̄ ā. Audiui vocē de celo dicentē: bti mortui qui in dn̄o moriūtur. ℟ Mag. Kyrie eleison. Christe el. Kyrie elei. Pater noster. & Aue maria. sine p̄nūcia. Et ne nos. dicit̄ iste p̄s. Lauda anima mea do. Finitis ho. iūt eni dicat sacer. executor offi. iii ℣. cū or. loco

nec habitu mutato. ℣. Requiē eternam dona eis dñe. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum. ℣. Credo videre bona dñi. ℟. In terra viuentium. Dñs vobiscū. Et cū. Oremus

Fidelium deus oim conditor et redēptor aiab⁹ oīm fidelium defunctorū remissionē cūctorū tribue pctōrum: vt indulgentiā quā sp optauerūt piis supplicationibus ↄsequātur. que terminet sic. Qui cū deo pře et spū scō vi. et reg. de⁹: p omnia s.s. Amen. Non dicatur hic Dñs vo. sed statim idē sacer. dicat Requiescāt i pa. Chorus. Amē. Deinde dicat cāticū de die. vt s. ad .i. vel. ā. Sctōrum precib⁹. ħ Cū inuo. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi nos. ā. Lucē tuā. ps. Nūc di. ¶ Pro corpe presenti cuiuscunq; fuerit dr or. ista: tam ad Placebo qr ad Dirig e. oratio maior videlz.

Deus cui propriū est misereri semper et parcere, te supplices depcamur p anima famuli tui N. quā hodie de hoc seculo migrare iussisti, vt non tradas eam in manus inimici: nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi: atq; ad regionem viuorum perduci, et qz in te sperauit et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per dñm. ¶ In die tricennali de quocūq; fuer. vel commemo. vnius defuncti dicatur ista oratio ad Placebo domino. tantū or.

Deus cui propriū est misereri sp et parcere: propitiare aie famuli tui (vel) famule tue et oia ei⁹ pctā dimitte: vt mortis vinculis absolutus (vel) absoluta: trāsire mereatur ad vitam. Per. ¶ In anniuer. de quocūq; fuerit dr ista oratio ad Placebo. tantū.

Deus indulgētiarū dñe da aie famuli tui vel famule tue N. cuius anniuersarium depositionis diē commemoramus refrigerij sedē, quietis beatitudinē luminis claritatē. p. ¶ Pro e̅pis defūctis dr ista ad Placebo. tantū. or.

Deus q̄ inter apłicos sacerdotes famulos tuos pōtificali dignitate cēseri fecisti: pšta q̄s vt quorum vicem ad horā gerebāt in terris: eorum p petuo ↄsortio letētur i celis. p. ¶ Pro fratrib⁹ et sororib⁹ defūctis dr ista or. ad Placebo. tm̄.

Deus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clemētiā tuam: vt nostrarū ↄgregationū fratres et sorores qui ex hoc sclo trāsierūt: itercedēte btā maria sp ꝟgine: btō michaele archāgelo: cū oib⁹ scīs ad ppetue btitudinis ↄsortiū puenire cōcedas. p. Or. gńalis ad Placebo. tm̄. Fidelium. vt s. sic termi naẛ Qui cū deo. vt s. nō dicaẛ Dñs vo. nec Requiescāt i pace. Sz excep. ↄm̄. ānt. statim sine int. et sine ħ. Dñi. i cipiaẛ ā. sacer. ħ. tm̄ ā Dirige. ñ dicaẛ tm̄ post Placebo, vt i xl. et qn̄ orationes fdie. dñr i fel. vt ab die

aiarum usque ad. iiij. fer. ante pasc. Et tunc oratio Fidelium. Sic terminatur Qui cum deo. ut supra. V. Requiescant in pace. R. Amen. sine Dominus vobiscum, post orationem.

In die aiarum ad matutinas. pulsatis campanis. more dominicali. Ad matutinas. sine Domine labia. et Deus in adiu. et sine psalmo. Venite. incipiatur in superiori gradu antiphona. et sic fit. in. xx. antiphona.

Dirige domine deus meus: in conspectu tuo viam meam. Ps. Verba. Antiphona.

Convertere domine et eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui. Ps. Domine ne. j. antiphona.

Nequando rapiat ut leo aiam meam: dum non est qui redimat: neque qui saluum faciat. Ps. Deus deus. V. A porta inferi. R. Erue domine. Pater noster. Et ne. non dicatur Jube nec Tu autem. Nunquam benedictio a lectore petatur in istis lec. Lectio j.

Job. 7

Parce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo: et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi: nec dimittis me ut gluttiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi: et factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum: et quare non auferes iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormio: et si mane me quesieris non subsistam. R. Credo quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra resurrecturus sum Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. V. Quem visurus sum ego ipse et non alius: et oculi mei conspecturi sunt. Et. Lectio secunda.

Job. 10.

Tedet animam meam vite mee: dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine aie mee, dicam deo: noli me condemnare. Indica mihi cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris et opprimas me opus manuum tuarum: et consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo et tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui: et anni tui sicut humana sunt tempora? Ut queras iniquitatem meam: et peccatum meum scruteris. Et scias quia nihil impium fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. R. Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidum Tu eis domine dona requiem: et locum indulgentie. V. Qui venturus es iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. Tu. L. iij.

Ibidem.

Manus tue domine fecerunt me: et plasmauerunt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me. Memento queso quod sicut lutum feceris me: et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi: et visitatio tua custodiuit spiritum meum. R. Domine quando veneris iudicare terram ubi me abscondam a vultu ire tue Quia peccaui nimis in vita mea. V.

Commissa mea pavesco: & ante te erubesco, dum veneris iudicare noli me condemnare. Quia.
Sciendum est quod quando corpus adest presens cuiuscunque fue. & in anniuer. exequiarum tamen & in die animarum repetantur .iij. vi. & ix. Resp. Et quecunque Re. a. ij. cantatur. In .ij. noct. an. In loco pascue ibi me collocavit. ps. Dominus regit. an. Delicta iuventutis mee: & ignorantias meas ne memineris domine. ps. Ad te domine levavi. an. Credo videre bona domini: in terra viventium. ps. Dominus illu. V. In memoria. Lectio quarta.

Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea atque delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam: et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines: et consumere me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in nervo pedem meum: & observasti omnes semitas meas & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. R. Heu mihi domine: quia peccavi nimis in vita mea quid faciam miser ubi fugiam nisi ad te deus meus miserere mei. Dum veneris in novissimo die. Vers. Anima mea turbata est valde sed tu domine succurre ei. Dum. L. v.

Homo natus de muliere brevi vivens tempore: repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur: & conteritur & fugit velut umbra & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es. Breves dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterit. Recede ergo paululum ab eo ut quiescat, donec optata veniat & sicut mercennarii dies eius. R. Ne recordaris peccata mea domine. Dum veneris iudicare seculum per ignem. V. Dirige domine deus meus: in conspectu tuo viam meam. Dum. L. vi.

Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me: & abscondas me donec pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. R. Domine secundum actum meum noli me iudicare nihil dignum in conspectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatem tuam. Ut tu deus deleas iniquitatem meam. V. Amplius lava me domine ab iniusticia mea, & a delicto meo munda me: quia tibi soli peccavi. Ideo. ¶ In .iij. noc. an. Complaceat tibi domine ut eruas me, domine ad adiuvandum me respice.

ps. Expectans. an. Sana dne animam meã: q2 peccaui tibi. ps Btũs qui intel. an Sitiuit aĩa mea ad deũ viuũ qñ veniam et apparebo ante faciem domini. ps Quemadmodum. R. Requiem eter. Lectio. vij.

Spiritus meus attenuabitur dies mei breuiabuntur: et solũ mihi superest sepulchrũ. Nec peccaui: et in amaritudinibus morat oculus meus. Libera me dñe et pone me iuxta te: et cuiusuis man⁹ pugnet contra me. Dies mei trãsierũt: cogitatiões mee dissipate sunt torq̃ntes cor meũ. Noctẽ verterũt in diẽ: et rursum post tenebras spero lucẽ. Si sustinuero infern⁹ domus mea est: et in tenebris straui lectulũ meũ. Putredini dixi. Pater meus es: mr mea: et soror mea vermibus. Vbi est ergo nũc ꝓstolatio mea: et patientia mea? Tu es dñe deus meus. R. Peccãtẽ me quotidie et nõ penitentẽ: timor mortis cõturbat me. Q2 in inferno nulla est redẽptio miserere mei deus et salua me. V. Deus in noĩe tuo saluũ me fac: et in virtute tua libera me. Quia. L. viij.

Pelli mee cõsumptis carnibus adhesit os meum et derelicta sunt tantũmodo labia circa dẽtes meos. Miseremini mei: miseremini mei saltem vos amici mei: q2 manus dñi tetigit me. Quare ꝑsequimini me sicut de⁹ et carnib⁹ meis saturami? Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarent in libro stilo ferreo aut plũbi lamina vel celte sculpantur in silice? Scio enim q̧ redẽptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum: et rursum circũdabor pelle mea: et in carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ. Quẽ visurus sum egoipse et oculi mei cõspecturi sunt: et nõ alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. R. Requiẽ eternã dona eis dñe Et lux perpetua luceat eis. V. Qui lazarũ resuscitasti a monumento fetidum: tu eis dñe dona requiem. Et. Lectio. ix.

Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinã cõsumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi nõ essem de vtero trãslatus ad tumulũ. Nũquid nõ paucitas dierum meorũ finietur breui. Dimitte me vt plangã paululũ dolorẽ meũ anteq̃ vadã et non reuertar ad terrã tenebrosam: et opertam mortis caligine. Terrã miserie et tenebrarum: vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror ĩhabitat. R. Libera me dñe de morte eterna: in die illa tremenda. Qñ celi mouẽdi sunt et terra. Dũ veneris iudicare seculũ ꝑ ignẽ. V. Dies illa dies ire calamitatis et miserie: dies magna et amara valde. Quando. V. Dicat dns. Dum ve. V. Ardẽtes anime flẽt sine fine ambulantes ꝑ tenebras: dicũtq3 singule ve ve ve: quante sunt tenebre. Dũ. V. Creator oĩm

